o.i. #533 Raro - tre vol.

I-12-69; L.60.

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

q A850
Ar44c
V.1

CENTRAL CIRCULATION BOOKSTACKS

The person charging this material is responsible for its renewal or its return to the library from which it was borrowed on or before the **Latest Date** stamped below. **The Minimum Fee for each Lost Book is $50.00.**

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University.

TO RENEW CALL TELEPHONE CENTER, 333-8400

UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY AT URBANA-CHAMPAIGN

JUN 22 1994

June 8, 1994

JUN 06 1994

When renewing by phone, write new due date below previous due date. L162

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/cremonaliterata1aris

THE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS


OB CIVES SERVATOS
FRAN. ARISIVS ORD. CONSER. CIVIT CREMON.
ANGELVS MASAROTVS CREMON F.
ANGELVS HANC PINXCIT FACIEM, SIC DEXTERA TANTVM
ANGELICA ARISIVM, PINGERE DIGNA FVIT
C.F.R.S.I.
Agnellus ſc.

CREMONA
LITERATA,

SEU

In Cremonenſes Doctrinis, & Literariis Dignitatibus Eminentiores Chronologicæ Adnotationes

AUCTORE

FRANCISCO
ARISIO

NOBILISSIMÆ PATRIÆ SUÆ

ORDINUM CONSERVATORE,

TOMUS PRIMUS.

Priſcorum Temporum Monumenta Complectens uſque ad Annum Milleſimum Quingenteſimum Primum.

Omnigena eruditione refertus, ac Indicibus Locupletiſſimus.

ILLUSTRISSIMIS ATQUE AMPLISSIMIS,

EJUSDEM FIDELISSIMÆ URBIS

DECURIONIBUS

DICATUS.



PARMÆ M. DCCII.

Typis Alberti Pazzoni, & Pauli Montii.

SUPERIORUM LICENTIA.

Memententote Operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.

I. Machabeorum 2.

qA850
DAr41c
v.1

ILLUSTRISSIMIS VIRIS CREMONENSIS URBIS

NOBILISSIMIS DECURIONIBUS

FRANCISCUS ARISIUS S.P.D.

ASſolent plerique ex Scribentibus Ampliſſimi P.P. ſuorum operum vigiliis expletis publicæ illorum editioni, ut præſint Mœcenates interdum exquirere, haud ſine labore. Mihi verò harum lucubrationum exordium in primis aggredienti, ut mei, in libro hucuſq; intacto, periculum facerem, jam Vos Nobiliſſimos Viros quamvis elatiori munere dignos, adlectos in Patronos congruebat expetere. Quinimmò non abſq; fœnore mei addictiſſimi erga Vos obſequii deligere fas erat, quum laudes ex luculentis Majorum veſtrum ſcatebris promanantes, mea inter ſcripta, quantulacunq; ſint, eniteſcere videantur. Et quibus, inquam, Patriæ Noſtræ perantiquæ maxima Heroum Monumenta vovere debueram, niſi ejuſdem Patriæ Conſcriptis P.P. qui Illuſtrium Avorum famam perenni greſſu ne dum anteire, verùm etiam ſupergredi jugi ſtudio conſuevere? Nimirum in Literarum paleſtris, quarum

483126

Faſtos præ cæteris Urbis antiquiſſimæ ornamentis pro mea tenuitate, ſubſecivis horis, modò ſum auſus attingere. Utinam veſtras ſingillatim enumerando virtutes immorari poſſem: Vos quippe in omnibus Reip. Ordinibus optimè inſtituendis, ac decernendis, in univerſis doctrinarum diſciplinis excultos, in quibus maximè ſita eſt religionis, & juſtitiæ ratio, utpotè veſtræ Civitatis, ac penè dixerim, Orbis, oracula, mearum laudum prçconiis haudquaquam extollere me pertæderet. Atqui ne moderationis veſtræ perfunctorio verborum luxu limites excedam, neve in toto Volumine complexa Elogia hoc epiſtolio involvantur, repetere ſufficiat Vos eſſe Cremonæ Decuriones, qui Romano celeberrimo ſanguine ſati, hæreditario quodam jure in priſcis dignitatibus, Nomine non tantùm, ſed juſtitia, fortitudine, humanitate, ac gravitate eminetis. Neque iccircò me magnum aliquid rimatum fuiſſe crediderim; nam quæ plura dicenda ſuperſunt, humillimo ſilentio meditabor. Valete ad neſtoreos annos. Cremonæ Kalendis Janvarii MDCCII.

LE-

LECTORI CANDIDO
FRANCISCUS ARISIUS.

Si quis unquam fuit, Lector eruditiſſime, qui, te præſente, dicturus ante trepidaverit, eum profectò me eſſe, & ipſe ſentio. Id cum Latino Pacato *repetere, priuſquam ultrò procedam, operæ pretium duxi; Quum enim meam puſilli ingenii hebetudinem excogito, tot, tantiſque rebus arduis, & præſertim à ſtreperis Fori præpeditam negotiis, penitùs ignoro, quo pacto, hæc ſcriptitare potuerim. Quin potius in immenſum creſcente papyro, quę unico volumine complecti, ut pollicitus fueram, contendebam, tribus diſtincta codicibus ſubdividere neceſſum fuit.*

Ecce igitur primùm, Patriæ noſtrę prima adęque monumenta complectens, uſque ad decimum ſextum Æræ Chriſtianæ ſæculum, in quo quidem diſpoſitos chronologicè Heroes in Literis prominentes comperies, quorum quaſi in Speculo omnis illuſtris actio poſteris conſpicienda exhibetur, ut ſic eorum exemplo, ad virtutis ſtudium cum delectatione ſumma, etiam excitentur legentes. Finis enim Hiſtorię perſpectior eſt ex narrationibus veritatem, & vitę pręcepta edocere, omniaq; politiori calamo, non autem ſynceriore ſyntagmate, quanquam infabrè, prægeſtienda reliquerim.

Literatorum Nomina, & Cognomina, ac Doctorum qualibet perſpicua munera, opera, atque privilegia, queis claruerunt, hìc dilucidantur, ac dilaudantur, nec de iſtis univerſa expiſcari meæ curtæ ſupellectili partem obtigiſſe; Teſtor tamen me neq; dolo, neque culpa (ingenuè fateor) præteriviſſe, at vel ex illis quoque ſæculis, quibus literæ fœda barbarie inquinabantur, ea omnia, quę pro viribus potui, conquiſiviſſe. Proinde ſi pleroſque ex Patritia gente recenſendo, nihil prorſus de eorum nobilitate, adnotaverim, excuſatione dignus ponè te reputari mallem, quàm ullius nota criminis inuri, cum maximè nonnullorum invidens livor in me penetrabilia odii venena iniicere poſſet; Sitque venia, cum in hoc libẹrculo de literarum nitore haud de ſanguinis claritate agatur, illudq; notum ſit.

Si modò non cenſus, nec clarum nomen Avorum
Sed probitas magnos, ingeniumqu facit.

Verùm ante Ovidium Stoici ſenſere Nobilitatem, ſplendorem quendam eſſe ex propria VIRTUTE provenientem, cui omnis palma generoſitatis tribuenda eſt.

At quia nobis erubeſcendum eſt ſine lege loqui; eſt Bartol. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. *qui ſic fatur: Nobilitatis tria ſunt genera, unum, quod ex virtute, & optimis actionibus oritur, proximum ex cognitione honeſtiſſimarum diſciplinarum proficiſcitur, tertium, quod ex opibus, aut natalium picturis, & Majorum ſtemmate æſtimatur; Quod ultimum* nul-

nullum omnino eſt , niſi fuerit à VIRTUTE profectum.

Summates S. R. E. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Præſules, Sacrorumve Ordinum Generales , Miniſtri , Senatores , Prætores , Provinciarum , ac Urbium Rectores inter alia ſydera non minori luce coruſcant: quippe quod ſimiles in Hominibus dignitates literis abiungi non videantur.

Archiſteriorum primordia, ut quis aliquandò noſcitet, ſuis inſerta locis exponuntur , ac magis, ſi ex his prodiere inſigniores Sanctitudine Alumni, noſtram Pinacothecam exornant.

Gymnaſia, Collegia, Accademię, Bibliographiæ, aliarumve ſimlium lautitiarum ornamenta ob oculos ſe præbent , ut Cremonenſium in Literis magnificentia ſpectabilior renideat.

Intereà Viros ſago illuſtres vellicatim exhibere apprimè opportunum exiſtimatum fuit, non porrò ut Bellona regnum Palladis audeat occupare, atque armis ſtipata, ſplendidori maieſtate eluceſcat. Sed de Belligeris fusè alibi, ſi Deus diù nos ſoſpitet, dicemus.

Auctores quammulti plerumque allegantur , eorumque dicta veritati proximiora ſeliguntur, meiſque admiſceo, cum illos ſubſanaverim, ac damnaverim , quorum enarrationes , ſive elumbes claudicant , ſivè figmentis offertæ à recto tramite deviæ deteguntur.

Inſcriptiones, & Epitaphia exſcribuntur, in quibus noſtrorum Literatorum nomina ad invidiam ætatis exculpta leguntur , ac ſuper hiſce lapidibus pleriſque, vel inter rudera deperditis, vel ob quorumdam incuriam, indocta nimium ſolertia, ad popinarum uſus converſis , obrutam venerandæ antiquitatis majeſtatem dolemus , & ingemiſcimus.

Contra noſtrorum Municipum Uſurpatores, occupatores , ſycophantas, & diabolos acerrimè totis viribus pugnatur , ut mihi potiſſimùm decantatum contingat.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Patria enim ſua cuilibet dulciſſima eſt, per Text. in l. habebat , & ibi Gloſſ. de Leg. 3. cui ſubſcribit Platina *noſter de* Principe lib. 1. cap. 4. *Unicuique noſtrum chari ſunt Parentes, chari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates Patria una complexa eſt, at abſit perperam , ac leviter eſſari non abſq; veritatis victoria certamine abitur , ubi cum aliquo me congredi agnoſces.*

Exteros aliquandò Noſtris aſſociamus , quum iſti vel dignitatibus in hac Patria , vel domicilio, vel privilegiis inter Cives adſcripti, Cremonenſes procul dubio adpellari queant , expreſſo enim loco eorum originis , jus ſuum unicuique tribuitur.

Verùm enim verò animaduertendum Lectorem duco, in diœceſi Epiſcopali Cremonę adeſſe Civitates Bozuli, & Sablonetę , nec non Oppida nobiliſſima Caravagii, Vitellianæ, ac alia permulta inſigniora loca , quæ alienæ quidem ditioni Politicæ auſcultant, at ob ſpiritalem propinquitatem poteram inde jure meo eorundem Locorum Literatos omnes ad hanc Urbem, tanquam Cremonenſes evocare, attamen hinc ego nonniſi pauciſſimos decerpſi, ne fortè quis caperata fronte me redarguat iuxta ſen-

ſum

ſum leg. 30. ad municipal. de Incolis. *Qui ex vico ortus eſt, eam Patriam intelligitur habere, cui Reip. Vicus ille reſpondet.*

Hiſce omnibus iuxta temporum ſeries aliæ ſubnectuntur notiones, quando Patrię hiſtoriam faceſcunt, ut nihil prorſus de ea, quantum in nobis fuerit, negligatur, quanquam ego ex illis Philologis haud ſim, de quibus Satyricus Aquinas Sat. 7.

Ut legat hiſtorias Auctores noverit omnes
Tanquam ungues, digitoſque ſuos.

At pręcipuè in operis pręliminari diſſertatione Nobiliſſimam Patriam, & antiquiſſimam eſſe portenditur.

Dixi in Epiſtola nuncupatoria, id Opus huc uſque intactum fuiſſe, nimirùm cum nemo etiamnum ex noſtris tale opus adeò opiparè expleverit, ac epichriſtis ediderit. Veruntamen ſua fraudandi neutiquam ſunt diligentia duo ex Concivibus, quorum mors in ęvum eſt collacbrymanda, nempè Joſeph Breſſianus *Vir in contexendis noſtrę Urbis hiſtoriis incomparabilis, cuius inter M. S. opuſculum italica lingua proſtat, hoc themate pręfixo* Virtù Ravvivata de Cremoneſi Inſigni &c. *nec non multiſcius ille* Laurentius Legatus *Univerſę eruditorum Reip. notiſſimus, qui de Literatis Cremonenſibus nonnulla conſcripſit, eiſq; titulum impoſuit* Lyceum Herculis, *quod opus ex animo dudum expetiſcebam, ac tandem humaniſſimè mihi traditum ab Illuſtriſſimo æquè, ac Doctiſſimo Pręſule Marchione* Io: Franciſco Rota *muniis Eccleſiaſticis, ac virtutibus celeberrimo, haud quaquam ſatis laudando, quod inter cætera ejuſdem Legati M. S. poſſidebat, compactum indigeſta quidem paginarum congerie (ut ipſe Pręſul epiſtolis ſuis* Petro Canneto *Abbati Camaldul. Concivi, Amico meo, ſumma eruditione, perſpectaque, ac probata doctrina Dilectiſſimo ſignificaverat) cum fato immaturo Auctor interceptus cœptam provinciam in ordinem, & ad complementum redigere nequiverit.*

Id à Te etiam peto, Humaniſſime Cremonæ Civis, ne corruges illicò nares, ſi nonnullæ ex Nobilibus Patriæ Familijs hoc in libro locum non habent. Ratio enim eſt, cum ex illis Viri tantum armis inſignes enituerint, vel quia aliquæ in Avitis Chartophylaciis ſuorum Majorum literarios labores ſepeliverunt, luci forſan meliori, quàm meæ hiſtoriæ tenebris aliquandò attribuendos, ſeù etiam quia illarum erit mentio in ſecundo, & tertio Volumine, ut ſe ſe præbebit occaſio.

Ad Obtrectatorum denique labia comprimendum, qui potiſſimè blaterando, ventoſos ab ignaro Populo mercantur plauſus, & ſcriptorum immodicos labores cenſuris latis obſtrigillant, velim in arenam pedepreſſim deſcendant, ut prius audiant quicquid pro me Dionyſius Halicarnaſ. in cenſura contra Thucydidem profert: *Non id præſtare poteſt cuiuſquam Hominis natura nihil, ut neque verbo, neque re unquam peccet: Illa verò optima eſt exiſti manda, quę in plurimis ſcopum attingit, in pauciſſimis aberrat. Ad hanc igitur rationem ea, quæ dicuntur, quiſque examinet, neque meum inſtitutum reprehendat, ſed eorum, quæ allaturi ſumus æquus ſit æſtimator. Vale.*

DE

IMPRIMATUR.

Aloyſius dalla Roſa Vicarius Generalis Parmæ.

IMPRIMATUR.

Fr. Joſeph Cornelius Vicarius Generalis Sancti Officii Parmæ.

VIDIT.

Petrus Aloyſius M. dalla Roſa Præſes Cameræ.

DE ANTIQUITATE, ET NOBILITATE CREMONÆ FIDELIS

In Opus Proloquium.

ORthodoxam fidem mihi profitenti piaculum eſſet hunc librum volupe adordiri niſi Chriſti Jesu glorioſiſſimum Nomen, ejuſque Deiferæ Genitricis primigenia ſine labe Conceptæ, extenſis ad Cœlum manibus, flexoq; poplite ex animo implorarem. Edoctus utique fui à Magno illo Principe ingenii, & doctrinæ Platone, etſi in Ethnicorum tenebris caligante, ut enim habet *in Tim.*27. *Omnes ji, qui vel tantillum mentis habent, quum aliquid ſiue magnum, ſiue paruum aggrediuntur ſemper ſolent Deum invocare*. Præſint iterum, ac jugiter deprecor Virtus Omnipotentis Dei, Patriſq; ſapientia, ac Mater Domini, quæ Deum nobis genuit, & Hominem, neq; Hominem ſine Deo, neq; ſine Homine Deum, ſed Deum, & Hominem, & verum Jeſum Chriſtum, ac mihi in tenebroſo antiquitatis tramite obambulanti exiguæ Virtutis jubar concedant, ut ſuſcepti Operis coronidem mihi contingat oppetere. Quinimmò imbecillis meis precibus merita ſuppleant Tutelaris mei S.P.Franciſci (quem impensè veneror, tantoq; nomini ſemper aſſurgo) ut Patriæ Antiquiſſimæ, & Nobiliſſimæ præcipuos faſtos, quibus potiſſimum cùm Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ dignitatibus, tùm literarum ornamentis continua ceu ſerie emicuit, enarrare valeam.

Antiquiſſimam dico eſſe Cremonenſem Urbem, & eo genere vetuſtatis, ut de ea poſſe certum exordium dici nondum uſpiam gentium, quanquam ex antiquariæ ſupellectilis Collectoribus aliquis credat. Haud enim conſona ſunt Viro alioqui luculento Hiſtoriarum Scriptori, quæ affert *Cornelius Tacitus Hiſt lib.* 3. deceptus à Polibio, ut dicemus inferiùs, & à quo plerique Authores in ipſius ducti ſententiam circa originem Cremonæ longè, quàm par eſt, à veritate aberrarunt. Narrata ſiquidem Cremonenſium Clade ab Antonii militibus perpetrata, ſic fatur: *Hic exitus Cremonam habuit anno CCLXXXVI. à primordio ſui. Condita erat T. Sempronio, & P. Cornelio Coſſ.*

Et in primis feſellit Hominem hæc opinio circa tempus cladis iſtius celeberrimæ (nec mirum aliquando etiam maxima ingenia in errores prolabuntur) cùm ſecuta fuerit ſub Flavio Veſpaſiano, ut ipſe innuit, ejus Imperii initio anno ab V.C. 821. obiitque anno 831., cui ſucceſſit Titus Veſpaſiani Filius, immortuus ad duos annos.

T. Sempronius, & P. Cornelius, ſub quibus dicitur Cremona fuiſſe condita, geſſere Conſulatum ante Chriſti ſalutis noſtræ Principis exortum ann. 191., & ab V.C. 560., ideò his addito enunciatorum annorum 286. calculo, caderet exitus Cremonæ ab V.C. 846.& anno 72. à Chriſto nato, non ſub Veſpaſiano, ſed Flavio Domitiano, in cujus Aula ipſe Tacitus verſatus fuit, duodecimum Imperii annum agente, ut dilucet ex *Haloandri*, *Riccioli*, peræque ac *Panvinii* Chronologia, qui ab uno tantum anno, ſuppares eſſe leguntur. Multorum igitur annorum, & ſaltem quinque ſupra viginti, circa tempus cladis error in Tacito procul dubio detegitur. *Cavitellus* noſter hanc obſidionem enarrat anno LXX. nativitatis Dominicæ, idem & *Antonius Campus*.

Atqui Cremonam conditam, ſeù ut quam plures perperam intelligunt ædificatam non fuiſſe jiſdem Conſulibus, nam longè antiquior eſt, & eo tempore Romana Colonia deducta) clarius patet ex his, quæ exponam, & quæ neminem adhuc cùm ex noſtratibus, tùm exteris Chronographis attingere inſpexi.

Præcitati Cavitellus, & Campus, ac ante ipſos *Leander de Albertis in deſcriptione Ital.* ubi de Cremona, diſcuſſo funeſtiſſimæ ſtragis eventu, illum eveniſſe adnotant anno CCLXXXVI. à quo Romana Colonia effecta fuerat. At cum Tacito eoſdem decipi liquidò conſtat circa annos 286. ſivè à primordio, ut ipſe agit, ſivè à deductione Coloniæ, ut iſti contendunt. Nam ut vidimus ſunt tantum anni 261. Præterea quo probent ea tempeſtate deductam fuiſſe Coloniam, nihil quod eruditum ſapiat, afferunt, ad elidendam Taciti opinionem. Quippe ut Patriæ morem geram mihi fas eſt repetere verba Taciti. *Hic exitus Cremonam habuit anno* 286. *à primordio ſui. Condita erat T. Sempronio, & P. Cornelio Conſulibus, ingruente in Italiam Annibale propugnaculum adverſus Gallos trans Padum agentes, & ſi qua alia vis per Alpes rueret.* Hactenus Tacitus; contra quem inſurgentem volo Romanæ Hiſtoriæ Principem Titum Livium notiſſimum, ne in hac confutatione audacem me potius, quam eruditum depromam. Audiamus ſi lubet *Livium lib.* 1. *Decad.* 3. *In Italiam interim nihil ultra, quam Iberum tranſiſſe Annibalem à Maſſilienſium Legatis Romam prolatum erat: Cum perinde ac ſi Alpes jam tranſiſſet, Boii ſolicitatis Inſubribus defecerunt, nec tam ob veteres in Pop. Rom. iras, quam quod nuper circa Padum Placentiam, Cremonamque Colonias in Agrum Gallicum deductas ægrè non patiebantur.* Ergo deducta

Colonia

Colonia *juxta* Livium, & non condita in ſui primordio juxta ſententiam Taciti (quem vel ipſe Tertullianus mendacem alibi vocat) facilis eſt concluſio, inſpectaque authoritate, qua prævalet Livius in ſimilibus conſcribendis, de quo legi apud *Opmeerum in Chronogr. & Balthaſſ. Bonifac. de Rom. Hiſt. Scriptor. cap.* 6. Sapientiſſimum Regem Alphonſum Aragonium, ſumma ambitione, & conatu, petiiſſe à Patavinis, ut Neapolim honoris gratia deferretur brachium hujus Viri, quo præclara illa Commentaria deſcripſit: Conſtat inſuper ut *Plinius ait in Prolog. galeato ad Paulinum* ex ultimis Hiſpaniæ, Galliarumque finibus ad videndum T. Livium, lacteo, ut D. Hieronymus ait, eloquentiæ fonte manantem quoſdam veniſſe Nobiles: & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat unius Hominis fama eò perduxit. Sed in orbitam unde exerraveram redeo. Addatur, quod *lib.* 4. *Decad.* 4. ubi de Valerio Flacco, qui octo millia Gallorum profligavit, & qui fuit Conſul annum ante T. Sempronium, & P. Cornelium, inquit: *Conſul reliquum æſtatis circa Padum Placentiæ, & Cremonæ exercitum habuit.* Ergo ante T. Sempronium, & P. Cornelium erant jam diu Cremona, & Placentia capaces hoſpitandi exercitus. Nec quidem erant vici ignobiles, ut poeticè magis, quàm hiſtoricè ſcribit *Alciatus in ſua Hiſt. Mediol. lib.* 1.

Aſt ultrò progrediamur, & nuſquam adeò comptè relata proferamus, quæ meum negotium faceſcunt, ſcilicet Cremonam Thuſcorum Coloniam longè antequam Romanorum eſſet oſtendamus, ut quiſpiam rerum diligens indagator neque non nobiſcum ſentiat; Sit Livius acerrimus Dux *lib* 5. *Decad.* 1. ubi: *Thuſcorum ante Romanum Imperium latè Terra marique opes patuere*, & paulò poſt: *Ji in utrumque mare vergentes incoluere Urbibus duodenis terras: priùs cis Apenninum ad inferum mare, poſteà trans Apenninum totidem quot capita originis erant Coloniis miſſis: Quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum Angulo, qui ſinum circumcolunt maris, uſque ad Alpes tenuere.* Et cum eo *Bonaventura Caſtillionus* in principio Operis *Gallorum Inſubr. Antiquæ Sedes. Galliam Ciſalpinam, quam nunc Longobardiam, ſeù Lingobardiam vocamus initio Hetruſcos tenuiſſe omnes Authores tradunt.* Ex his conjecturis ſubdubitare poſſemus, an verè Cremona fuiſſet Thuſcorum Colonia, licèt *Cajus, Plinius hiſt nat. lib.3.cap.*19. clariùs loquatur in hæc verba: *In Mediterraneo Regionis decimæ Coloniæ: Cremona, Brixia, Cenomanorum agro; Venetorum autem Ateſte: & oppida Acelum, Patavium, Opitergium, Bellunum, Vicentia, Mantua Thuſcorum, trans Padum ſola reliqua:* dubietatis tamen nebulas expellit *Curtius Inghiramius* in ſuis Etruſcarum antiquitatum Fragmentis, (dicat quicquid vult contra eum Leo Allatius in ſuis Animadverſionibus Romæ editis 1642.) qui ob oculos ponit

quæcunque in ſua Scornelli Villa apud Vulterras effoſſa ſunt nobiliſſima monumenta ab anno poſt Catilinam extinctum, ut ex iiſdem conſtat, per Proſperum Feſulanum eo loci conſepulta in variis curioſiſſimis involucris, quæ *Scharith* proprio ipſorum nomine appellat, delitentia. Conſtabant iſti globi primo cortice ex pilis immixtis tela, & in hoc charta lintea antiquis characteribus, quorum figuram exhibet, obſignata; Multi & multi ex iſtis *Scharith* ex ordine defoſſi ſunt, & Scriptorum ſeriem ſemper exponit; nam pag. 135. in *Scharith* 99. die 4. Novembris 1630. effoſſo in quo Thuſcorum Coloniæ deſcriptæ erant comperitur *Cormona, poſteà Cremona, Colonia Cæritum, & Populonienſium.* Et in ſcharith die 20. Septembris 1635. invento, ubi recenſentur multi Italiæ Populi cum ſuis ſignis pag. 179. hæc habentur. *Tarcon Prancon Senator Cæritis Civitatis, Cremonæ, Cæritum, & Populonienſium primus Præfectus. Camiſes Culcanius Cormonenſis Legatus. Ancus Quenius Cormonenſium Legatus*, & ibi delineata eſt Teſtudo cum hiſce notis: *Signum Cormonæ.* Hoſce Scharith adhuc ſervari Vulterris apud DD. Inghiramios mihi obfirmat Guido Grandus Mon. Camald. Concivis, & Amicus eruditiſſimus modo Florentiæ in Angelorum Cœnobio nuncupato Philoſophiæ Præceptor, ac Matheſeos non incelebris profeſſor. Quantum antiquitus Populonia, & Cæres Oppida præſtitiſſent, legenda ſunt carmina *Virgil. lib.* 1. *Æneid.*

Sexcentos illi dederat Populonia Mater
Expertos belli Juvenes &c., & paulò poſt
Tercentum adiiciunt mens omnibus una ſequendi
Qui Cærete Domo &c.

Tarchon nomen proprium Hetruriæ Ducis, & Aruſpicis, qui Æneæ ſuppetias adverſus Turnum, & Rutulos dedit, à Virgilio memoratus in 8. 10. & 11. *Æneid.*

Nec poſſum hìc mihi temperare, quin verba Ughelli, Cluverianis ferè ſimilia, *in Ital. Sacr. Tom.* 3. referam: *Ex antiquæ Populoniæ ruinis Maſſa crevit &c. olim potentiſſima fuit, undè antiqui Hetruſci claſſibus exornandis, inſerviendiſq; armamenta promebant &c. ſub exciſæ Populoniæ promontorium Plumbinum extulit muros &c.* Cur ex agro Volaterrano ſimiles Scharith eruti fuerint, favet mihi illud Servii commentando recitatum carmen, *ſexcentum &c.* ſcribens: *Quidam poſt XII. Populos in Etruria conſtitutos, Populum ex Inſula Corſica in Italiam veniſſe, & Populoniam condidiſſe, dicunt. Alii Populoniam Vulterranorum Coloniam tradunt, alii Vulterranos Corſis eripuiſſe Populoniam dicunt &c.*

Thuſcos deinceps ab Inſubria fugatos fuiſſe à Gallis, Priſco Tarquinio Romæ Regnante, juxtà Livii Chronologiam à Glareano relatam, anno ab V. C. 138. ex prælaudato Livio habetur, iiſdem *lib.* 5. & *Decad.* 1. id comprobatur *à Sabellico Ænead.* 4.

lib. 1.

*lib.*1. Cæterùm quicunque mortalium ab initio eam oram tenuerunt, ſatis conſtat citrà, ultraque Padum Thuſcos, & cum his Umbrorum gentem à Gallis ea tempeſtate ejectam; Nec ab iſtis *Petrus Leo Caſella* diſſentit in ſuo Opuſcul. *de Thuſcor. origine*, *Colonatu &c. cap.* 1. *Cæterum quoquo modo res ſe habuerit*, *illud planè ſubditur Gallos expeditione præcipiti Alpinas per nives ſaltu innoxios in campi ſe proripuiſſe planitiem, qui nocentiſſimi pervaſere omnia ejectis, aut enectis veteribus Colonis; & adhuc conſtanter Ciſalpina dicitur Gallia.*

Si igitur Thuſci ante Gallos, & Galli ante Romanos, ut ex *Livio lib.6. Decad.*4. funditus poſt varios caſus à P. Cornelio Scipione, Naſica cognomento ex Inſubria ejecti, Cremonam occuparunt, ut ex adductis jam vidimus, quis adliquidùm Taciti errorem non deteſtetur, & Urbem noſtram agennealogetam, vel ante Romæ primordium, ut demonſtravimus, & dicemus infra non affirmabit? Id magis, magiſvè liquet, cum Livius in enarratis de Gallorum incurſu, Urbes nonnullas, quas ipſi ædificarunt, recenſeat, non verò Cremonam, quæ jam anteà condita fuerat, ſi Tuſcos in Colonos receperat, quinimmò Princeps inter Tuſcorum Colonias in Cenomanis à Plinio recenſetur.

Ex his everſos penitùs crederem Polibii ſenſus, à quibus fortaſsè, ut innuimus, Tacitus, & cum eo alii ebiberunt errorem, quum præcavere debuiſſent, Græcis non adeò facilè credendum eſſe, & præſertim, ut ibi *lib.* 3. loquens de Romanis: *Inſtitutum jam ante negotium de Coloniis in Gallias deducendis perficere maturant: igitur oppida ſummo ſtudio mænibus cingere cæperunt: Futuros incolas* (*erant autem Sena Colonorum millia utrique oppido aſſignata*) *intrà dies XXX. ad ſuas Colonias ſiſtere ſe jubent. Harum alteram cis Padum condebant, cui nomen fecerunt Placentiæ, alteram trans Padum, quam nominarunt Cremonam.*

Hanc opinionem detrectat, & peræquè rejicit doctiſſimus *Cluverius lib.* 1. *Ital. Antiqu.* affirmans Cremonam vetuſtiſſimum eſſe Oppidum; Verumenimverò ſubdens & ipſe à Gallis Cenomanis conditam Gallico vocabulo *Cremon*, quæ ſuprà diximus, ignoravit. Nec mirum? non omnia ſcimus omnes, & præcipuè dum notiones ad Hiſtoriologíam pertinentes propter nimiam vetuſtatem fatiſcunt. Cluverio adhæſit *Ughellus Ital. Sacr. Tom.*4.

Explicatiſſimè *Sigonius de antiquo Jure Italiæ lib.* 2. *cap.* 2. differens de Coloniis, nempè de Placentia, & Cremona, harum antiquiſſimam originem eſſe teſtatur.

Euſebius in Chronico initium Cremonæ refert annis mille tercentum quinque, & ſeptuaginta ante Dominicum Adventum, cui noſter Cavitellus adhæret. Romæ verò primordia omnes claſſici Chronographi ſecuta referunt anno ſeptingenteſimo quinquageſimo primo ante Chriſti ortum. Ergo Cremona ſeptingentis, & quinquaginta

quaginta quatuor annis ante Romam fundata erat.

Jac. Phil. Bergomenſis in ſupplement. lib. 6. ſcribit *Cremonam pulchram, ac egregiam Ciſalpinæ Galliæ Urbem Aſconii Pediani authoritate fultus à Gallis Senonenſibus etiam conditam, vel potiùs auctam affirmare poſſimus &c. Sed ab Hiſtoricis fide dignis, utpotè Siccardo ipſius Cremonæ Epiſcopo Viro Doctiſſimo, & Bentio Alexandrino in Chronicis eam temporibus Delboræ Judicis Iſrael à Brimonio Trojano Pallantis Socio conditam invenimus, & à ſe BRIMONIAM appellante*. Haſce eruditiones inſectatur Antonius Campus, qui res Cremonenſes adæquè pinxit, & ſcripſit.

Jacobus Gadius in exordiis dilapſi ſæculi ſcribens ſuis hiſtoricis monumentis adhuc M. S. expreſſit: *Ezezias Rex, & Judas Sicamber Italiam petentes multas Urbes devaſtarunt, inter quas extitit pulchra Cremona ante Chriſti adventum condita per annos MCCCLXXV. anno verò Mundi MMMDCCCXXV. prout Siccardus Cremonenſis Epiſcopus ſuis in Chronicis teſtatur, & hoc etiam dicit, & affirmat Papias.*

Quinimmò Patriæ noſtræ archæam originem exponunt ſymbolicæ figurarum diverſitates quibus præter Teſtudinem Thuſcorum, expreſſa videtur, nempè ſub figura Porcæ, ut apud *Gualvanum Flammam in Manipul. flor. m. ſ. cap.* 2. ſub figura Vaccæ, ut apud recitatum Gadium. Hodie verò, & ab immemorabilibus annis citra, Patriæ Inſignia exprimuntur ſcuto in albo, tribus rubeis repagulis obſignato, cujus in cono erumpit brachium rubro, albove colore manicatum cum pila præ manu (hoc lemmate) *In Brachio Fortitudo mea*; tali ſiquidem ſtemmate habeo antiquum æreum numiſma, cui in averſa parte S. Himerii Cremonæ Tutelaris eſt effigies.

Nominum item multiplicitas, quibus appellitata fuit idem probat; Græci enim Polybius, & Appianus, CREMEN primus, CREMON ſecundus vocat, CORMONAM à Thuſcis dictam jam legimus.

Albertus in deſcriptione Italiæ fundatam ab Hercule ſcriptitat, & TROJAM in primis vocatam, deinde CLIMENAM, demum Cremonam.

Idem *Gadius* hæc habet. *Hercules Anteum, & Caccum ſuperavit, & in Italiam veniens prope flumen Eridanum appellatum Caſtrum ædificavit, quod ex nomine ALCMENÆ ejus Matris appellavit, & paulò poſt Brimonius Alcmenæ Oppidum ampliavit, & illud BREMONAM appellavit, quæ nunc CREMONA eſt, mutata B. in C. propter incendium de ea factum à Gothis*. Huic poſtremæ ſententiæ ſubſcribere non poſſum; ſcilicet Cremonam à cremando fuiſſe dictam, verum à Brimonio Brimoniam appellatam nobis unicè favet T. Omuſius Tinca Placentinus antiquiſſimus Scriptor ante Hum. Generis Redemptionem in Hiſtoriola de Origine

Urbis

Urbis Placentiæ, quam ſcripſit M. Callidio Genero ſuo in lucem hoc tantum ſæculo edita à Petro Maria Campo, ſuæque Hiſt. Eccleſiaſticæ Placentinæ in fine primi Voluminis adjecta, cujus Omuſii eruditionem ad ſpecimen libet commemoraſſe. *Poſt Ambrum dominatus eſt Teſtius annos ſub Anco quinque, ſub Tarquinio triginta. Huic licet graves cum Oligonio Brimoniæ Domino intercederent inimicitiæ, cum tamen à Tarquinio demandatum eſſet, ut communibus copiis bellum contra Inſubres adminiſtrarent, ipſe ſtatim Brimoniam profectus pacem, mox etiam affinitatem cum Oligonio contraxit: Et cum Brimonienſis ager Inſubrum excurſionibus magis quam Placentinus eſſet obnoxius, nunquam conſilio defuit, vel auxilio Brimonienſibus in propulſandis, vel ulciſcendis inimicorum injuriis. Quæris, quæ fuerit Brimonia? Ea eſt, quam modo Cremonam dicimus.*

Ex hoc quoque Hiſtoriolæ fragmento percipimus Oligonium quendam fuiſſe Cremonæ dominum Pri: Tarquinii tempore, ut vidimus ab V. C. 138.

Alii à Cremone Trojano nuncupatam, ut innuit noſter Franciſcus Sfondratus S. R. E. Card. *in ſuis carminibus de Raptu Helenæ lib.* 2.

Altera formoſo Climenæ eſt addicta Cremoni &c. & lib. 2.
Hic partitus opem, genteſque & ſacra Cremonæ
Invictum fiſſo cum Patre Acamanta relinquens,
Et ſedem inde aliam fato ducente requirens &c.

Comes Franciſcus Perſicus in ejus Hiſt. M S. (hoc anno 1698. fortuitò à me reperta) quam elucubravit anno 1509. (ut dicam ſua ſede) anceps & ipſe ſcribit tandem: *ſunt namque qui aſſerunt eam à Crimonio Trojano ſedibus profugo Delbora Hebræorum Judice regnante ante Urbem Romam conditam fuiſſe &c.*

Permulti, quod cremata ab Helvetiis, & Rhætis Luc. Cornelio Cinna, & Luc. Caſſio Rubirio Coſſ. Cremonam (ut paulò ante ſcripſimus) fuerit nominata, quos inter *Cavitellus*, ſubdens, (& nimium vetuſtatis deliramentis credulus) Cremonam etiam dictam fuiſſe cum de more ſulcaretur ejus Pomerium aratro, ut ibi conſtruerentur mænia, illic reperta fuerit Crumena.

Cluverius antecitatus, à Gallis, ut vidimus eam denominatam *CREMON*, quod celticam, ut ſcribit, fert formam, ſicuti Dertona, & Verona &c. Celtæ autem ſunt Populi Galliæ ultimi proximi ad Oceanum, & illa uſi fuerunt lingua, qua etiam nunc utuntur Helvetii, antequam loquerentur Galli latinè. Juxtà *Petrum Opmeerum in Chronolog. ſub annis Chriſti* 692.

Saccus in Hiſt. Ticinenſi lib. 9 *cap.* 6. à Mercium copia Cremona dicta. Crema enim, ut ipſe ait, materna lingua Sabini Copiam indicant. Non igitur repetam cum *Vida* ſapientiſſimo, æque Oratore, ac Poeta *in orat. pro Cremona Act.* 1. contendam Urbem noſtram ab Hercule, quod multi affirmant conditam, neque eam à Trojanis initium habuiſſe, adverſariiſq; condono illum

neſcio

neſcio quem Cremonem, quem ſcriptum reperi nomen Cremonæ de ſuo nomine indidiſſe, remitto etiam illis Brenonem illum &c., & paulò poſt. Atqui ſi de prima origine Urbis noſtræ agimus, eſt adeò vetuſta, ut planè ignoretur, quandò primùm cæperit, ſuperetque omnem vetuſtatis memoriam.

Iccircò ſi certam originem Patriæ noſtræ attingere nequivimus, quamvis Hiſtoriarum arcana ſedulà perveſtigatione venati ſimus, certas utique de eadem ex Nobiliorum, & antiquiorum clariſſimis ſcriptorum monumentis laudes haud negligamus.

Quod etenim majus deſiderari poteſt, quam Livii teſtimonium *Decad.* 3. *lib.* 7., ubi: ne ſua laude fraudarentur, & poſt tot ſæcula ſileantur Coloniæ de Rom. Rep. optimemeritæ poſt alios Populos Cremonenſes conmemorat, ſubdens: *Harum Coloniarum ſubſidio, tum Imperium Pop. Romani ſtetit, iiſque gratiæ, & in Senatu, & apud Populum actæ*. Legatur, & *Livius* aliàs, præcipuè *Decad.* 4. *lib.* 1. apud Cremonam inſignem Romanorum Victoriam de Gallis eam obſidentibus narrat, in qua Amilcar Dux Pænus eo prælio, & tres nobiles Gallorum Imperatores ceciderunt; ſex millia Hominum effugerunt, cæſa, & capta ſupra quinque, & triginta millia, cum ſignis militaribus ſeptuaginta, carpentis Gallicis multa preda oneratis plus ducentis: Tanti prælii locus uno lapide ab Urbe diſtans *Battaglione*, ut Incolæ ajunt, denominatur, nomenque tale ad hunc diem ſervat.

Strabo in Comment. Geogr. notat Cremonam frequentiſſimam Urbem fuiſſe, eamque & Placentiam circum Padum celeberrimas Civitates vocat hoc modo: *Cis Padum, circumque ſunt celeberrimæ Civitates Placentia, & Cremona.*

Cajus Plinius ſupra allegatus *nat. Hiſt lib.* 3. *cap.* 19. ejus agri feracitatem inſinuat, ubi de ejus ſitu. *In mediterraneo regionis decimæ Coloniæ Cremona, & Brixia Cenomanorum agro*, ſcilicet in illo pulcherrimo, ac feraciſſimo tractu oræ mediterraneæ, quam Cenomani habitarunt inter Padum, & Ollium flumina, & cum eo *Cleophilus occinit.*

Poſſidet, & campos culta Cremona tuos.
Quos ſequitur *Mantuanus.*
Et frumentiferæ cultiſſima rura Cremonæ; alibi verò.
Per Laudenſe ſolum, per divitis arua Cremonæ.

Sed accuratiùs *Scaliger*, quem audire neminem pertædeat in libro, cui tit *Variorum Itinerum in Europa delitiæ &c. collectæ à Nathan Chytreo* 1599.

Quis modus eſſet agris, & quanta licentia frugum
Verba peregrina Gallica voce notant.
Inde ſolum nati lætum dixere Cremonam
Quin Latio vox eſt delitioſa cremor.
Uſque adeo longo reddit cum fænore tellus,

Præte-

Præteritique hornus commoda ridet ager.
Deficit, & cultrum, & vomer non deficit uber
Laſſa manus tritu ſurcula feſſa Ceres.
Reddant penſum aliæ, noſtræ lex unica terræ eſt,
Et votum Domini, & ſpem ſuperare ſui.

Plutarchus in Othone: poſtquam enim depulſus Placentia Cecinna Cremonam contendit aliam urbem abundantem, & amplam.

Appianus in Annibalicis: *Scipio Cremonæ hibernavit*, ſcilicet cum exercitu, ut innuit *Livius lib.* 1. *decad.* 3.

Tacitus & ipſe Hiſt. lib. 3. *ſed opes Cremonenſium in ſinu Præfectorum, Legatorumque fore &c.* & alibi *tempus quoque mercatus ditem alioquin Coloniam majorum opum ſpecie complebat, Ædificiis cum in urbe, tum in ſuburbanis excultam. Mox Tertiadecimanos ad extruendum Amphiteatrum relictos &c. Auxit invidiam editum illic à Cecinna Gladiatorum ſpectaculum.* Et ibi bona Eruditorum venia, non extra rem erit afferre Epigraphen, quam exhibet *Reineſius*, licet eam ſuſpectam, quinimmò falſam credat in *Inſcription. Claſſ. 6. n.* 17. *è ſchedis Bartholinianis*, & *Vicentiæ extare.*

Au. Cæcinnæ Vic.
Vitelli. Imp. Duci
Fortiſſimo
Ob munus Gladiatorum
Apud ſe exhibitum
Cremona.

Sequitur *Tacitus*, & Urbis noſtræ delicias, Ubertatem, nobilitatem, & potentiam deſcribit: *Rapi ignes Antonius inferrique amenìſſimis extra Urbem ædificiis jubet* (paulo poſt) *numero Colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri annexu, connubiiſq; gentium adolevit, floruitq; bellis externis intacta &c. mox rediit Cremonam reliquus Populus, repoſita fora, Templaq; magnificentia Municipum, ut Veſpaſianus hortabatur. &c.*

Dion in Epitome confecta à Johanne Xiphilino Conſtantinopolitano Monacho loquens de Vitellio: *Propterea quòd Cremona erat maximis, atq; pulcherrimis ædificiis ornata, magnaq; vis pecuniæ à Civibus, & Peregrinis in eam coacta fuerat &c.*

Ammianus Marcellinus Hiſt. lib. 15. cum ipſe Miles, & Hiſtoricus eſſet, fabricæ, ſeù armorum factionis laude præclaram eam fuiſſe. ſcribit. Author hic allegatur ab *Alciato in §. fabros ad l. ferri ff. de Verb. ſignif. Tom.* 2. *ejus Oper. col. mihi* 1320; cui quidem nituntur *Spigellius in Lex. Juris in verbo Fabrica*, & *Odoardus Gandacius de Guber. antiq; Reip. Januen*; ubi pag. mihi 21. celebrando Romanorum officinas pro armis elaborandis Cremonam clypeis ſingularem commemorat.

P. Virg: Maro in Ecloga 9. bellorum caſibus celebrem, ut ſupra etiam diximus, comminiſcitur, vulgato illo carmine.

Mantua veh miſeræ nimium vicina Cremonæ

quod imitatus eſt *Martialis lib.* 8. *Epigr.* 56.

Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.

cui alludit *Silvius Italicus de Bello Punico* 2. *lib.* 8.

Mantua mittenda certavit pube Cremona.

Et quia nollem, ut illud epithetum *Miſeræ* primo intuitu naſutolos offenderet, Servii, & Aſcenſii interpretationes repetam, Primus enim: *Bene ingemit* (ſcilicet Maro) *Mantuanorum infælicitatem, quibus ſola obfuit vicinitas Cremonenſium: nam Caſſii, Bruti, & Antonii Copias Cremonenſes ſuſceperant, quos etiam ipſos mirè excuſat, dicens miſeræ Cremonæ, quæ etiam ſi vellet minime tantis copiis poſſet reſiſtere.* Secundus verò: *Mantua, inquam, nimium vicina Cremonæ, veh miſeræ, ideſt nimium miſeræ, & miſerabiliter afflictæ, unde videtur hic una eſſe dictio, veh miſeræ, quod & Mancinellus ſenſit: ſi quis duas cenſuerit ordo eſt: O' Mantua nimium vicina Cremonæ, veh tibi miſeræ.*

Ælius Donatus Gymnaſio antiquo percelebrem decantat in vita Virgilii, quanquam ſint Bembus, & Navagerius, qui ſentiant minimè Donati phraſim redolere talis Vitæ deſcriptionem, ut ut ſit hæc ibi ſcripta ſunt. *Initia ætatis, ideſt uſque ad ſeptimum annum Cremonæ egit, & decimo ſeptimo virilem Togam cepit, illis Coſſ. iterum, quibus natus erat.* Alios deinceps Patria noſtra, & multo antè florentes, & Poetas, & Oratores magnos optimis diſciplinis inſtructos, & ornatos à ſe dimiſit. Teſtatur utique dilapſi Sæculi facundus Orator *Franciſcus Zava* Tridentinos huc Liberos ſuos ad literas, & Mores condiſcendos miſiſſe: Ultroque pergit ſcribendo: quem veſtrum quoque latet ingentem quotannis Papienſium numerum, Placentinorum, Parmenſium, Mantuanorum, Brixienſium, Inſubrum, Vercellenſium, Alexandrinorum, Caſalenſium, eorum quoque, qui ultra Appenninos montes, eiſque habitant, mediterraneorum denique, & maritimorum undique ad hanc Urbem convenire, tanquam domum Amicis apertiſſimam, & perhoſpitalem Literarum, morum, ſapientiæ, eloquentiæque officinam ad has interiores, & reconditas literas percipiendas &c.

Guntherus Poeta clariſſimus *in Ligurino, ſive de geſtis Friderici lib.* 10. magnam, & prædivitem canit. ibi.

Vicinam Magnæ Cremam locus ipſe Cremonæ
Fecerat. & alibi pergit
His Cæſar ſtimulis, & centum mille talentis,
Quæ dedit ipſa ſua prædives ſpontè Cremona,
Impulſus tumidam bello ſubvertere Cremam
Cogitat &c.

Ferrarius in Topographia Poetica Ticini, excuſa ex Officina Jacobi Ardizzoni 1628. hæc de Cremona: *Ea etiam num clara eſt, & ampla nulli in Gallia Tranſpadana poſt Mediolanum cedens. &c.*

Poſſem ulteriùs præter Authores antiquos, & præcipuè Cajum Cæ-

ſarem,

ſarem, Cajum Vellejum Paterculum, Sextum Aurelium Victorem, Aſconium Pedianum, Ptolomæum, aliorum Scriptorum prope infinitum numerum perluſtrandum exhibere, inter illuſtriores Italiæ Urbes Cremonæ non poſtremum locum aſſignantes, attamen ne prolixior fiam, conſulto opere eum omittam,

Hic quippe pedem figere non poſſum, quin Patriæ quantum adauctum gloriæ fuerit indigitem, quum à Romanis in Coloniam delecta. Omnium enim Coloniarum, quæ à Romanis deductæ erant, hæc erat lex, ut Colonis ager viritim divideretur, illi verò ſtipendia, & Milites ex cenſu darent, & pari jure cum Pop. Rom. in ferendis Suffragiis Romæ citarentur. Sed exactius *Sigonius de Antiquo Jure Ital. lib.* 2. Coloniæ Romanæ donatæ erant jure Quiritum, ſcilicet jure privatæ libertatis, Connubiorum patrio Jure legitimi dominii, & Hæreditatis, mancipii, & nexus, & uſucapionis, & reliquorum, itemque jure Teſtamentorum, & Tutelarum.

Cremonenſes fuiſſe ſummo fœdere Romanis obſtrictos, illiſque Milites, & ſtipendia prębuiſſe, præcipuè autem tempore, quo Paulus Æmilius Perſeum Regem vicit (tunc enim erat in ſtativo Exercitus Romani Choors Cremon. ut idem *Livius decad.* 5. *lib.* 4. erga finem) maximè etiam, & nimium Romanorum amicitia probatur ex everſione noſtræ urbis ab Impio Aghilulfo, innumero propè cum Exercitu facta A. C. 603. ejus rei meminit *Paulus Diaconus lib.* 4. *de Geſt. Longobard. cap.* 29. erat autem in iis diebus adhuc diſcordia Longobardis cum Romanis propter captivitatem Filiæ Regis. *Qua de cauſa Agilufus Rex egreſſus Mediolano, Menſe Julio obſedit Civitatem Cremonenſem, cum ſclavis, quos ei Cacanus Rex Avarium (alii habent Avarorum) in Solatium miſerat, & cæpit eam duodecimo Kal. Septembris, & ad ſolum uſque deſtruxit. Pari &c.*

At novus è cineribus Phenix Cremona reſurgens, magno poſtea rerum incremento ſtabilis fuit, ſuum imperium Inſubriæ Urbibus, ac illuſtrioribus Oppidis ultrà Agri planè amplas, contra uberesque Provincias, Vicis, Pagis, Caſtriſque Nobiliſſimis offertas, cum armis, tum auctoritate defixit; quinimmò eò terroris Cremonenſium potentia devenit, ut omnibus Italiæ Principibus Hoſtes judicarentur. &c. ſunt verba *Othonis Friſingenſis in Chronico lib.* 7. *cap.* 9. hìc quoque ad protendendam ſtrenuam animorum Cremonenſium indolem (ni fortè apud Nos crimen eſſet) repeterem, quæ effręni calami libertate *Trajanus Boccalinus* notat in opuſc. *Pietra &c.* inſcripto, ubi Almanſorem loquentem præſefert. Concivium tùm obſidentium, tùm obſeſſorum omnes Victorias (enumerare quanquam perdifficile) ſilebo, ne contra pleraſq; Italiæ Civitates hoſtiles iterum, immò etiam inteſtinos excitando tumultus, inimicus magis, quàm ſinceræ Hiſtoriæ videar profeſſor.

Laudæ Pompejæ in reſtauratione, ac Alexandriæ in erectione haud impigros auxiliis Cremonenſes fuiſſe teſtantur illarum Civitatum

Chronographi, in quorum memoriam grati Laudenſes unam ex ſuæ Urbis Portam præcipua denominatione Cremonenſem vocant ad hanc diem.

Summorum Pontificum, Cæſarum, ac Regum magnificentiſſimis hoſpitiis, generoſaque animi amplitudine clara ſæculis omnibus Patria noſtra ſemper extitit, quorum nomina ſubtexere arduum eſſet, & de hoc ſpeciatim, cum Hiſtorici noſtrates, ac exteri affatim diſcurrant; Propterea inſignibus, ac permultis decorata favoribus ſemper inclaruit, quæ inter non poſtremo loco ponendum eſt privilegium monetæ cudendæ per Fridericum Imp. hujus nominis Primum Cremonenſibus conceſſo, in Archivio unà cum enunciandis ad hanc diem ſervatis, cujus ab archetypo à Nobis inſpecto ſenſus nonnullos depromptos tranſcribo: *Et quia Cremonenſis Civitas præ cunctis Italiæ Urbibus, fide, & probitate, omniq; honeſtate ſemper florentiſſima, & in rebus militaribus expertiſſima Nobis, & Prędeceſſoribus noſtris Divis Imperatoribus, ac Regibus fideli devotione, & indefeſſa probitate ſervavit, eorum merita dignè remunerari volentes, Jus faciendæ monetę, quo Mediolanenſes privavimus, Cremonenſibus donavimus. Hoc quoque Noſtra Eis Imperiali auctoritate in perpetuum confirmavimus; utque hæc noſtra donatio omni Ævo rata, & inconcuſſa permaneat, hanc paginam inde exſcribi, & noſtræ Imaginis charactere juſſimus inſigniri. Teſtes &c. Actum in Territorio Veronenſi apud Inſulam Acenenſem Ann. Dominicæ Incar. MCLV. Indic. tertia, Regnante D. Imp. Federico Anno Regni ſui IIII. Imper. vero I.*

Fridericus II. noſtræ Civitatis Legatos, qui in Baptiſmate ejus Filium Conradum nomine ſuſciperent, admiſit, qua de re ludi omnifariam ſunt celebrati, pretioſiſſima auro, gemmiſque intexta monilia ære publico Imperatrici elargiuntur. Grati igitur animi monimento in confirmatione Donationis Caſtri Roncharoli Cremonenſibus facta, hæc in privilegio expreſſit.

Nos ergo, qui præ manibus fręna Romani Imperii tenemus, ab hac moti conſideratione, dum videmus Civitatem Cremonenſium Noſtrorum Fidelium Caput, & Fundamentum Romani Imperii in Italia, fide, & obedientia primam eſſe inter cæteras Imperio Fideles &c. & hic obiter emiſſitiis Eruditorum oculis, hæc de Conrado Friderici Filio ſubjiciantur, quæ tradit *Villelmus Malmesburienſis de Geſt. Reg. Anglicor. lib.* 5. parumq; ſuſcipiebant Urbes Italiæ Henrici Dominium, ſervitio putantes ſe exutos poſt Conradi Fratris ejus interitum, qui à Patre relictus Longobardiæ in Regem apud Trecium objerat diem.

Nec minori pretio ſunt perpendenda, quæ Magnus, & doctus ille Imperator (callebat enim linguam Gręcam, Latinam, & Saracenicam) Cremonenſibus ſcripſit, ut in Epiſt. *Petri de Vineis ejus Cancellarii*, & præſertim in vigeſima ſexta lib. 2. cuſionis Baſileæ *Vos autem Viri fortes, quos veluti in fidei ſoliditate firmatos*

reddit,

reddit, quævis negotiorum, & temporum qualitas in noſtra devotione præclaros &c. & alibi: *Vires veſtras, & animos exercete, quòd inter alios fideles noſtros Vos dignis extollere laudibus, & ſpecialibus proſequi præconiis meritò valeamus.*

Noſtrorum peræquè fidelitatem exornat Ludovicus Imp. hujus Nominis Quintus ann. 1329. confirmans privilegium Friderici cudendæ monetæ inquiens in diplomate. *Quia Civitas Cremonæ tanquam fide magis excedens cæteras Civitates Lombardiæ per experientiam operum præclara eſt in oculis noſtris &c.*

Jure meritò igitur Cremonenſes veteri exornantur Fidelitatis elogio, inquit *Jo: Lud. Gotofredi in Archontologia coſmica, ubi de Ducatu Mediolani*, & cum eo innumeri ſcribentes, inter quos diſertiſſimè *Franciſcus Zava in ſecunda Orat. ad decur. Cremon.* quibus addendus Citatus *Ughellus in Italia Sacra Tom.* 4. ubi de Epiſcopis Cremonenſ. profatur: Cremona Nobiliſſima Civitas in Transpadana Gallia ſita eſt, quam hodie Lombardiam vocamus, gaudetque titulo Fidelis, quòd iis, qui aliquando illius Imperium arripuerunt nunquam reperiatur fregiſſe fidem.

Item *Jo: Antonius Maginus* Patavinus in Geographia univerſa ex Ptolomeo, agens de Lombardia: Cremona Nobilis, vetus retinens nomen, Colonia Romana, & pervetuſta Urbs ripæ Padi amnis appoſita, hæc ob ejus fidelitatem Principibus ſervatam; Fida vulgò meminit dici Cremona &c.

Quæ diximus peræquè ex ſequentibus confirmantur, cum Sigiſmundus Rom. Imp. (qui pluribus diebus cum Johanne. XXIII. Sum. Pontif. Cremonæ verſatus fuit) inſtaurationem Generalis Gymnaſii conceſſit, ſuadente Cabrino Fondulo, ut ex archetypo diplomatis diei 8. Maii 1413. Foro Julii dato, inter quæ: *Nos attendentes multiplicia dicti Cabrini fidelitatum, & obſequiorum genera, nec non præclara dictorum Civium, ac prædeceſſorum ſuorum præeminentem devotionem, refulgentemque conſtantiæ virtutem, quibus ipſi præ cæteris Italiæ nationibus Divos Romanorum Imperatores, & Reges Noſtros prædeceſſores à longis retroactis temporibus exquiſitæ diligentiæ ſtudio honorarunt. &c.*

Excutiantur etiam è pulvere Philippi Mariæ de Vicecomitibus Mediolani Ducis Epiſtolæ hoc titulo: dilectiſſimis noſtris, ac Nobilibus Civibus, & Communitati noſtræ Cremonæ, ac præcipuè illæ datæ diebus 22. Junii 1427. ac 27. Octobris 1431. In prima enim hæc leges; *Immemores nunquam erimus plurimæ devotionis, & fidei, quam erga nos luculentiſſimè demonſtraſtis, exeundo nuper omnes ut ſenſimus, & in numero copioſo adverſus inimicos cum gentibus noſtris armigeris; Non erat ante Nobis veſtra Fides incognita, ſed facta eſt notior, & apertior &c.*

In ſecunda verò: *Non enim viſi fueritis immemores veſtri honoris, & debiti. Non blanditias, non minas, non tela, non vulnera imminentium Urbis hoſtium curaviſtis, fortiſque omnium animus ad ſalutem*

Civi-

Civitatis maximè contendebat. Quo factum eſt, ut Hoſtes ipſos cum ſingulari ignominia repuleritis. Erit hæc perpetua Cremonenſium laus, & gloria erit hæc ſemper illius Urbis maximum ornamentum, nec delebitur unquam tanta Virtutis veſtræ memoria. Quare Cives cariſſimi Vobis, & fidei veſtræ gratulamur, voſque laudibus ad Cælum extollimus.

Franciſcus Sfortia, maximus ille ſuorum temporum Princeps prodeat & ipſe, ac in Statutorum antetypoſi ab ipſo pro noſtræ Civitatis ſaniori regimine conſtituta anno 1457. die 9. Novembris, de ea proferat verba verè cedris digna, & redundantia melle: audiantur alacriori animo: *Inter cæteras verò ditionis noſtræ Urbes, quarum Principatum divina clementia obtinemus, Cremonam utique dileximus, ſemper & amavimus, & quantum dici poteſt, omni ſtudio proſequimur. Hæc enim Principatus noſtri initium, hæc janua ad conſequenda Dominii Noſtri jura, hæc ad victoriam inſtrumentum, hæc denique in medio rerum ardore ſuſtentaculum Nobis fuit, cujus conſtantiſſimam fidem, & animi integritatem omni officio in omni fortuna ſumus experti, quo fit, ut de ea præcipuam gerere curam debeamus &c.*

Silentium itidem non patiuntur alterius Franciſci Sfortiæ hujus nominis ſecundi, ac ultimi Ducis Mediolani literæ, 6. Novembris 1527. in quibus: *Et ſi Civitas noſtra Cremonæ poſt Mediolanum Primaria ſemper extiterit, de eaque Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Progenitores noſtri per retroacta tempora præcipuam curam, rationemve habuerint, non immeritò prædictorum veſtigia inſequentes ad id faciendum, Nos eo magis obſtrictos fore fatemur, quo ejus, ac Civium, & Incolarum auſpiciis, & ope non ſemel tantùm, verùm pluries cæteras Dominii noſtri partes ab Hoſte indignè occupatas recuperavimus, in eaque (ſæviente fortuna) Nos, & noſtros fere omnes aluimus. Cum igitur amoto Prætore, quem aliàs dictæ Civitati præfeceramus, de alio providendum ſit, multique Nobis occurrerint Viri ampliſſimi, ad quos munus jusdicendi in ipſa Civitate tutò demandari poſſet; Attamen, quoniam ſtatuimus, ut de cætero Prætura dictæ Civitatis per Senatores noſtros exerceatur &c.*

Iccircò, haudquaquam interpoſita temporum ſerie (quamvis indepto totius Mediolani Dominio à Potentiſſimis Hiſpaniarum Monarchis) unus ex Regiis Senatoribus Cremonæ ampliſſimam Prçturam adminiſtrat, ubi nunc meritis, ac virtutibus clariſſimus eſt Ill. D. Petrus Paulus Arrigonus, eidem aſſidentibus tribus Togatis Juriſconſultis; nempe Vicario, Judice Maleficiorum, ac Advocato Fiſcali, nec ibi præter ipſos, deſunt Diſceptatores Militares, Rerum Patrimonialium Civitatis, Annonæ, Vectigalium (qui Regius, & Ducalis Referendarius vocatur) Aquæductuum, Aggerum, Mercaturæ, ac alii.

Succedat denique pro coronide (ne Lector immodicè defatigetur in Operis præludio) Epiſtola Coronati Philippi II. Regis Hiſpa-

paniarum, Auguſtiſſimi *Caroli* V. tunc adhuc viventis Filii, potentia, magnanimitate, & Juſtitia Tanto Genitori juremeritò comparandi, quæ adamuſſim ab exemplari hiſpano tranſcribere placet.

PHILIPPUS Dei gratia Hiſpaniarum, Angliæ, Franciæ, Utriuſq; Siciliæ, Hieruſalem &c. Rex. Magnifici, Nobiles, Fideles, dilecti. Aunque eſtamos tan ſatisfecho de la gran *Fidelidad*, y affecion, que los d' eſta Ciudad aveis ſiemper tenido, y teneis al ſervicio de ſu Mageſtad, y mio, que havia poca neceſſidad de nuevo teſtimonio, todavia me hà ſido de mucho contentamiento la particolar demonſtracion, que havemos entendido, que havindes hecho para en caſo, que Franceſes quiſieran intentar de invadir eſta Cividad, lo qualos tenemos en accepto ſervicio, que ha ſido conforme lo que ſe devia eſperar de tan buenos, y tan leales Vaſallos, y Servidores nueſtros, y Nos quedara memoria d' ello, juntamente con la buena volontad, que tenemos de hazer ſiempre favor, y merced à eſta Ciudad en todo lo que tocarè à ſu bien, conſervation, y augmento; como os lo dirà mas largo de nueſtra parte Don Alvaro de Luna, al qual dareis entero credito. De Londre al ultimo de Marzo 1557.

Nec omittenda ſunt verba ad Patriæ laudem, quæ in ejusdem Regis Privilegio leguntur, dato Londini die 4. Menſis Martii 1555. dum annuum redditum gratiſſima liberalitate Civitati Noſtræ donavit.

Cum earum Urbium ſtatus, & Dominii Noſtri Mediolani, quæ de Sereniſſimo, & Inviciſſimo Imperatore Carolo V. Patre noſtro Colendiſſimo, ac de Nobis optimè meritæ ſunt, Civitas Cremonæ Fidelis Nobis dilecta inter eas numeretur, quæ primas partes obtinet, & quæ ſemper ſingulari quodam affectu, obſervantia, ac animi ardore Majeſtatem ſuam Cæſaream, ac Nos proſequuta eſt, in dieſq; magis, ac magis proſequitur, ut clariſſimis ſignis ſatis, ſuperque jam diù cognovimus; Nam inter cætera, preter immenſam pecuniarum ſummam ob diuturnum Bellum ſubalpinum per eam Civitatem erogatam, ac infinita propemodum damna in hoſpitationibus noſtrorum Militum, tàm pedeſtrium, quàm equeſtrium per eam perpeſſa, ſolutioneſque deinde noſtris Equitibus gravis armaturæ factis, non ſine magno ejus Urbis, & totius ejus Territorii detrimento, ut in bello Parmenſi ſuggeſſit omnia, quæ ad noſtrarum Copiarum uſum, & pro conſequenda contra Hoſtes noſtros victoria neceſſaria erant, nullis unquam parcendo ſumptibus, aut laboribus. Omittimus preterea & multa alia, & quidem non parvi momenti ſervitia, grataque, & fidelia obſequia per prædictam Urbem preſtita, quæ longum eſſet dinumerare; Ut grati igitur in Eam animi noſtri ſignum aliquod oſtendamus, in partem remunerationis damnorum per dictam Urbem paſſorum, ac ſervitiorum, & ſumptuum per Eam in beneficium noſtrum factorum, donec alia uberior occaſio ſe offerat, quam cupimus Nobis offerri, quo ejus meri-

tis

tis gratia , & liberalitate noſtra reſpondere poſſimus motu proprio, ex certa ſcientia , & poteſtatis plenitudine eidem Civitati Cremonæ dedimus, conſtituimus , aſſignavimus , & elargimur annuum redditum &c.

Quales verò ex Antiquiſſima , & Nobiliſſima Patria , ut eam vocat *Thomas Segetus in Coment. de Princip. Ital.* in literis Viri prodierint , ubi tanta , & Cæli , & Soli clementia , ac temperatione , ut Divina (repetam cum Vida) quadam vi , optima Hominum acutiſſima ingenia ſemper produxerit , producatque in dies magis, en demonſtrabimus , faxitque Deus, ut quantum Patriæ debeam , exſolvam.

ANNO ANTE CHRISTI ORTUM.

L I.

MArcus Furius Bibaculus Orator, & Poeta Jambicus, de quo ſcribit *Petrus Crinitus lib.* 2. *cap.* 31. Marcus Furius, qui cognomine Bibaculus eſt appellatus, Cremonæ, ut quidam ſcribunt, natus eſt iisdem prope temporibus, quibus Poeta Lucilius, & Sextus Turpilius Comædiarum ſcriptor, perierunt. Fuit ingenio ſummo, & in primis lepido. Multa ab eo feruntur edita Poemata, ut notat *Lil. Greg. Giraldus de Poetarum Hiſt. dial.* 4. ſcilicet.

Annales
Jambi
Epigrammata.

Macrobius in Saturnal. lib. 2. ejus virtutem commendat ſcribendo. Is jocus in Oratione non extat, mihi ex libro Furii Bibaculi notus eſt, & inter alia ejus dicteria celebratur &c.

Aulus Gelius Noct. Act. lib. 18. pro eodem acuit calamum, ubi non hercule idem ſentio cum Ceſelio Vindice Grammatico (ut mea opinio eſt) haud quaquam inerudito. Verùm hoc tamen petulanter, inſcitèque, quòd Furium Veterem Poetam dedecoraſſe linguam latinam, ſcripſit hujuſcemodi vocum fictionibus, quæ mihi quidem neque abhorrere à Poetica facultate viſæ ſunt, neque dictu, profatuque ipſo tetræ, aut inſuaves eſſe &c.

Nonnulla ejus Carmina recenſentur ab allegatis Petro Crinito, & Gyraldo.

Alia, & eadem videntur apud *Suetonium Tranquillum de Clar. Grammat.* loquentem de Valerio Catone. Apud Ricciolum Soc. Jeſu in Proſodia Bononienſi, nec non in libro inſcripto, Corpus Omnium Veterum Poetarum Latinorum, ſecundùm ſeriem temporum, Lugduni apud Samuelem Criſpinum 1603.

Valerius Catullus Veronenſis Furio Carmina direxit, cum ejus neceſſarius eſſet; Inter cæteros Amicos Gallum Poetam, & Valer. Catonem magnopere dilexit. *Cornel. Tacitus in Annal. ab* V. C. 778. affirmat legiſſe carmina Bibaculi referta contumeliis, & acerba.

Fuiſſe Patria Cremonenſem, & Cremonæ publicè literas docuiſſe nemo ambigit, ut confirmant præter noſtrates Hiſtoricos, & Scriptores, Euſebius in Chronico, ſed eum diutiùs Romæ verſatum fuiſſe circà Ciceronis tempora, teſtantur.

Raphael Volaterranus Coment. de Geogr. lib. 4.

Blondus in Ital. Illuſtrat.
Jac. Philippus Bergom. in ſupplement. lib. 7.
Conradus Geſnerus Bibli. Inſtituta.
Voſſius de Hiſt. lat. lib. 1. *cap.* 14. *& de Poetis cap.* 1.
Quintianus Stoa in Epographia prima cap. 10.
Honor. Dom. Caramella in Muſæo Illuſtr. Poetarum, qui cecinit.

Ne Verona putes ſolam generare Catullos,
Profert Bibaculos namq; Cremona ſuos.

Johannes Jacobus Hofmannus in Lexico lit. B. & F.

A' Valerio Maximo Hiſt. lib. 1. cap. 1. memoratur quidam Lucius Furius Bibaculus inter pietate, ac religioſo animo illuſtres.

Arguere inſuper non eſt incongruum noſtrum Furium illuſtri genere procreatum, & ex Romanis deveniſſe, cum *Streinnius de Gent. & Fam. Rom. pag. Mihi* 72. Gentem Furiam afferat, plureſque habeantur inſcriptiones Furiorum penès Gruterum, Reineſium, Malvaſiam, & alios in lapidaria ſcribentes, quarum Catalogum hìc ſubiicerè longum eſſet.

ANNO X. ANTE CHRISTI ORTUM.

Marcus Aurelius Felix floruit, de quo in Schedis Bibliothecæ Ambroſianæ Mediolanenſis habetur Inſcriptio ſubnexa, eamque extare in Urbe Polæ Anonymus Collector affirmat.

M. AUR. FELIX D. CREMON.
QUÆSTOR PEC. PUB. ÆDIL. PLEB.
III VIR JUR. DIC. OFF. OMNIBUS
FUNCTUS UIUENS POS. SIBI ET.
AURELIÆ MARCIANÆ VIRGI-
NIÆ FOEMINÆ PRIMARIÆ. VIXER.
ANN. XLVI. DIES XIIII.
BENEMERENTES IMP. XX CR.

Antiquiſſimi hujuſce lapidis notas, & ſenſus explanare cenſeo perneceſſe, cùm in eo de Nobiliſſimo, & Doctiſſimo Cremonenſi Viro, deque ejus primaria Fæmina mentio fiat.

Litera M. Aurelio antepoſita pro Marco potiſſimùm intelligitur. Valer. Prob. *de Not. Rom.* idipſum *Petrus Diaconus de Not. Literarum*, eſtq; prænomen, ut crebriùs habetur in Inſcriptionibus, quod tantùm Viris Illuſtribus concedebatur. Ita Bellinus relatus à *Malvaſia in Marm. Felſin. lect.* 7. *cap.* 12. Et Marci fuerunt appellati, qui Menſe Martio geniti. *Panuin. de antiqu. nomin. Sigonius de Nom. Roman.*; & cum iisdem *Urſattus in Marm. Erud. Epiſt.* 10. in qua de lit. M. plura.

AURELIAM, Gentem à Sabinis oriundam, à Sole primùm Aureliam dictam (quòd ei publicè datus locus eſſet, in quo Sacra Soli faceret) inter Familias Romanas à *Streinnio* accepimus, in

in ejus libro de Gentibus, & Fam. Roman. ubi inter cætera gemminos M. Aurelios recenſet, ſexaginta, & ultra ex Aureliis illuſtribus memorant *Gruterianæ inſcriptiones à pag.* 706. *ad* 803. *Reineſius* plures, aliique ſimilium Conſectatores permultos.

FELIX tertium nomen eſt, quod individuam Aurelii perſonam inſinuat, nam plures Aurelii eodem tempore eſſe poterant. Familiare quidem erat apud Antiquos nominibus ſuis additum illud *Felix* adindere, ut in luſtrando priſcas Epigraphes paſſim offendimus. Videmus etiam adiectum *Felix* duobus aliis Aureliis apud *Reines.* & ſcilicet T. Aurelio Felici Equ. Sing. ut in claſſe 8. n. 10, & alteri Claſſ. 20. n. 31. Præterea tribus Nominibus uſos eſſe Mares *Plutarchus in Queſt. ait:* Quòd argumentum, licèt exceptiones patiatur, ire inficias utique nequimus tria nomina majorem indicare Nobilitatem, ut ex *Auſonio Idil.* 11. *carm.* 79. *Tria Nomina Nobiliorum.*

D. CREMON. Decurio Cremonenſis intelligitur. Decurionatus quippe Officium vetuſtiſſimum fuit, quum Romulo ab humanis ſubducto, ne Reip. negotia ſine Rege, ac duce vagarentur, Romani Centum Patres decem Decuriis factis ſingulos, ex ſingulis legerint, qui ſummæ rerum præeſſent, & Decuriones deinceps vocati. Id eruitur ex Dominico Flocco Florent. qui ſub nomine Lucii Feneſtellæ edidit opuſculum de Magiſtrat. Roman. *in cap.* 4. nec ibi ſunt omittenda, quæ *Grucchius* ſcribit de Comitiis Romanorum lib. 3. cap. 1. nam poſtquam fultus authoritate Dionifii lib. 2. egit de Curiis, Tribubus, & Centuriis à Romulo inſtitutis, ait; *Diviſę autem rurſus ſunt Curię in decurias, vocabaturque ſingularum Pręfectus Decurio:* Nam Decuriones Cremona habuerit, nulla ſubdubitandi nobis anſa eſt, quum Coloniæ cunctæ, Romanæ præcipuè, quarum inter principes Cremona penès omnes Chronographos effulget, jus haberent creandi ſibi Decuriones, Nos docet *Paulus Manutius Antiqu. Roman.* quinimmò Senatores ipſi in Coloniis dicebantur Decuriones, quòd initio, Coloniæ cum deducerentur, decima pars eorum, qui deducebantur conſilii publici gratia, ſcribi ſolita eſſet *Alex. Sardus de Mor. & Rit. Gentium lib.* 2 *cap.* 17. erat quippe munus præſigne, nam ille, qui Decurio non ſit, decemviratu, vel aliis honoribus fungi non poteſt; quia Decurionum honoribus Plebeii fungi prohibentur; ſunt verba Textus *in l. honores* 7. *§. is qui ff. de Decurion. & eorum Fil.*

QUÆSTOR PECUNIÆ PUBLICÆ. Quare autem, & quando Quæſtores creati fuerint, ſive Pecuniæ, ſive Capitalibus rebus præeſſent, exponit affabrè citatus Feneſtella cap. 3 fultus authoritate *leg. unicæ ff. de Offic. Queſtoris*, dictique fuere Quæſtores pecuniæ publicæ, quia publicæ quærendæ pecuniæ Præpoſiti extabant, eiſque, ut Prætoribus, & Legatis nummos cudere in Provinciis licebat. *Suareſius cum Fulvio Urſino in diſertat.*

tat, de numiſm. cap. 3. *in fine*, Eorumque ætas præ miniſterio ſuſcipiendo erat annorum XXVII. juxta Grucchium Opere citat. lib. 1. & quomodo promoverentur ad dignitatem, vide *Caſſiodorum Variar. lib.* 6. Quippe munus Quæſtorium fuit Vectigalia Pop. Rom. in Provincia exigere, ſtipendia præbere Militibus, ſingulaque accepta, expenſaſque rationibus inferre, mulctas quoque pecuniarias tàm Romæ, quàm in Provinciis exigere, & in publicis tabulis notare, omniumque rerum, pecuniarumque notas, & illuſtres rationes dare, illaſque confectas, & conſolidatas per ſuos ſcribas in Ærarium deferre. *Ita Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib.* 2. *cap.* 2. Id comprobatur ex *Corn. Tacito Annal. lib.* 13. ab V. C. 809. in verbis: Neve mulctam ab iis dictam Quæſtores Ærarii in publicas tabulas referunt &c. Ex quibus equidem allegatus Sardus lib. 2. cap. 16. Vir cæteroqui arculas antiquitatis naviter ſolitus rimari gravem offendit errorem, ſcribendo, à Tacito Quæſtores Urbanos Ærarios vocari, dum Tacitus, ut legimus, Quæſtores Ærarii, & non Ærarios appellat. Nam potius Ærarii ſunt Fabri, ſeù Venditores Æris, ut in Epigraphe relato à *Caſtallione de Antiquit. Puerorum prænom.*, ubi negotiator Ærarius, & Ferrarius &c. Quæſtores à principio (*Livio lib.* 4. *Decad.* 1.) ex Patribus tantùm, & ex Senatoribus creabantur, poſtea promiſcuè ex Plebe, & P. P. Animadvertendum tamen eſt, Quæſturam, licèt ex minoribus dignitatibus in Urbe foret, eò quidem honoris olim deveniſſe, ut Viri Conſulares, magniſque honoribus functi illam gerere indecorum non putarent; quin etiam lege Pompeja cautum fuit, ut Quæſtores non niſi Conſulares Viri, Suffragio Populi crearentur. At de his plura recitati Auctores, quorum verba exſcribere ſine neceſſitate futilitatem ſaperet. Monendus tamen eſt Lector, ut adeat Reineſii Inſcriptionum Codicem Claſſ. 6. n. 24. ibi nonnulla comperiet de quodam Quæſtore Pecuniæ Alimentariæ, quod munus in aliis recenſitis Scriptoribus, qui latè de hac Quæſtorum materia pertractant, nobis introſpicere neutiquàm licitum fuit. Inſpexi etiam in Opuſculo doctiſſimi *Platinæ de Principe lib.* 2. *cap.* 9. Officium aliorum Quæſtorum fuiſſe literas publicas miſſas in Senatu legere, ac in Chronographia *Petri Opmeerii* præter memoratos Romæ fuiſſe Quæſtores decem Apodectas nuncupatos, qui tributa colligebant, iiſque adeſſe Antigrapharium, item Quæſtores Euthinos, ſeù Repetundarum, qui Judices erant, quando aliquis præter æquitatem Salarium accepiſſet.

ÆDILIS. PLEBIS. Poſt Quæſturam ad Ædilitatem quis evehebatur. Idem Alex. ab Alex. & Ædiles nuncupati fuere ab Ædibus, hi enim præcipuè curabant, ut Ædificia Sacra, & alia publica, privataque fierent, reficerentur, & ornarentur, fueruntque diſtincti Ædiles in Curules, & Cereales; Curules cognominati, qui ex P. P. creati erant, quoniam ſella Curuli vehebantur

bantur; Cereales verò dicti, qui curam gererent annonæ forenſis, Copiæque Cibariorum. Pro eorum miniſterio non Lictores, ut Conſulibus, & Prætoribus conceſſum erat, ſed Viatores habebant. *Lipſius in Elect. lib.* 1. *cap.* 23. Aucta fuere munera Ædilitia, ut in *l. labeo.* 1. *ff. de Ædil. Ædicto*. An verò Ædiles Plebis è Plebe, vel ex Patritiis eligerentur, apud Scribentes ex gravi antiquitatis caligine ſubobſcuræ habentur difficultates. Ædiles plebis à plebe creari juſſerunt leges. Notat *Petrus Servius in Miſcellaneis cap.* 2. Ergo noſter M. Aurelius, quem anteà ex gente Nobili probare conatus fui, plebejus erat; Haudquaquam nam duo Craſſi, Quintus Mutius, Publicus Lentulus, & Scaurus ſummis honoribus functi ædilitatem magnificentiſſimè geſſere. *Alex. ab Alex.* lib. 4. cap. 4. ſubdens: *ſæpe tamen Magiſtros Equitum, & Tribunos plebis ſimul cum Magiſterio Tribunatus Ædilitatem geſſiſſe comperimus*. Ulteriùs *Livius in fine libri* 8. *decad.* 1. *& cum eo Feneſtella de Magiſtr. Rom.* cap. 13. ſcribit, negantibus Ædilibus plebis ſolemnes ludos de more facere conclamatum fuiſſe à juvenibus Patritiis ſe id honoris Deorum immortalium causa libenter acturos, ut Ædiles fierent. Scipioni enim Naſicæ, ejuſq. Fratri Lucio delatam eſſe Ædilitatem legimus apud *Polybium lib.* 10. *cap.* 4. *Grucchius* qui Ædilitiam ætatem annorum 37. concinit, *lib.* 1. *in lib. autem* 2. ut de Quæſtoribus indicavit, modò ex Plebe, modò ex P. P. ædiles creari inquit, & ratio adducitur à pluries relato Feneſtella, quoniam creſcentibus plebis opibus ità, ut etiam Dictatores, & Pontifices de ſuo quoq; corpore præſtarent, P. P. multoties à Plebe victi duos Ædiles Plebejos à P. P. creandos permiſerunt. Addatur non ſemper Plebejum intelligendum eſſe ex Plebe, nimirum nonnulli nonnullos ex Plebeis Nobiles fuiſſe, ut ex auctoritate *Aſconii, Pediani in Tog. Cand.* diſſerit oppido antecitatus Petrus Servius in Miſc. cap. 3, cujus in hac materia illammet elucubrationem attingere non pigeat; ubi etiam in antecedenti capite Pop. Rom tripartitionem in Senatores, Equites, ac de Plebe, nec non eorundem cenſus diſtinctionem luculentiſſimè explicuit: Præterea idem Servius, Aurelios Nobiles ſemper fuiſſe argutatur.

III VIR. JUR. DIC. Triumviri Juriſdicundi de hiſce Triumviris quam plurima apud antiquarios leguntur in ſacris etiam Literis. Notat *Kempius de Oſculis diſſert.* 22. §. 1. qui aliquo dignitatis, aut officii gradu aucti erant, à certo numero, in quo locum obtinebant, denominationem ſortitos eſſe, id quod ex 2. *Samuelis* 23. perſpicitur, ubi Viri Primarii Davidis à certo numero ternario, vel tricenario appellantur opportuna ſunt in hanc rem Codicis Biblici verba *v.* 13., & deſcenderunt tres ex triginta capitibus, itemq. *v.* 18. Abiſai frater Joabi filius Serviah ipſe caput, Princeps trium. Sic latinè Triumviri, decemviri &c. Verùm enim verò Triumvirum, ut in noſtro lapide, cui adduntur verba

illa *Juriſdicundi* (meam fateor tenuitatem) adhuc dum in librorum evolutione non vidi.

Triumviros nocturnos appellatos, qui incendiis arcendis præerant, & excubias agebant, habemus *in l.* 1. *ff. de off. Præf. Vigilum*.

Monetales, ſeu Monetarios æris, argenti, & auri Flatores, quorum munus erat numiſmata probi auri, & argenti, juſtiq; ponderis examinare, & quibus, ut habet Suareſius, tiara, & literis clariſſimus, in *diſſert.* de Numiſm. cap. 6; licebat in Nummis vel Avorum, vel inſignium Virorum facies inſculpere. Id porrò intelligendum eſt Reip. Romanæ temporibus; nam Julius Cæſar, ut per Suetonium in ejus Vita num. 76. monetæ, publiciſq. Vectigalibus peculiares ſervos præpoſuit.

Capitales, qui carceris cuſtodiam habebant, ut *in l. neceſſarium* §. 16. *ff. de orig. jur. civ.* et judicia in ſervos, & reliquos extremæ ſortis homines exercebant; horum non continua poteſtas, ſed tantùm annua erat, idq. facilè intelligendum eſt inter minores Magiſtratus fuiſſe *Gruccb. de comit. Rom. lib.* 2.

Menſarios quoq. indigitat *Liujus lib.* 3. *decad.* 3. quorum dignitatem, & præeminentiam quis coniicere poteſt? Nam ipſemet ſcribit, & Romę quoque, propter penuriam argenti, Triumviros Menſarios rogatione Minutii Tr. Pl. factos L. Æmilium, qui Conſul, Cenſorque fuerat, & M. Attilium Regulum, qui bis Conſul fuerat, & L. Scribonium Libo, qui tum Tr. Pl. erat. *Alex. ab Alex.* lib. 3. cap. 16. Menſarios confundit cum Monetalibus, nec bene, ut nuperrimè didici à Nicolao Dato, Viro undequaq; Illuſtriſſimo Regiæ Cameræ Neapol. Præſide, in ejus eruditiſſimo *libro*. *Fragment. Hiſt. Reg. Cameræ* italicè inſcripto, ubi in adnotat. *cap.* 4. *lib.* 1. diſtinguit Monetales à cudendis Monetis, & Menſarios ab illis diſtribuendis, eo quia menſis aſſiderent.

Sacris conquirendis, doniſq; præſignandis idem *Liujus lib.* 5. *decade eadem*, ubi mendum in Livio manifeſtum: legendum enim Sacris *coinquiendis*, ſcilicet deputandis apud Feſtum, non *conquirendis*, donis *præfigendis* potius, quàm *præſignandis*. *Jac. Gutherus de Jure manium lib.* 1. *cap.* 4.

Reficiendis ædibus Fortunæ, Martis, Matutæ, intrà Portam Carmentalem, & Spei extrà portam, quæ priore anno incendio conſumptæ fuerant, Triumviros comitia crearunt tempore M. Claudii Proconſulis: notat *Liviusidem. lib.* 5. *decad. eadem*.

Epulones & Romæ tempore belli Macedonici Triumviros fuiſſe, quibus datum Togæ prętextæ habendæ jus, memoratur à *M. T. Cicerone lib.* 3. *de oratore*, nec non à *Stuekio Antiquit. Convival. lib.* 1. *cap.* 23.

Triumviros legendæ juventutis, qui militiæ idoneos per oppida conquiſitos adſcriberent, & ut non ingenuos modo, ſed ſervos ære coemptos, & mancipia ad quatuor, & viginti millia Sacramento adigerent poſt Cannenſem cladem. Reip. conſtituendæ, &

legendi

legendi Senatus, ſupplendiq; Senatorum numero, immeritoſq. amovendi.

Recognoſcendi Turmas Equitum, qui ab Auguſto fuere inſtituti.

Agrarios ex lege Gracchi in Capitolio creatos, de quibus latè Sigonius de antiq; jure Ital. lib. 2. cap. 2. ab aſſignandis agris in Coloniis, & Municipiis. Alex. alleg. lib. 3. cap. 6. Grucchius lib. 2. de comit. Roman.

Super aquis, & alveo Tyberis, ut ex Sario Zamoſcio de ſen. Rom. lib. 1.

Triumviri Ædiles, Cereales, & Cæremoniales exprimuntur à Petro Diacono de not. liter. ubi IIIVIR ÆD. CER.

Præter recenſitos habemus, apud Reineſium alleg. Triumviros Provinciales, Publicorum locorum perſequendorum, & Viarum curandarum.

Abditus mihi non eſt audax ille Triumvirorum conventus de totius Orbis dominatu inter ſe dividendo, quem ſequutum in Agro Bononienſi pereruditè ſuppeditat Malvaſia in Marm. Felſin. ſect. 4. cap. 2.

Verùm, ut innuimus, Triumviros, cum addito Juriſdicundi adhuc non attigimus; compertam tamen habemus apud Aldum in Orthographia quamdam epigraphen, ubi leguntur ATIO. L F. III. VIRO PATRONO, quæ latè interpetrari poſſem pro III Viro Juriſdicundi. Habemus quidem II. Viros, & IIII. Viros, cum addito Juriſdicundi, ut in Schedis Reineſianis; Et, ut effatur *Panvinius Antiq. Veron. lib. 2. cap.* 22. ex Decurionibus, ſingulis annis, duo, vel quatuor Viri omnium Colonorum ſuffragiis creabantur, juxtà Coloniæ Magnitudinem, vel parvitatem, qui II VIRI, vel IIII VIRI I D. ideſt juridicundo vocabantur; Hi Conſulum, & Prætorum ſpeciem repræſentabant.

Succurrat igitur ratio Verborum defectui, & ex ſequentibus OFF. OMNIBUS FUNCTUS arguamus noſtrum Aurelium in omnibus Triumvirorum officiis verſatum, nec non in illis omnibus officiis Juradixiſſe, ex quibus procul dubio Triumvirum Juriſdicundi abſolutè ſe indixit, ne tot Triumvirorum officia adnumeraret.

Triumviros verò habuiſſe jus dicendi juris apertè indicat *Alex. ab Alex.* loco antecit. & ſi quando jus dicebant, loquendo de Triumviris, non pro Tribunali, nec in ſella Curuli, ſicut Conſules, Prætoreſue, ſed in Subſelliis velut Tribuni, & Quæſtores jura dabant.

Poſſet præterea referri illud, *offitiis omnibus Functus*, ita ut omnium Magiſtratuum gradus obtinuiſſet, eoſq; innueret in Monumento juxtà illud *Silii lib.* 15. *Titulis decoraſſe ſepulchrum*.

VIVUS POSUIT SIBI, non indiget explanatione, quum in Sepulturis antiquorum ſimiles notarum formulæ legantur. Sepulchrorum loca priſcis temporibus erant, aut poſita propter viam publi-

publicam, aut in fundo proprio, aut in locis publicè ad ſepulturam aſſignatis, vel Senatus Conſulto, aut Decurionum decreto datis. *Gutherus de jure manium lib. 2. cap. 13.*

ET AURELIÆ MARCIANÆ VIRGINIÆ involucris implicitus forem, ni Reineſius occurreret, ut labyrinto erumperem. Mulieribus namq. Panvinius, Manutius, Caſtallio, Gyraldus, prænomen adimunt, Alex; ab Alex. cognomen, & cum eo Sigonius, utrumq; Robortellus; *Servius verò in Miſcellaneis cap.* 7. cognomen, & prænomen Fæminas uſurpaſſe contendit. *Aurelia* quippe in noſtra Fęmina prænomen dici non poteſt, quinimmò neq. cognomen; cum Romana prænomina ad triginta fuiſſe ex Varronis ſententia tradat *Valer.*, eaq; adnumerent Calepini Auctuarii in Verbo *Prænomen*. Ergo reſpondeat *Reineſius*, & dicat *Claſſ.* 1. *num.* 18. Uxores in familias Maritorum transiiſſe, cenſitaſq. Maritorum gentilitiis Nominibus, idq; pro majori robore confirmat *eadem claſſe n.* 101. *& claſſ.* 14. *num.* 128. exemplumq; perhibet inter alia *Grutherus fol.* 830.

Dis Manibus.
Statiæ Propoſidi.
P. *Statius Herma.*
Fecit Conjugi ſuæ.

Vuolfang. Lazius pag. 1172.

L. Cancius Secundus V. F. ſib.
Et Canciæ Juniæ Boniæ Uxori &c.

Item Caſtallio in opuſculo adverſus Aſſertores Prænominum Fæminarum, ubi de Javolena Soſibia. Confer & *Malvaſiam in Marm. Felſin. ſect.* 5. *cap.* 14. *à pag.* 305. *uſq. ad* 309.

Hæc igitur Mulier *Aurelia* ab Aurelio ejus Viro vocatur, Aurelium nempe fuiſſe ejus Virum inferiùs probabitur, & prænomen lato modo dicendum ex eo, quòd Nomini præponitur, vel ceu primum nomen, ut ex *Plutarco in Coriolan.*

Marcianæ, nomen erat, ut in Fæminis Romanis crebrò offendimus. Idem Reineſ. claſſ. 3. Divæ Marcianæ Aug. Nepti. item Marcianam Sororem fuiſſe Trajani Imp. tradit Patinus in Hiſt. Numiſmatum cap. 11.

Virginiæ, alterum nomen, ſeu agnomen gentilitium, quod modò cognomen, & etiam cognomentum vocamus, ad homines diſtinguendos. Ita & *Urſattus Marm. Erud. Epiſt.* 8., quia notat genus, hoc eſt ex Nobiliſſima gente Virginia, quam inter Patri tias Romanas recenſet Streinnius lib. alleg. & ſic duobus nominibus uſas Romanas fæminas docet Plutarc. in Quæſt. dicat quid quid vult Servius in fine cap. 7. nam eò quòd Plutarcus aſſerat duo Nomina in Rom. Mulieribus, ideò non excludit tria nomina, quæ antiqua Epigrammata nobis oſtendunt; propoſitio enim Plutarchi non eſt abſoluta; quòd verò ipſe Servius de Agnomine contrà Robortellum pugnet acerrimè cap. 8. negotium (utar

ejus

ejus verbis) nobis non faceſſit. Dicerem ego utiq; magis Robortello adhærendum eſſe, cùm agnomen idem ſit, ac nomen gentilitium, ſi, juxtà *Hiſpalenſis* Etymologiam *lib.* 1. *cap.* 6. Agnomen eſt quaſi accedens nomini, nec Agnomen ferè eſt quod cognomen in adoptione ſolum, ut Servius ait, cùm agnomen dici meliùs ſemper poſſit ab Agnatione, quàm ab adoptione, ſi Agnati ſunt dicti, eo quòd accedant pro natis dum deſunt filii, Qui ideò priùs in Gente agnoſcuntur, quia veniunt per Virilis ſexus perſonas, idem *Hiſpal. lib.* 10 *cap.* 6. Sed relinquamus haſce de Nomine quæſtiones, ne Grammaticorum acies ad evertendum, quæ ædificavimus, inſurgant.

Aurelium Marcianum quemdam comperio in Mar. Felſin. Sect. 1. cap. 14., qui ni ſpeculator ex cohorte tertia Prætoriana fuiſſet, hunc filium Aurelii, & Marcianæ appellitarem, ex Parentum nomine dictum; Munus namq; ſimilium Speculatorum, quorum penès Rerum Romanarum Scriptores pauca, vel nulla ſunt monumenta Proletariis dabatur, cùm eſſet (ut Feſtus ait) hoſtilia ſilentio perſpicere, ſcilicet indagare, ſpeculari, explorare conſilia, itinera, res hoſtium, deque compertis nunciare Tribuno, ut notat *Reineſius claſſe* 8. *num.* 1. ex quibus ſubinde Speculatoris Caligæ, ut Balduinus de Calceo Antiquo cap. 13., cujus Doctiſſimi Viri ad egregia monumenta vos libens allego.

FÆMINÆ PRIMARIÆ. hæc verba non admittunt interpretationem. Nam clarè illam præſeferunt; verùm in Epigraphis Gruterianis, Reineſianis, aliorumve Collectorum, de quibus ſuprà fuit mentio, nullam Fæminam cui addatur *Primariam*, invenio; ibi nimirum majora Epitheta ſunt, Caſtiſſima, Clariſſima, Incomparabilia, Innocentiſſima, Rariſſima, Piiſſima, Sanctiſſima &c. Reverendiſſimam item Theodoram Conjugem appellavit Juſtinianus Imp. *in Novell.* 8. *cap.* 1. ergo nemo ire inficias poteſt noſtram Marcianam Virginiam, ex ſtirpe Nobiliſſima prognatam. Primarii ſiquidem ſunt Nobiles, & qui primi in Civitate, Primates ſcilicet Magnates, Summates, & optimates vocati. *Cicero in Verr.* 5.

VIXERUNT ANN. XLVI DIES XIIII. BENEMERENTES. Hìc non egemus teſtibus, niſi, ut inferiùs.

IMP. XX. Impenſa Viceſima, ſeu Vigeſima, vel melius Impenſa denariorum viginti. Denario enim ſignato X litera numerali, Romani pretium decem librarum deſignabant. *Plin. Hiſt. nat. lib.* 33. *cap.* 3. & drachma græca æquabat pretium unius denarii Romani.

C. R. Curarunt, vel curatum refici, aut reſtitui, ſcilicet Hæredes qui ſubintelliguntur, ut dicemus.

Hanc verò circà Inſcriptionem, quum cenſum eruditioni noſtræ perſolutum eſſe credebam, quinq; non leves difficultates inſurgunt, quas addo ſuperpondii loco.

Prima, num Aurelia Marciana eſſet Conjux M. Aurelii; dum ibi non exprimitur.

Secunda, quomodo legatur *Vivus poſuit ſibi, & Aureliæ*, continuata verborum ſerie. *Vixerunt Ann. XLVI.* ex quibus non modica reſultat implicantia.

Tertia, an M. Aurelius, & Aurelia Marciana ambo vixerint Ann. XLVI. & dies XIV.

Quarta, quo tempore fuerit peracta Inſcriptio.

Quinta, quomodo hæc in Urbe Polæ.

Reſpondeo primæ, & dico, Aureliam Marcianam verè fuiſſe Conjugem M. Aurelii, licèt in lapide non exprimatur. Permulta quidem affert ſimilia Epigrammata citatus *Reineſius* mirificus Gruteriani Operis Amplificator *claſſ.* 14. inſcripta, *Adfectus Conjugum*, & prȩcipuè *num.* 19. 49. 83. 97. 123. 192. adæquè *& Caſtallio in opus. alleg. Inſcript.* 14.; Elegantiùs enim fieri non poteſt, tale eſt illud 3. *Æneid.*

Hectoris Andromache ideſt Andromache uxor Hectoris *Et Lucan. lib.* 2.

Liceat tumulo ſcripſiſſe Catonis

Marcia (deeſt Uxor) ut liquidò videbitur in tertiæ difficultatis explanatione.

Reſpondeo ſecundæ, nil aliud dici poſſe, niſi M. Aurelium vivum poſuiſſe ſibi lapidem, relicto ſpatio, quod expleverunt Hæredes, ſive qui curam de illorum loculo habuerunt.

Reſpondendum verò eſt tertiæ, illud Vixerunt ann. XLVI. &c. ſanè intelligendum pro annis, quibus in Conjugio vixerunt; proſtat & inter alia *Reineſii claſſ.* 14. *num.* 178. ex quo etiam legitur Uxor Mariti nomine.

Diis manibus
Petroniæ Romulæ
T. Petronius Threptus
Conjugi Benemerenti
Vixerunt unà Annis L.

nec conſiderandum eſt Verbum illud *unà* interpretari etiam poſſe *Unanimes*, ut in ſimilibus offendimus, nam quantò breviores ſunt Epigraphæ, eò magis placent, juxtà illud *Propertii lib.* 4. *eleg.* 5.

Sed breve, quod currens Vector ab Urbe legat.

Quartæ, circa tempus conditæ Inſcriptionis, nobis facillimè duces eſſe poſſunt notæ lapidis interraſilis, nam *Smetius* ante Lipſium, Scaligerum, & Gruterum totius antiquitatis peritiſſimus, juxtà relata *in Marm. Felſin. Sect.* 7. *cap.* 1. docet ex ipſa literarum forma Tempus, ſeu Ætatem, qua quæq; res ſcripta eſt, cognoſci ferè poſſe. Hæc cognitio nobis modò conceſſa haud eſt, cùm Inſcriptionem exſcriptam, ut diximus, è ſchedis M. S. Bibliographiæ Ambroſianæ Lud. Ant. Muratorius I. C. ejuſdem Aſſeſſor, &

ſimilium

ſimilium eruditiſſ. Indagator nobis tranſmiſerit. Nihilominùs paulò poſt Julium Cæſarem, ſcilicet temporibus Auguſti, poſitam crederem, ut ex ſequentibus eſt arguendum.

Quintæ, & ultimæ dicendum eſt conſtare Polam à Colchis conditam Hiſtriæ Oppidum, Coloniam Romanorum fuiſſe, ceu ex *Plinio hiſt. lib.* 3. *cap.* 19. *Blondo Flavio in Ital. Illuſtr. de Hiſtria. Sigon. de antiq. Jure lib.* 3. *cap.* 5 *Cluverio Ital. antiq. lib.* 1. Eaque à Julio Cæſare deducta fuit, & Julia Pietas appellata. An verò Colonias Romani Cives ad exercendos Magiſtratus incolerent, dubium non eſt. *Alciat. de Magiſtr. Civil. & Mil officiis*. Cremonenſes utiq; tamquam Romanorum Coloni ſuffragio Cives Romani dicebantur, ſi Romanæ Coloniæ jus privatum Civium Romanorum habebant. *Paulus Manut. antiqu. Rom. Sigonius alleg. lib.* 2. *cap.* 3. Miſſum itaq; noſtrum M. Aurelium Polam à Julio Cæſare dicere poſſumus, quum eam coloniam deduxit, quo quidem tempore Inſcriptionem ipſe ſibi, & Uxori conſcripſit. Antiquis denique lapidibus, & ſepulchris hanc Urbem ornatam eſſe aſſerit *Leand. Albertus* in deſcript. Italiæ nec non *præ alleg. Cluverius.* In his demùm Polæ ſaxis tamquam terminalibus metam conſtituo meæ de Aureliana Inſcriptione digreſſioni.

ANNO PRIMO AB ORTU CHRISTI.

PUblius Quintilius Varrus, ſive abſque prænomine Quintilius Varrus, ut à *Fabio Victorino Rhetore* non tàm equeſtri, quàm Poetica nobilitate ſub Auguſto conſpicuus, inſigni Patriæ noſtrę ornamento floruit, quod in cauſa fuiſſe videtur, ut plerique unum illum, & eundem autumarint cum Alpheno Varro, de quo infrà ſum ſcripturus. Alii aliter hallucinati confundunt ipſum cum Lucio Varro Poeta, & Grammatico uno ex hæredibus à Virgilio ſcriptis, qui cum Plotio Tucca, Auguſti juſſu Æneida emendavit. Sunt & qui Varium ex Varro faciunt, ſive non diſtinguentes inter eundem, & Varium Poetam paulò antiquiorem à nonnullis cum L. Varro confuſum, de quo *Horat lib.* 1. *Ode* 6. *ad Agrippam*: ſivè (ut appoſitè notat *Lilius Greg. Gyraldus de Poetis Veter dial.* 4) ex eo decepti, quòd Varriana, non Varrana Clades apud Scriptores legatur, quo in errore verſatos non ſemel ſugillat idem *Gyrald. Quintilius inquit Varrus dictus eſt, quem Varium quidam, quorum (quòd nobis amici ſunt) nominibus parcò, perperam vocaverunt*. Hoc comprobatur ex vetuſtis Codicibus Gemblacenſis Collegii, ſcilicet *Joannis Betleri, & Theodori Pulmanni*, nec non ex antiquis Epiſtolarum fragmentis apud *Carolum Cluſium, & Cornelium Gualtherium ab eodem Pulmanno* obſervatis, ut ipſe notat *in ſcholiis ad Horatium cum XL. Commentariis editum Baſileæ* 1580. Is Varrus in Patrio Gymnaſio ingenium primùm excoluit per id ferè tempus, quo M. Furius Biba-

culus Orator, & Poeta Concivis, ut vidimus, publicè profitebatur, & Virgilius Maro erudiebatur, quin, & tunc uſque inter Quintilium, & Virgilium contracta neceſſitudo, quæ ætatis, & indolis ſimilitudine patriæq; propinquitate firmata duravit in poſterum: Quamobrem & gravioribus diſciplinis Romæ ſimul operam navarunt: Unanimes enim audivere Syronem Philoſophum Epicuræum. In ea totius Mundi Regia cognitus Varrus, cum literatos literatus coleret, Mæcenatis Nobiliſſimi Equitis amicus in primis factus, genio mox ad arma æquè, ac ad poeſim propenſo, conformis Octavio compertus, in tanti Principis familiaritatem facilè receptus eſt, & militaribus auctus muneribus. Indè quæ publicis rebus illi momenta vacabant, Muſis impendere ſolitus erat. Adeò autem eo ſtudio præſtitit, ut eodem loco ipſum haberet Auguſtus, atque Virgilium, & æqualibus Utrumque liberalitatis indiciis proſequeretur *Hinc Horatius lib. 2. Epiſt. 1. ad Cæſarem.*

At neque dedecorant ſua de te judicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt.
Dilecti tibi Virgilius, Varruſque Poetæ.

Præterquamquòd tantus in Poetica Varrus extitit, ut eum æquiſſimi Cenſoris Exemplar propoſuerit in arte poetica idem *Horat.* quum ait.

Quintilio quidquid recitares corrige ſodes
Hoc ajebat, & hoc; melius te poſſe negares
Bis terque expertum fruſtra, delere jubebat;
Et male tornatos incudi reddere verſus.
Si defendere delictum, quàm vetere malles,
Nullum ultra verbum, aut operam ſumebat inanem
Quin ſine rivali, teque, & tua ſolus amares.

Non ideò ſeveritatis inſimulandus eſt Quintilius, ut auſi ſunt dicere nonnulli, ſed potiùs ejus prudentia laudanda, quum oleum, ut dicitur, & operam perdere nolens, Deum, et Naturam nihil fruſtrà molientes, imitaretur. Scripſit ipſe ut fertur.

Tragædias, & }
Elegias }

Sed illuſtria hujuſmodi ſcripta temporum, bellorumque nobis ſubtraxit invidia, ſupereſt tamen.

Ætna, inſigne carmen, quòd Varri noſtri eſſe graviſſimi Viri tradunt, quanquam modò Virgilii, modò Cornelii Severi, nonnunquam & Galli nomine circumferatur, quorum nullius aſſerit Severus, ille *Tulius Cæſar Scaliger lib. 6. Poetices*, (*qui, ut inſcribitur, verè Hyſpereticus eſt*) ubi expenſis Cornelii Galli monumentis Ænam laudat, Quintilioque attribuendum judicat, & grandem Poetam eum vocat.

Inſignem etiam literatorum fautorem, & alterum veluti Mæcenatem Varrum fuiſſe docet eruditiſſimus, omniumque Virgilianorum

rum interpretem laudatiſſimus *Jacobus Pontanus Soc. Jeſ ad ea verba Eccloġ. 6. nec Phœbo gratior pagina*, *inquiens* : *Nihil Apollini gratius illis ſcriptis* , *quæ Varri nomen præfixum habeant* , *ideſt quæ Varro dicata ſint*, *quibus non obſcurè indicat Maro hunc Varrum bonarum artium* , *in primiſque Poetarum amicum* ; *&* *patronum haud vulgarem fuiſſe* (*Talibus enim Viris potiſſimùm ſuos offerre libros debent*, *qui ſcientias liberales tractant*) qualem, ut ſe præſtaret Quintilius (quum in id ſponte ſua traheretur) non erat, ut Mecenatis æquales deſideraret divitias . Opulentiſſimum quippe fecerat ipſum Auguſti munificentia, qui & illum ſibi affinitatis vinculo conjunctum voluit , ſiquidem ipſi nuptiali vinculo conjunxit Octavius propinquam ſuam Claudiam Pulchram, quam Agripinæ Majoris , Auguſto ex Julia filia neptis , Sobrinam ſcribit *Tacit. Annal.* 4. ad annum VC DCCLXXIX. ex qua Varrus cognomine ſibi filium Varrum inſignem Oratorem , eundemque Cæſaris Germanici Generum, ut ſeorſim trademus, ſuſcepit.

Rus habuit dilectiſſimum, & fertili amenitate nobile propè Tibur, quo ſæpè cum amicis divertebat. Ejus meminit *Horat. lib.* 1. *Ode* 18. ad Quintilium ipſum, quem ad jucundiorem vitam agendam hortatur, dum ſuadet, ut præ cęteris Arboribus vites in agro ſuo Tiburtino ſerat , propterea quòd optimum ibi proveniat vinum &c. Hìc Poetas lætis excipiens conviviis , Varrus delicias ſuas, Muſis communes faciebat . Ibidem, & ſuo non minus , quàm ſoli genio indulgens amæniſſima dictabat carmina, quibus etiam plura fortaſſe, memoratiſque certiora in eo ſeceſſu ſcripſiſſet, niſi provincialibus & bellicis diſtractus fuiſſet adminiſtrationibus. Cæſar , qui ejus prudentiam æquè , ac eruditionem perſpectam habebat inter propinquos aſciverat eum Syriæ præfecit , eo ipſo anno, ut notat Salianus, quo Chriſtus natus eſt, conditæ ſcilicet Urbis DCCLI. quo munere Antipatrum Herodis F. fratridicii patrati, intentatique parricidii reum , Joſepho teſte , damnavit , & Simonem illum depreſſit , qui defuncto Herode Judeæ Regnum occupaverat , ut refert *Cor. Tac. lib.* 5. *Hiſt.* Ea provincia octennium perfunctus Germanicæ Dux expeditionis ab Auguſto renunciatur , eò itaque profectus bellicoſiſſimam gentem cladibus aliquot affecit, ut auctor eſt *Servius Grammat.* verùm ipſe poſtmodum adverſam virtuti ſuæ fortunam expertus, ab iis, quos vicerat, ſubita perduellione oppreſſus eſt: Arminius enim quidam Germanorum potentiſſimus de raptu filiæ, à Segeſte, ſuæ auctoritatis æmulo ad Varrum delatus , ut ſervitutem ſimul, & judicium fugeret , concitatis repentè Cheruſcis, & finitimis gentibus ipſum iniquiſſimo Teuto-burgienſis ſaltus , & adiacentium paludum loco , noctu aggreſſum cum tribus legionibus perdidit. *Suetonius in Tiberio cap.* 17. *ſub id ferè tempus Quintilius Varrus cum tribus legionibus in Germania periit*. Is autem annus , ut animadvertit idem *Salianus*, fuit Olympiadis CXCVII.

primus,

primus, Urbis verò conditæ DCCLXI, contrà *Euſebii* Chronologiam, quæ huic Cladi aſſignat annum Olymp. CLXXXIX. primum, quem, ut tranſtulit *D. Hieronymus* his autor notavit. *Quintilius Cremonenſis, Virgilii, & Horatii familiaris, moritur*, quem annum *Lipſius* ut ſuo Tacito recognito adiecit, arbitratus eſt; V.C. DCCLXVIII, ad quem *Tacit.* ipſe *Annal. lib.* 1. ſcripſit plura, & de eadem Clade *Manilius Aſtronomicon primo*, non procul ab ejuſdem libri fine.

Ingentem Urbi mæſtitiam tantæ Cladis nuntium attulit. Quare Tiberius, cui de victa Pannonia triumphus à Senatu paulò ante decretus fuerat, (ut ait idem *Sueton cap.* 17.) *Triumphum ipſe diſtulit, mæſta Civitate Clade Varriana*. Immò & Auguſtus ipſe, cui defunctus affinis fuerat, adeò contriſtatus eſt, ut nihil ſibi gravius accidiſſe oſtendens, nonnullis opportunè proviſis menſes aliquos inſanienti ſimilis exegerit. Hinc præcitatus *Sueton.* internecionem hanc Lollianæ conferens, in Auguſti Vit. *cap.* 23. inter alia pronunciavit: *Adeò denique conſternatum ferunt, ut per continuos menſes barba, capilloque ſummiſſo, caput interdùm foribus illideret vociferans: Quintili Varre legiones redde:* Diemque Cladis quotannis mæſtum habuerit, ac lugubrem, dimiſit etiam ut ſuſpectos quotquot Germanos inter Prætorios Milites, & ſtipatores adnumeraverat.

Nec minus acerba Virgilio fuit, quàm Auguſto Quintilii calamitas, quod oſtendit *Horatius*, qui amicum amici fatum immoderatè ferentem miro artificio conſolari nixus eſt *lib.* 1. *Ode XXIV.*

Non inultam verò Quintilii cædem Romana tulit potentia. Nam proximo anno, quia (ut ait *Tacit. ferè initio Annalium*) *Bellum ea tempeſtate nullum, niſi adverſùs Germanos ſupererat abolendæ magis infamiæ, ob amiſſum cum Quintilio Varro exercitum, quàm cupidine proferendi imperii, aut dignum ob præmium*, in eam perrexit expeditionem Tiberius, qui Germaniam devaſtando, multa ibidem proſperè geſſit, ut in ejus Vita *cap.* 18. *Sueton. prodidit*. Eo poſt biennium in Urbem regreſſo ad agendum, quem diſtulerat, triumphum, in eandem Provinciam ab Auguſto miſſus eſt Germanicus Druſi F. (& tandem, ut oſtendetur, Varri conſocer) qui, penitùs ſubacta Germania, pænas è Seditioſis exegit. Quòd ſi cui poſterioris meriti gratia parcendum novit, non niſi ægrè id fecit: ut Segimeri filio memorati Segeſtis Nepoti. Siquidem etſi, ut ſcribit *Tacit. lib. cit. data utrique venia:* tamen, ut idem ſubdit *facilè Segimero, cunctantius filio; quia Quinctilii Vari corpori illuſiſſe dicebatur*, Quin & ipſe Germanicus, ut autor eſt *Suetonius in Caligula cap.* 3., *Cæſorum clade Varriana veteres, ac diſperſas reliquias uno tumulo humaturus colligere ſua manu, & comportare primus aggreſſus eſt*. De qua re *Tacitus eodem Annalium libro* fusè. Meminerunt ejuſdem Quintilii Cremonenſis, præter allegatos, *Acron Porphyrion*

rion, *&* *Landinus* Horatii interpretes.

Volaterranus Comment. de Geogr. lib. 4.

Blondus in Ital. illuſtrata .

Jac. Philippus Bergom. in Supplem.

Leander Albertus in deſcriptio. Italiæ.

Zaccharias Lilius Can. Reg. in Orbis Breviario , & hi omnes ubi de Cremona loquuntur,

Joannes Franciſcus Quintianus Stoa in Epographia.

Franciſcus Petrarcha de remed. utriuſque fortunæ Dialog. 125.

Petrus Crinitus de Poetis lat. lib. 13. *cap.* 31. *in Vita Virgil.*

Jaſon de Nores Comment. in Arte Poet.

A. Janus Parrhaſius Conſentinus Præfat. in Hor. arte poet. Et alii multi.

Ex noſtratibus *Vida*, *Tarteſſius*, *Cavitellus*, *Campus*, *Angelus. Baronius*, *Zava* , *Breſcianus*, *&* *Laur. Legatus.*

Cæterùm Quintilia Gens patritia Varri cognomento clara occurrit in antiquis Hiſtoriis.

Turpilius antiquus Scriptor , & Poeta Comicus Publio Terrentio amicitia conjunctus , quem *Textor* , *Smetius* , *&* *Crinitus* citant inter Poetas , Cremonenſis fuiſſe perhibetur , quum de ipſo ita cecinerit *Benedictus Ceſenas lib.* 4. *de honore mulierum ad Pandulphum Malateſtam Sigiſmundi Ariminenſis filium Epiſt.* 3. *v.* 10. *edit. Venet. ap. Bartholomeum de Zannis.* 1500. *ubi . E fama prende frà ciaſcun di loro Turpilio da Cremona*. Sed fortè prò Turpilio ſcribere debebat Quintilium ſupramemoratum , cum de hoc Turpilio Cremon. nil aliud mihi conſtet , verùm in Sinueſſana Urbe periiſſe iiſdem penè temporibus, quibus Furius Bibaculus natalem ſuum habuit , ut diximus.

Si verè Cremonenſis fuiſſet, erat reponendus inter Scriptores primo loco, cum antiquior mihi præſto ſit , attamen hìc eum recenſeo, ne videar omittere , quòd Cremonenſe literarium negotium importet, & me ſcribere, ſcripturumq; pro veritate.

ANNO II AB. ORTU CHRISTI.

PUblius Alphenus Varus, qui & P. Alphenus Varrus , aliis abſque prænomine Alphenus, immò & Alfinius, ut in *Jacobi Cruquii*, *&* *Theodori Pulmanni Commentariis in Horatium* , ſcribitur, Cremonenſes inter Scriptores perantiquus annis aliquot ante CHRISTI DOMINI adventum, ejuſque tempore floruit plebejo natus loco , nobiliſſimo prodiit ingenio , cujus eminentia natalium humilitatem abundè compenſavit; Qui namque Domi ſutrinam adoleſcens exercuit, altiori ſpe ductus vilem deſeruit officinam, Romamque profectus, adhæſit Servio Sulpicio , ſub quo legibus eam navavit operam , ut primi nominis Juris Conſultus emerſerit : Condidit enim

Di.

Digeſtorum libros XL, *&*
Reſponſa, nec non
Collectaneorum libros aliquot.

Quorum, ſecundùm citat. *A. Gellius Noct. Act. lib. 6. cap.* 5.; ut & quartum, ac trigeſimum Digeſtorum. Ex his, unà cum Elucubrationibus aliorum veterum Juris Conſult. conflatum fuit Jus Civile, ut habemus in digeſtorum lib. 1. de orig. Juris l. neceſſarium §. 22., mox in unum, Juſtiniano Auguſto mandante redactum. His Alpheni Digeſtis in Epitomen redigendis præ cęteris inſudavit Paulus I. C. Citantur autem in Pandectis, tùm ipſius Alpheni Digeſtorum libri, tùm, ut vocant, Epitomarum, ſive Digeſtorum à Paulo Epitome contractorum libri VIII, & interdum pariter Alphenius ipſe citatur, nullo notato librorum nomine, quod & non præteriit *Tigurinus Bibliothecarius*. Quibus monumentis præter profundiſſimam Juris prudentiæ cognitionem, inſignem quoque Antiquitatis peritiam Alphenus oſtendit. Quocirca rerum antiquarum curioſus *à Volaterrano* nuncupatus eſt *Anthropologiæ lib. XIII.* Ob tantæ propterea Doctrinæ merita, & Auguſti familiaritatem, & præcipuorum ejus Ævi Poetarum amicitiam, contraxit.

Cultus in primis eſt Horatio, qui, ut cum ignobiliter quoque natis ſapientiam degere doceat, utitur exemplo Alpheni, de quo *lib. VII. Sermonum Satyra III.* perurbanè inquit.

Si dives, qui Sapiens eſt,
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt Rex:
Cur optas quod habes? non noſti, quid Pater, inquit,
Chryſippus dicat: Sapiens crepidas ſibi nunquam,
Nec ſoleas fecit: Sutor tamen, ut Sapiens quo?
Ut quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator ut Alphenus Vafer, omni
Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna,
Sutor erat: Sapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex ſolus, ſic Rex &c.

Hìc autem Vafer pro Varo dici putatur ab *Henrico Glareano*. Sanè pro bono id Antiqui dicebant. Hinc *Helericus Acron*. Vafer autem aſtutus cordatus. Ita ſenſit & *Federicus Cerutus*, qui eadem verba in Paraphraſi Horatiana ita reddidit. *Ut Alphenus aſtutus, abjecto omni ſutrinæ inſtrumento, & clauſa taberna, cum evaſiſſet in Clariſſimum Juris conſultum, Sutor tamen erat.* Pro Sutore verò Tonſorem legit *Jacobus Cruquius* in ſuis Commentariis, cui favet *Chriſtophorus Landinus* ſcribens. *Alphenus Vafer Cremonenſis, abjecto inſtrumento operæ tonſtrinæ, quod in municipio exercuerat, Romam venit.* Quos tamen & communis lectio, & Veteres Horatii Scholiaſtæ Helericus, atque Porphyrion arguunt. Nam alter Alphenum Vafrum Cremonenſem memorat, qui abjecta ſutrina, quàm in municipio exercuerat, Romam venit &c. Alter ſic inquit

inquit *novus Rex & quicquid ſibi aſſignat poteſt dici, ut Alphenus ſutor, quamvis tabernam clauſerit, & omne inſtrumentum ſutrinæ vendiderit*. Ea verò ab Horatio ſcripta videntur in minori Alpheni fortuna, quippe inveriſimile eſt, tanta cum libertate ſcripſiſſe Poetam, ſi Reip. Romanæ Principem vidiſſet. Non enim diù ſubinde privatam Alphenus egit vitam, quum anno ab V.C. DCCLIV. juxtà communiorem ſupputationem, quam ſecuti ſunt *Cavitellus* noſter, *Joannes Tarchaniotta*, *Pompejus Vizanus*, & *Bartholomæus Dulcinus in Hyſtoriis*; aliique, qui à Nato Generis Humani Redemptore ſecundus fuit, Conſularem adeptus eſt dignitatem, electus unà cum P. Vinicio P.F.P N. dicunt Patritio Romano; Quamobrem ipſius exemplo, ad ſperanda laborum præmia Juriſprudentiæ Candidatos adhortatur *Petrus Lothichius in Catalogo Veterum Juris Conſultorum hoc hexaſticho.*

Ne ſpem proiiciat legum ſtudioſa Juventus.
Admonet Alpheni ſedula cura Vafri.
Sutor enim fertur parvam clauſiſſe tabernam,
Jura, licet ſerò, perdidiciſſe tamen.
Hinc Romæ Conſul ſummos eſt nactus honores,
Et ſtudio invenit, remque decuſque ſuo.

Varum ante Lothichium id ſcripſerat doctiſſ. *Alciatus* in Oratione Avenione habita. Alpheni exemplo oſtendendo, Viros ex minimis ignobilibuſque initiis ſola doctrinæ commendatione ad maxima dignitatum decora aſcendiſſe. Idem *Alciatus in Parerg. juris lib. 6. cap.* 1. Alphenum laudat & nonnulla ex Ariſtotele, & Plutarcho mutuatum fuiſſe declarat.

Tandem cum poſt Eos honores Alphenus deceſſiſet, quinto CHRISTI anno à SPQ. R. publico ære ſolemniter elatus eſt, ut Auctores ſunt *Acron & Porphyrion* ad præcitatum Poetæ locum. Meminit ipſius & *Alius Donatus*, *ac Pomponius* de Origine juris, & ex his *Campus noſter* non *procul ab initio Annalium*, nec non *Conradus Geſnerus in Bibliotheca inſtituta*, *Joann. Andreas Quenſted de Patria Illuſtr. Doctrina Virorum*, *pagina mihi* 202: *Auctores Elenchi IV. Scriptorum*, *nempè Joannes Nevizanus*, *Ludovicus Gomeſius*, *Joannes Fichardus*, *Joannes Baptiſta Zilettus*, & *Joannes Volfangus Freymonius*. Fuerunt qui eundem cum P. Quintilio Varro pariter Cremonenſi (de quo ſuprà) Alphenum hunc exiſtimarunt, ſed perperam. Nam Contemporanei quidem fuerunt ſed hic proletaria, ille equeſtri natus erat familia. Præterea, quo anno Alphenus Conſulatum geſſit, eodem, Quintilius Syriæ Præfectus legitur, ut notat *Salianus*; Unde liquet Ductorem Conſuli ſupervixiſſe annis ſex, contrà *Euſebium in Chronico*, qui Alpheno Quintilium præceſſiſſe prodidit, tertio & vigeſimo, ante Alpheni Conſulatum, anno defunctum notans, quod & innuit Lilius Gyraldus IV. de Veteribus Poetis dialogo, ubi litem dirimit eorum, qui ne dum Cremonenſes hos Varros, ſed, &

Lucium, Varrum, ac Varrium Poetas à Virgilio & Horatio commemoratos confundebant. Neque defuit, qui Alphenum hunc noſtrum autumarit à *Catullo* intelligi, epigr. XXVIII. ubi habet.

Alphene immemor, atque unanimis, falſe ſodalibus
Jam te nil miſeret, dure, tui dulcis amiculi, &c.

Cujus ſententiæ fuit, & qui IC. noſtrum unum eundemque ratus eſt cum Varro illo, de quo memoratus Poeta *Epigr.* 10. inquit

Varrus me meus ad ſuos amores
Viſum duxerat è foro ocioſum

Et Epigr. 19. Varrum nominat unico *V.* act. ibi

Suffenus iſte, Vare, quem probè noſtri,
Homo eſt venuſtus, & dicax, & urbanus.

Sed nullibi apud hunc Poetam Alphenum Varum noſtrum intelligi, temporum ratio docet. Catullus enim cum Julio Cæſare floruit, Alphenus cum Auguſto, & Tiberio, at clarius Juſt. Lipſius in lib. 3. Var. Lect. cap. 5. noſtrum dubium exſolvit, ſcribendo primum Epigramma, quod in Alphenum inſcribitur ficto & ſuppoſitio nomine & manifeſtè in Pompejum dirigi, cujus tamen nimiam potentiam cum reformidaret non auſus eſt apertè, & palam in eum invehi, eaque omnia ſub Ciceronis perſona in Pompejum ſcripta eidem Lipſio videntur. Num autem Alphenus prolem reliquerit, eſt incompertum; Ego tamen haud abſque ſobole defunctum opinor, ejus quippe Filium, vel potius ex Filio Nepotem ſuſpicor juniorem illum Alphenum Varrum, qui in Avi memoriam ita forte vacatus, ſi non literis, militia floruit anno poſt CHRISTUM Natum XX. Siquidem ſub Vitellio ſtipendia faciens, gloriam, nomenque Germanica expeditione, & Cremonenſi prælio contrà Othonem eſt meritus, modò Caſtrorum Præfectus, modò Batavarum cohortium ductor, ut auctor, eſt *Cornelius Tacit*; qui frequenter ipſius meminit *lib. II. III. IV. Hiſtoriarum*. Ex hac fortè progenie deſcendit alter Alphenus Varrus, & ipſe Juris conſultus, qui Principis Alexandri temporibus vixit, ut ex Lampridio colligitur. Quamobrem hunc cum ſeniore nonnulli confunderunt, ducentorum, & amplius annorum diſcrimen inter utrumque non obſervantes. Indicat hunc in Alpheni Conſulis Vita *Bernardinus Buttilius Vicentinus*, cui, præter veterum Juriſconſultorum Vitas, debemus & aliquot Siculi Diodori de Græcorum Hiſtoria, & Alexandri Magni ſucceſſoribus librorum latinam interpretationem.

Ex his Alphena gens propagata uſque ad hoc ſeculum Cremonæ viguit, æreamque celeberrimi I.C. tamquam Familiæ Auctoris, iconem, ut nobiliſſimum antiquitatis monumentum Peregrinis oſtendi ſolitam ſucceſſores ſervaverunt. Durat & nomen Alpheno, agri Cremonenſis Vico, quem ab Alpheno Conſule nuncupatum affirmat *Vida* noſter de tanto Viro ſcribens, *Actione* 2.

pag.

pag. 42. *Exiſtimo, non negabunt Cremonenſem fuiſſe Alphenum unum inter illos vetuſtiſſimos Juriſconſultos, ex quorum reſponſis totum Jus Civile à Juſtiniano Imperatore conflatum, atque in unum volumen redactum fuit, id tot veterum Scriptorum teſtimoniis comprobantibus, qui etiam ſi minus nobis ſuffragarentur, certiſſimo argumento eſſet, quòd nunc etiam apud nos Alphenorum Familia extat, imaginemque Clariſſimi Viri gentilis ſui adhuc ſervant ex œre expreſſam, eamque interdum Hoſpitibus & Peregrinis inter viſenda Urbis ornamenta oſtentare ſolent; Nominatur etiam adhuc in agro Cremonenſi Vicus Alphenus, quem ab ejus Viri nomine vocatum fuiſſe, exploratum habemus.*

Comes Carolus Cæſar Malvaſia Bononiæ Patritius, eruditiſſimus antiquitatum inveſtigator, cui cordis obſequia litavi ob amorem, quem mihi literis ſuis inſinuat, in Opere inſcripto *Marmora Felſinea Sect.* 9. *cap.* 6. refert ab eo detectum fuiſſe anno 1687. in Eccleſia Parochiali Divi Nicolai de Albariis ingentem cippum ſignatum hiſce notis tantùm, ALFENIUS, cæteris ſequentibus verbis exutum, & hæſitans an nativi fuiſſent Bononiæ Alphenii, an aliunde profecti, dicit. *Num iſtud nos penes præſentis ſtirpis germen ab eo Alphenio fluxiſſet, qui non longè hinc diſtans (Cremona, ſcilicet) ortus Romamque profectus &c.*

Aliæ quamplures antiquæ Inſcriptiones Alpheniorum ſeu Alphiniorum leguntur.

Legitur & in argenteo nummo apud *Goltium pag.* 223. *P. Alphinius P. F. Varus.*

Extant in Pandectis ex Alpheni Digeſtis Leges ut in ipſarum Indice notat Jacobus Labittus p. 13. Cap. 73. quas hìc ſubnecto juxta ejus adnotationem.

Ex lib. II.	Ex lib. V.
L. 17. Si ſervit. vind.	L. 42. Ex quibus cav. ma.
L. 5. Si quadr. paup. fec.	L. 44. De hæred. inſtit.
L. 53. Ad leg. Aquil.	L. 14. De pecul. lega.
L. 26. Comm. Divid.	L. 2. De his quæ pro non ſcript.
L. 16. De ſer. corrup.	L. 27. De cond. & dem.
L. 16. De in rem. ver.	Ex lib. VI.
L. 11. De peric. & commo. revēd.	L. 76. De Judic.
L. 26. De act. emp. & vend.	L. 57. De rei vind.
L. 30. Locat.	Ex lib. VII.
L. 43. De dam. infec.	L. 50. De recept.
L. 14. De exception. & præſcript.	L. 29. Loca.
L. 20. De oblig. & act.	L. 28. De aur. arg. mund. leg.
L. 202. De verb. ſignif.	L. 26. De oper. libert.
Ex lib. IIII.	L. 15. De Publican.
L. 6. De manumis.	L. 7. De manumiſſio.
L. 14. De ſtatu lib.	L. 203. De verb. ſigni.

Scilicet ex primo & tertio libro, & reliquis poſt ſeptimum leges nullæ deſumptæ ſunt, ſed ipſius tantùm Alpheni citantur ex lib.

I. L. 25. qui teſtam. fac. poſ., & ex libro 39. L. 21. De neg. geſt. Citatur & alibi Alphenus nullo relato librorum nomine, aut numero, nempe

L. 2. De orig. Juris.
L. 5. De rei vind.
L. 8. Si ſervit. vind.
L. 20. Ad leg. Aquil.
L. 65. Pro ſoc.
L. 18. De contr. empt.
L. 74. De leg. lib. 2.
L. 29. De leg. lib. 3.
L. 6. De dot. præleg.
L. 12. De inſtruc. vel inſtrum. leg.
L. 9. De dam. infec.
L. 2. De aq. & aq. plu. ar.
L. 10. De libera cau.
L. 67. De ſolutio.
L. 77. De verb. ſigni.
L. 87. Eod.
L. 239. Eod.

Quia verò totum Digeſtorum Alpheni Opus in compendium redegit Paulus IC. inter Antiquos celeberrimus ad libros VIII. reſtringens, qui libri, Epitomarum Pauli, ſive Epitomatorum Alpheni Digeſtorum nuncupantur, ex his itidem in Pandectas hæ collatæ ſunt leges, nimirum

Ex lib. I.
L. 34. De uſurp. & uſuc.
L. 3. De interd. & releg.
L. 15. Commu. præd.
Ex lib. II.
L. 44. De evict.
L. 45. De hæred. inſti.
L. 106. De lega. lib. 1.
L. 60. De lega. lib. 3.
L. 22. De annu. Leg.
L. 12. De uſu, & uſufruc. leg.
L. 16. De inſtruc. vel inſtrum. leg.
L. 15. De pecu. leg.
L. 35. De ſolutio.
L. 11. De uſufruc.
L. 16. De Servit. pręd. urb.
L. 29. De Servit. pręd. ruſti.
L. 28. De cond. & dem.
L. 204. De verb. ſigni.
Ex lib. III.
L. 30. Loca
L. 23. De præſc. verb.
L. 19. De pact. dota.
L. 8. De fund. dot.
L. 38. De Don. inter Vir. & Ux.
L. 6. De Supel. leg.
L. 9. Si pars hæred. petat.
L. 58. De rei vind.
L. 27. Commu. divid.
L. 7. Ad leg. Rod.
L. 71. Pro Soc.
L. 12. De per. & com. rei vend.
L. 14. Eodem.
L. 27. De act. emp.
Ex lib. IV.
L. 45. De evict.
L. 24. De aq. & aq. plu. arc.
L. 38. De acq. rer. Domi.
L. 57. De furt.
L. 30. De ſer. pręd. ruſt.
L. 19. Ad exhib.
L. 40. De contr. emp.
L. 205. De verb. ſigni.
Ex lib. V.
L. 31. Loca.
L. 33. De ſervit. præd. urb.
L. 36. De condic. indeb.
L. 30. De pignor. act.
Ex lib. VI.
L. 62. De re judic.
Ex lib. VII. nullæ deſumptæ
Ex Lib. VIII.
L. 61. De leg. lib. 3.
L. 40. De uſu, & uſufruc. lega.

De eodem plures alii, & præcipuè *Briſon. de Verb. ſignif. Fanuſius Campanus de Illuſtr. Ital. Famil.* alioqui doctiſſimus ſcriptor, *ex Bi-*

ex Bibliotheca mundi Henrici Barcellii noſtrum Autorem vocat perperam Alſerum Varum, quando non ſit error præli.

ANNO XXIIII. AB ORTU CHRISTI.

QUinctilius Varrus, ſive, ut apud aliquos legitur, Varus Quintilius, ſuperioris Quintilii filius, non tàm patria nobilitate, quàm Cæſaris Germanici, cui gener fuit, affinitate nobilis, nec tàm paterni nominis, quàm ingenii hæres, inter egregios Oratores locum habuit. Maxima ejus laus in inventione, in qua valdè acutus prædicabatur. Memoratur præ cæteris ejus *declamatio Romæ habita contra Inceſtam, quæ, ut lex jubebat, de ſaxo dejecta, invocato Veſtæ numine, non periit.*

Comprobatum artificium: quod tamen gratius accidiſſet, ſi favore damnatæ fuiſſet excogitatum, ut ſenſit Caſſius Pius, vir tunc eloquentia præclarus. Sed Varro probabilior viſa contraria opinio, quam & defenderunt illuſtres ejus temporis Oratores, Portius Latro, Paſtor Ajetius, Arellius Fuſcus pater, Fulvius Sparſus, Junius Baſſus, Albutius Silus Novarienſis, Argentarius, Cornelius Hiſpanus, Romanus Hiſpo, Triarius, Pompejus Silo, Marylius, Otho Junius, qui librum de coloribus edidit, & Diocles Caryſtius inſignis non modò Rhetor, ſed & rationalis ſectæ Medicus; extat ejus declamationis fragmentum apud *L. Anæum Senecam lib.* 1. *controverſia III.* Quo ex loco tranſcribere non piget, quicquid philoſophus ille de hoc Quintilio ſcripſit, cum præſertim hinc duntaxat conſtet, Varrum hunc infelicis ductoris filium, Cæſariſque Germanici generum fuiſſe; Inquit igitur Seneca: *Declamaverat apud illum hanc ipſam controverſiam Varus Quintilius, tunc Germanici gener, ut prætextatus: cum deſcripſiſſet circunſtantem turbam dolentem, quod tam citò oculis pœna ſubduceretur dixit: Exaudierunt Dii Mortales Populi vota: Inceſtam, ne citò præceps ſupplicium tranſcurreret, revocaverunt. Ceſtius multa contumelioſè dixit in ipſam ſententiam. Sic inquit, quomodo quadrigas revocaverunt? nam & ante poſuiſti ſimilitudinem, quia & hæc de carcere exierat: Cum multa dixiſſet, noviſſimè adjecit rem, quam omnes improbavimus. Iſta negligentia pater tuus exercitum perdidit. Filium objurgabat: Patri maledixit*; quæ ſi attentiùs obſervaſſet *Juſtus Lipſius* conſtantiùs affirmaſſet, Varrum hunc ſuperioris filium. In hunc enim ſolummodo ſenſum de ipſo locutus eſt in Commentario ad Tacitum, opportunè citandum. *Cenſeo filium eſſe infelicis patris, qui in Germania cæſus.*

Cum Germanico autem affinitatem contraxiſſe hunc Quintilium, teſtis, præter Senecam, Cornelius Tacitus, qui ſolus, quem viderim, maternum ejus genus monumentis mandavit ad annum V.C. DCCLXXX. Nimirum Claudia Pulchra natum docet, Agrippinæ majoris ſobrina, & ſic de Auguſti poſteritate. Di-

gnis

gnis tanta nobilitate moribus matrona, ſed quia prædefunctus ejus Vir Quintilius infanda cæde ſublatus eſt, eam Tiberii Cæſaris crudelitas in conjunctos falſis petitam criminationibus perdidit, quas & Tacitus refert, qui ad annum, antecedentem ſcriptum reliquit. *At Romæ commota principis domo, ut ſeries futuri in Agrippinam exitii inciperet, Claudia Pulchra ſobrina ejus poſtulatur, accuſante Domitio Afro. Is recens prætura, modicus dignationis, & quoquo facinore properus clareſcere, crimen impudicitiæ, adulterum Furnium, veneficia in Principem, & devotiones obiectabat.* Injuſtitiam tamen accuſationum Agrippina impavidè attendit, quæ & omnes ingenii nervos ad ſervandam conſanguineam intendit. Unde Tacitus. *Agrippina ſemper atrox, tum & periculo propinquæ accenſa, pergit ad Tiberium, ac fortè ſacrificantem patri reperit, quo initio invidiæ non ejuſdem ait mactare Divo Auguſto victimas, & poſteros ejus inſectari; Non in effigies mutas divinum ſpiritum transfuſum, ſed imaginem veram cæleſti ſanguine ortam intelligere diſcrimen, ſuſcipere ſordes, fruſtra Pulchram præſcribi, ſui ſola exitii cauſa ſit, quòd Agrippinam ſtultè prorſus ad cultum delegerit, oblita Soſiæ ob eandem adflictæ.* Irritus tamen cecidit tantæ patronæ labor, ut quæ ſurdis, (quod ajunt) auribus loqueretut. Hinc idem Tacitus. *Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere, correptamque Græco verſu admonuit, ideo lædi, quia non regnaret. Pulchra, & Furnius damnantur.* Quia, & improbus accuſator eo facinore ad majores honores emerſit. Subjunxit ideo Cornelius. *Afer primoribus oratorum aditus, divulgato ingenio, & ſecuta adſeveratione Cæſaris qua ſuo jure diſertum eum appellavit. Mox capeſſendis accuſationibus, aut reos tutando, proſperiore eloquentia, quàm morum fama fuit.* Inſolentior his factus Domitius, ut Tiberii gratiam meliùs iniret, quà fraude Pulchram perdiderat, eadem, ut ejus filio Quintilio exitium proximo anno intentavit. Quamobrem Tacitus hujus Varri cum Germanico propinquitatem, Tiberiumque ipſi abſocerum innuens, nec non Claudia Pulchra natum docens, ait ad annum ſequens. *Sed ut ſtudia procerum, & largitio Principis adverſùm caſum ſolatium tulerant: ita accuſatorum major in dies, & infeſtior ſine levamento graſſabatur. Corripueratque Varum Quinctilium divitem, & Cæſari propinquum Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ matris ejus condemnator; nullo mirante, quòd diu egens, & parto nuper præmio malè uſus, plura ad flagitia accingeretur.* Amicus ipſi fuerat Publius Dolabella, ſed & hic Domitio forſan inſtigante in proditorem deſcivit; Ideò Tacitus *Publium Dolabellam ſocium delationis extitiſſe miraculo erat, quia claris majoribus, & Varo connexus ſuam ipſe nobilitatem, ſuum ſanguinem perditum ibat. Reſtitit tamen Senatus, & operiendum Imperatorem cenſuit, quod unum urgentium malorum ſuffugium in tempus erat.* Ociabatur tunc in Campania Tiberius, qui mox abjectà Reip. cura in Capreas ſeceſſit. Quocircà Varum à cæde ſervatum veroſimile videtur.

Non

Non diu tamen ſupervixiſſe crediderim, quum, ut probare nitor, Agrippinæ minoris Maritus primus extiterit, quam Tiberius poſtea Gn. Domitio tradidit A.V.C. DCCLXXXI. ut in fine IV. Annalium libri Tacitus prodit. Siquidem, ut adducta Senecæ verba ſonant, *Varus Quinctilius tunc Germanici gener*, eam affinitatem (ut indicant) Germanico vivente contraxit. Quod ad minus ante octennium fieri oportuit, quum Germanicus diem objerit Romæ DCCLXXII. ut apud Tacitum. Unam autem ex tribus Germanici filiabus Agrippinam tunc viro aptiorem fuiſſe, major ipſius ætas eſt argumento. Præterquamquòd conſtat, Druſillam, & Liviam minores natu ſorores multò poſt nuptui primum datas, anno ſcilicet V.C. DCCLXXXVI. ad quem Tacitus. *Ser. Galba, L. Sulla Coſſ. diù quæſito quos neptibus ſuis maritos deſtinaret Cæſar, poſtquam inſtabat virginum ætas L Caſſium M. Vinicium legit*, aliquid ad rem ſenſit & *Juſtus Lipſius*, qui Varum Quinctilium alicujus minorum Agrippinæ ſororum maritum non audens conſtanter aſſeverare, legendum reliquit in Stemmate Auguſtæ Domus *Livia (ſive Livilla Svetonio) quæ eadem Julia eſt Tacito, & Dioni: Nupſit M. Vinicio. Huic ſive alteri è ſororibus maritus antea Quinctilius Varus, quem generum Germanici vocat Seneca lib. 1. controv. 3. & aliquid Tacitus.* Lipſio adiiciendus eſt *Franciſcus ex Comit. Berardis Capoccius Cuccinus in ſuo libro dell' Agrippina minore nuncupato vol. 2. pag. m.* 80. ubi Quintilium Varum Agrippinæ minoris conſanguineum affirmat. Si minorem itaque Agrippinam duxit Quinctilius, illud quoque Patriæ gloriæ acceſſit, ut nedum Cæſareæ nobilitatis, ſed & ſingularis eruditionis matrona fuerit aucta. Proditum enim eſt, Agrippinam hanc Neronis Impe. poſtea Matrem, Commentaria ſcripſiſſe, quibus ut ait *Tacit. lib.* 12. qui aliqua inde tranſtulit in ſua Hiſtoria à Scriptoribus Annalium non tradita, *vitam ſuam, & caſus ſuorum poſterior memoravit*. Eam citat & Plinius, qui narando Neronis nativitatem ex ejus elucubrationibus in ſeptimum retulit librum *cap.* 8. Quod & notavit *Geſnerus in Bibliotheca Inſtit.* Cæterùm Varrorum familia floruit, & in Pompejo Varro, de quo *Horatius lib.* 2. *Ode* 7. & *Arrio Varro*, de quo plura Tacitus in Hiſtoriis.

ANNO XLIII.

S. Barnabas, de quo *in Act. Apoſt.* 4. in fine legitur. *Joſeph autem qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpretatum Filius Conſolationis) Levitus Cyprius genere &c.* ex ſeptuaginta duobus Redemptoris noſtri diſcipulis ad Apoſtolatus apicem evectus, cujus cæleſti doctrina cum Cremonenſes ſe in Chriſti Fide inſtitutos glorientur, inter Patriæ noſtræ Sacros Doctores priori loco eſt conumerandus. Fuiſſe illius Phariſæi nomine

ne Gamalielis Legiſdoctoris honorabilis Univerſæ plebi Alumnum teſtatur *Peregr. Merula in Sanctuario Cremonæ*, *&* *Sigonius de Regno Italiæ lib.* 1. ſcribit. *Addidit inde Urbi Mediolano decus, quod Epiſcopum, ac Doctorem Barnabam, Chriſti D. N. Diſcipulum nacta eſt.* Ejus & ſummæ Doctrinæ innumeri penè Auctores afferunt monumenta, unde illos ſilentio præteribo, dum mihi ſufficit Sanctiſſimum Virum Cremonenſium Præceptorem Divinis in rebus indigitare ut aſſerunt *Plac. Pucinellus in Zodiac. Mediol. Eccleſ. p.* 1. *Ughell. Ital. Sacr. Tom.* 4. *col.* 781. *idem Merula loco cit. de Cathedr. Eccleſ. Joſeph de Nigris, Avunculus meus Amantiſſ. Eccleſ. Colleg. S. Johannis in Cruce Archipresbyter in ſuo Cremon. Eccleſ. Martyrologio*, quod peregregiè nunc erudit ad typos. Quinimò fuiſſe Cremonenſium Protepiſcopum innuit *Blaſ. Rubeus* in lit. nuncupatoria ſuæ Tabulæ dypticæ Epiſ. Cremon. antepoſita ubi *Vos autem Ill. & Ad. RR. PP. interim dum reliqui Pontifices, qui fuerunt à Sanctiſſimo Barnaba uſque ad Stephanum Romanum è tenebris eruantur, quod ut quamprimum fiat &c.* Verùm cum hujus Præſulatus aliud mihi non conſtet decus, adeò inſigne Mediolanenſibus eripere nequeo, tum maximè cum Divum Barnabam tanquam Cremonæ Epiſcopum ad hunc annum XLIII. non repoſuiſſem, ſcio enim nullum Epiſcopum electum fuiſſe niſi poſt erectam Romanam ſedem anno Chriſti XLIV. vel ſequenti, juxta varias opiniones. Circa ſupputationem Chronologicam ſui S. Barnabam ſcripſi ad an. XLIII. ut *Cauitello Hiſt. Cremon.* in ſuis Annal. adhæream, cum varia in hac cauſa legam. *Baronius, & Gordonus* expeditionem S. Barnabæ in Italiam referunt an. LI. *Ricciol. in Chronolog. tom.* 3. *p.* 1. *catal. an. XL. Ripamontius & ipſe Hiſt. Mediol. lib.* 1. *pag.* 17. convenit cum Baronio, inquiens verò *quem tamen alii* numerum variant pro ſua quiſque ſupputatione, & ſenſu detrhaentes, & addentes, &c.

ANNO LIV.

SAbinus primus Cremonæ Epiſcopus, à Divo Barnaba primis Evangelicæ fidei rudimentis inſtructus, ſedit in loco Buſchetti nuncupato, ad ſecundum ab Urbe lapidem, Amicitiam Divi Syri Epiſcopi Ticinenſis excoluit, ut refert *Pereg. Merula in Sanctuario Cremonæ pag. mihi* 317. indicans, compertum habuiſſe in nonnullis venerandæ antiquitatis, & auctoritatis manuſcriptis hæc verba contineri. *Ad hunc, ideſt Sabinum, tamquam ad anchoram undelibet conveniebant Cives, finitimi, alienigenæ, inter quos Syrus Primus Eccleſiæ Ticinenſis Epiſcopus tandiù cum Sabino noſtro in iis oris conſiſtere voluit, quandiù totam Regionem, quæ ad ſuperiorem agri Cremonenſis partem vergit, Chriſti Nomini adjunxit, cujus rei memores Poſteri, Tractum illum de Syri nomine Syricinam hodie Sorexinam dixerunt*, Ædemque ibi D. Syro dicatam poſt aliquos

annos

annos erexerunt. Plura prophana Numinum ſimulachra, & Idola deſtruxit, ac inter alia celebrem Jovis Aram, quæ in loco *Jovisaltæ* (vulgò *Genivolta*), erigebatur. Senio tandem, & meritis gravis ad celeſtem Patriam evolavit, in loco ad primum lapidem, qui de Sabini nomine, Sancti Sabini locus appellatur uſque ad hanc diem, *de eodem Abb. Ughell. in Ital. Sacr. tom.* 4. *Peregr. Merula in Catalogo Epiſc. Cremonæ. Hieronymus Balladorius in narratiuncula* præmiſſa Vitæ Sancti Homoboni. *Breſſian. in Corona &c. & Roſis, & Violis*, qui refert manuſcriptum Chinelli de Summis, & Commentaria manuſcriptum Joan. Franciſci Mariani.

Poſt hunc Epiſcopum nonnulli recenſent, Sanctam Babylam, fulti auctoritate *Jacobi Philippi Bergomenſis in lib.* 3. Supplementi, ubi de Cremona, atqui hallucinatio deſſumpta, fuit cum in noſtra Cathedrali Corpora venerentur SS. Babylæ, & Simpliciani Martyrum, ex quibus Babyla fuit Patriarcha Antiochiæ, ex Vico Plebis Sancti Jacobi, translata anno 1460. ut notat Cavitell. ad eundem annum, & ut fuſiùs, cum de Simpliciano ſermo erit, dicemus.

Animadvertendum quippè duco in hoc opere, me tantùm chronologicè, & vellicatim Epiſcopos Cremonæ natos memoraturum, & præcipuè illos, qui ex profeſſo aliquid ſcripſerunt, quum de omnibus Cremonæ Epiſcopis extenſam Chronologiam condere, Deo benè fortunante aggrediar; Namq; plerumque ſæpius opinione diſſentiunt Tabula dyptica Blaſij Rubei, & Series *Abb. Ughell. in Ital. Sacr. tom.* 4. nec non etiam in paucis quidem differt ab iſtis Diacoſmus Peregrini Merulæ; ideòque modici non erit laboris, permulta conciliare, & opportunè corrigere.

Vivente Sabino anno circiter LXXII. poſt Chriſtum natum, mihi Chronologiæ ratio indicit ſub exercitu Antonij, Veſpaſiani Ducis (heu nihil referri poſſe crudelius credo, aut lachrymabilius) per quatriduum ſuffeciſſe Cremonam, & omnia ſacra, prophanaq; exuſta, quæ paulòj poſt reſurgens ex Veſpaſiani hortatu, Fora, Templa, aliaq; diruta ædificia elegantiori forma reſtituit: innuit *Tacitus hiſt. lib.* 3. de quo fuſo calamo locuti ſumus in proemio.

Veruntamen ubi Tacitus loco antecitato inquit *per quatriduum Cremona ſuffecit, cum omnia ſacra, prophanaque in igne conſiderent, ſolum Mephitis Templum ſtetit ante mænia, loco, ſeu numine defenſum*: quænam fuiſſet hæc Dea Mephitis (quam Memphitim Cavitellus, & Campus ac nomine maſculino, ceu *Leander Albertus*, & alii perperam appellant) & ubinam ejus Templum, eruditionum facula, ne ſudoribus parcam, illuſtrabo. Mephitim, Deam Antiqui putaverunt Tetri Odoris, ita *Lil. Greg. Gyral. de diis Gentium Syntag.* 1. & Secius in Virg. 7.

Sævamq; exhalat opaca Mephitim

pro terræ pædore ex aquis ſulphuratis, atq; corruptis proveniente, *& Plinius Hiſt. not. lib.* 2. *cap.* 93. in Hirpinis Anſancti ad Me-

phitis ædem locum, quem, qui intravere, moriuntur. Quare Cremonenſes in caligantium ſæculorum fætidiſſimis tenebris ſimilem Deaſtrum graveolentem adorarent, non mirum ſi *Aurelius Prudentius* contrà Symmachi librum cecinit:

Quicquid humus, quicquid Pelagus mirabile gignit
Induxere Deos, colles, freta, flumina, flammas,

Quinimmò *Boſcornius in Orat. de Theolog. Paganorum.* Tot, inquit, dii prodiere, quibus recenſendis non ſufficiunt numeri omnes Arithmeticorum. His inſuper accedet, quòd tamen niſi præfata Lectoris venia nolim referre, crepitus ventris non modò Mercurio ſacer, & bonæ fortunæ nuncius, ut eſt apud Homerum in Hymno Mercurii, verùm inter Ægyptiorum numina fuit ex teſtimonio *Clementis Romani in Recognitionibus*: cur, inquam, Mephiti Cremonenſes noſtri ſacrificarint, exceptum habeo à *Defendente Laudio de Civitate Laudæ diſc.* 3. qui cujuſdam ſcriptoris anonymi hæc adfert. *Neque mirum eſt, Cremonenſes ad Padum locis humidis, & uliginoſis Mephitim coluiſſe ad avertendam aeris corruptionem, quemadmodum Romani Cluviam, & Sterentium coluerunt.* Non longè ab anonymo ſentire videtur *Sigon. lib.* 1. *de Regno Ital.* loquens de Alboino; *erant vaſtæ inter Cremonam, Laudamq; paludes ab Ollio, Serio, & Abdua amnibus editæ, eædemq; multæ, ſed incultis tunc inſulis interſtinctæ.* Frigida igitur hac de re Cremona à Virgilio, ni fallor, vocatur in carminibus ad Aufidium Baſſum. In Urbe quoq; Laudenſi impensè excolebatur, ſi adhuc proſtat ad Divi Romani, ut innuit idem *Laudius* hic lapis

MEFITI
L. CÆSIUS
ASIATICUS
VI VIR FLAVIALIS
ARAM ET MENSAM
DEDIT L. D. D. D.

Locus Datus Decreto Decurionum poſtremæ Inſcriptionis literæ explicantur. Ubi verò Templum eſſet, Cavitello adhæreo. Ipſe elatum extrà Portam Brixianam ante mænia, extrà Urbem, procul dubio ſignificat. Hæc Porta Brixiana memoratur ab *Alex. dier. Genial. lib.* 4. *cap.* 16. Porta omnium Sanctorum hodienùm appellatur. Ego nimirum hoc Templum conſtitiſſe autumarem, parùm diſtans ab ædibus Divo Bernardo Abbati ſacris in Cremonæ proaſtiis; Nam *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ*, ſcribens de enarratis ædibus Divi Bernardi, aſſerit ibi propinquas, Sicardi Ep. Cremon. temporibus, qui vixit ad annos 1185. extitiſſe alias ædes, *Eccleſia Templi*, nuncupatas; unde facillimè arguere poſſumus à Templo illo Mephitis notiſſimo, Eccleſiam illam Templi Antiquos denominaſſe, ipſe quidem Merula in Sanctuario antecitato, agens de Cænobio Divæ Monicæ, ſcribit, Mephitis Templum adfuiſſe in loco Pipiæ, ſeu Columbæ nuncupato,

nunc

nunc propè ædes cultas per Ven. Capucinos, ubi antiquitùs quædam Moniales degebant. Parum quidem, ſeu nihil diſtamus tum à ſitu, cum à ſententia. Non benè igitur *P. Cimarellus* (quum Cremonæ antiquitates, ut ipſemet fatur, luſtrabat, *in ſuis diſc. Philoſoph. diſc.* 1.) tradens, Mephitis Templum adeſſe, ubi hodie in Foro Majori eſt Baptiſterium, hoc enim inſigne ædificium, & nobile architecturæ portentum anno ſal. 1167. ceu Patriæ monumenta docent, erectum fuit.

LXXXVI.

FElix I. ſecundus Cremonæ Epiſcopus ab Chronologis adnumeratur, degit & ipſe in Vico Buſchetti, cùm Civium aſperitas in orthodoxæ fidei exordiis ipſum in Urbem admittere recuſaverit, ad quam rem juvat allegare, quæ Sigonius ſcribit de Ep. Bonon. lib. 11. etenim decreto Pontificio cautum erat, ne civitatibus niſi Fidelium copia affluentibus Epiſcopi præberentur, ne dignitas eorum vileſceret. Plures paſſus fuit ærumnas: tandem pro ovibus ſuis animam Deo tradidit, non procul à Patria, in loco S. Felicis ab ejus nomine adhuc nuncupato, ſedente Anacleto Pont. Max. *Abbas Ughellus in Ita. Sacr. tom.* 4. *Merula in Catalogo Epiſcoporum*, *Cavitellus in Annal.*

Gorgonius Vir non ſine commendatione ingenii, & probitatis memorandus, tertius in Patriæ præſulatu reniduit. Ut liberiùs, atque faciliùs Religionis officiis, & animo ſuo indulgere poſſet, parùm ab Urbe diſtans, & ipſe moram traxit in loco S. Gorgonii appellato, nunc corrupto vocabulo S. Grigoni, quo tempore ad ſuperos conſcenderit, ex veterum lectione nihil certi habetur, *idem Merula*. Marinus poſt multorum annorum intercalarium curſum ab obitu Gorgonii Protomyſtes Cremonenſis creatur. Magna ſolertia, & incredibili cura Populum ſibi commiſſum in fide catholica confirmavit, nulli parcens labori. Quievit in Domino extrà Urbem in Vico, nunc S. Marini, ab eodem denominato, haud longè ab illo S. Felicis, *Merula catalogo cit.*

Simplicianus poſt Marinum, cùm eſſet vir graviſſimus, honeſtis, & piis artibus eruditus, inter Præſules Patriæ quartus in ordine connumeratur, verùm circà ejuſdem geſta in tenebris verſamur. Auderem utique dicere, hunc fuiſſe illum Simplicianum, cujus glorioſa lipſana unà cum corpore D. Babylæ, ut diximus, catholicè veneramur in Cathedrali Cremonæ. Pia namq; ac Deo grata eſt illa devotio, inquit Stapletonus in Promptuario Catholico *p.* 1. *pag.* 292. qua non tantùm Deum ipſum, ſed & ſanctos ejus, nec tantùm perſonas ſanctas ipſas, ſed & quicquid ipſarum eſt, atq; ad eas pertinet cum fide, & pietate ordinata complectimur. Blateret quicquid vult contrà Tridentinum concilium Martinus Chemnitius, ſeu Kemnitius cum aliis in Exam. ejuſdem con-

cil. Fuit quidem Epiſcopus, & Martyr Simplicianus, ut innuit *Cavitellus in Annal.* ad allegatum annum 1460. at nihil dum ſuo ævo compertum habuit cuinam Urbi præfuiſſet. Sed ipſum Cavitellum audiamus. *Et anno 1460. ex Vico Plebis S. Jacobi diœceſis Cremonenſis, die 18. Octobris, translata fuerunt Cremonam, & in Eccleſia ibi Cathedrali repoſita oſſa Divorum Babylæ, & Simpliciani Martyrum, ex quibus Babyla fuit Patriarcha Antiochiæ, & Simplicianus fuit etiam Epiſcopus, ſed non reperi cujus Civitatis, & quo tempore fuit martyrio affectus, & quorum oſſa aſſervabantur in arca marmorea in Eccleſia ipſius Plebis, dicata D. Jacobo Apoſtolo, jam annis circiter tercentum in eam translata ex juſſu Reginæ Mathildis, dum eam, & alias Eccleſias ex diœceſi Cremon. erigi fecerit in Plebes.* Hactenus bonus ille ſenex, cui addendo *Merulam, & Ughellum*, de hoc Simpliciano Epiſcopo noſtro loquentes, in mea talipedare ſententia minimè crederem.

CCXXXVII.

S. Baſſanus Vir pietate, & ſapientia illuſtris unà cum Marino Archiep. Mediolanenſi, Permerio Ep. Cremonenſi, Maronio Novarienſi, Mallutio Laudenſi inter Urſulani Sodalitii numerum Martyrii palma cooptatus, & coronatus hoc anno, die 21. Octobris; Epiſcopali dignitate præditum fuiſſe, ex antiquis monumentis colligitur. Hìc itaque nomen ejus glorioſum repono. Tanti pro Chriſto Athletæ vitam deſcripſit Joſeph Breſcianus, & edidit Cremonæ 1653. per Joannem Petrum de Zannis. Ab ſequenti aſſertione ex opuſculo Breſciani deprompta, Lector non modico oblectamento teneberis.

Nos Joannes Blanchembergh, Dei gratia Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis de Veteri Monte Abbas, S. Th. Doct., Ordin. Ciſtercienſis Vicarius Generalis.

Notum facimus Univerſis, quòd in Eccleſia noſtra de Veteri Monte jam à tercentis, & pluribus annis, S. Baſſanum Martyrem Cremonenſem, & (ut veteres inſcriptiones inſinuant) etiam Epiſcopum, piè ſcimus venerari, & caput quidem ejus ſtatua pectorali clauſum, inter primarias Templi ſervari reliquias; Corpus verò cum aliis Urſulanæ Sodalitatis Martyribus appoſito nomine proprio fuerit honoratum. Rogatu verò Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Franciſci Vicecomitis Epiſcopi, Excellentiſs. D. D. Præſidentium, & Rev. Patrum Societatis Jeſu Civitatis Cremonenſis, necnon R. P. Hermanni Crombach, Procuratoris eorundem, Coloniæ exiſtentis, precibus inclinati donavimus oſſa duo, majus unum integrum Templo Collegii Societatis Jeſu dictæ Civitatis Cremonenſis, alterum verò minus, ac in vna extremitate paulum fractum, RR. PP. Somaſchibus Collegii S. Geroldi ejuſdem Civitatis conſignandum, qui Coloniam S. Geroldi Re-

liquiis

liquiis decorarunt, ut in duabus Eccleſiis loci ejus, à quo S. Baſſanus prodiit, celebrentur. Involvimus autem dicta ſacra oſſa viridi biſſo, tam charta, quàm ſigillo noſtro minori munivimus, & in arcam ligneam, oblongam, quadratam, intus colore ceruleo tinctam, & goſſipio ſtipatam, foris rubeam biſſo undique coopertam, & capreis retinaculis clauſam, incluſimus. Poſteà charta tectam, & ſerico funiculo tribus in locis noſtro ſigillo majori firmatam, denique viridi cerato panno involutam, R. P. Hermanno Crombach Societatis Jesù tradidimus, ut prima opportunitate ſecurè tranſmittatur in Italiam, & in duobus dictis locis Cremonæ piè, ut confidimus, S. Baſſanus Martyr honoretur. In quorum omnium fidem has litteras conſcriptas, noſtro ſigillo, manuſque propriæ ſubſcriptione munivimus. Coloniæ die 26. April. Anno Dom. 1652. Sub. Joannes Abbas.

Maternus Sextus Cremonæ Myſtagogus propter ingenii modeſtiam, & egregiæ vitæ probitatem huic Eccleſiæ præfuit, & profuit, juxtà illud *Divi Auguſtini lib.* 19. *de Civit. Dei cap.* 19. ut intelligat, non ſe Epiſcopum eſſe, qui præeſſe dilexerit non prodeſſe. De hoc pariter multa deficiunt propter antiquorum incuriam, adeo ut Anto. Campus, & Cavitellus, ubi de primis Epiſcopis Cremonæ agunt, in maxima, & nominum, & temporum perturbatione verſentur, *de eodem Merula, & Ughellus.*

Caſſianus Vir probus, & pius, cum ſine Paſtore, per diuturnam intercapedinem, Ovile Cremonenſe diſperderetur, ad dignitatem Epiſcopalem provectus, ſummo in cœleſtis doctrinæ ſtudio, & omni religionis conatu, errantes concives in viam veritatis æternæ direxit, oves ab hædis diſcludendo, *Merula, & Ugellus.*

Sixtus Patriæ Præſul, defuncto Caſſiano, datus eſt, optimis moribus, ingenii elegantia, integritate vitæ illuſtris. Non voce tantùm, ſed factis ſe præbuit verum diſciplinæ Catholicæ exemplar. Ab ejus nomine Sixti locum, nunc Sexti, per quinque mille paſſus ab Urbe vocatum opinor. Eſt ejuſdem mentio apud *Merulam, & Cavitellum.*

Florianus Sixto fuit ſubſecundarius in Epiſcopatu, & nonus inter Antiſtites Cremonenſes recenſetur. Homo verè, ut definitur *à D. Joan. Chryſoſtomo in Job.* juſtus, verax, irreprehenſibilis, & recedens ab omni opere malo. Primus in Patria novam extruxit Eccleſiam, ut unicus Deus Chriſtus Crucifixus excoleretur. Fuerunt enim apud gentes ad minimum tricies ſex mille dii, ut Veteres adnotarunt, præter Deos manes, ideſt, parentum, & conſanguineorum ſpiritus, quos pro diis habebant, quibus ſacrificabant, & ad quorum ſepulchra comedebant: at prolixiùs legatur

D. Gre-

D. Gregor. Nazianzenus orat. 2. de Theologia. Verùm ſedit & ipſe extra Urbem ob impios Chriſtianæ Fidei perſecutores, & fortaſſe à quarto milliario, in loco ad hanc diem, S. Floriani dicto, ut adnotat *Cavitellus in Hiſto. pag. mihi* 16. inquiens de Epiſcopis: *Habitaverunt coacti, ut ſe aſſervarent incolumes ab impiis Religionis Chriſtianæ perſecutoribus extrà Cremonam, & in ejus Suburbiis, ibi conſtructis Sacellis, adhuc ab eorum nominibus nuncupatis*. Poſt Florianum anno 320. quo ferunt, eundem ad ſuperos evocatum, adfuere Epiſcopi, ut eſt initio Tabulæ dypticæ Blaſii Rubei Stephanus Romanus anno 342. Sirinus natione Græcus, & anno 380. Auderius & ipſe pariter Græcus.

A. CCCLXXXXI.

CONRADUS Cremonenſis à Syricio Rom. ſummo Pontifice, poſt Auderii interitum, Patriæ Præſulatum obtinuit. Alumnus Sirini Græci, pietate, doctrina, & charitate per annos ſexdecim gubernavit Eccleſiam. Meritis gravis opprimitur, ut elevetur ad Cœlites, anno 407. ſub Pont. Max. Innocentio I. ac Rom. Imperatore Honorio. *Ughellus Rubeus, Merula, & Breſcianus in Roſ. & Violis.*

A. CCCIIC.

S. Euſebius Abbas, & Monachus Betlehemita, cujus feſtum Romana Eccleſia celebrat die 5. Martii ſingulis annis, quamvis glorioſiſſimus ejus obitus ſecutus fuerit die 14. Auguſti, anni 429. individuus S. Hieronymi Amicus, peregrinationis Hieroſolimitanæ comes, ac Diſcipulus conſtantiſſimus, cui morienti oculos clauſit. Scripſit ſuo tempore ſubſequentes libros *de Crucis miſterio, oſtendens conſtantiam Petri, & Apoſtolorum ex ipſamet Cruce, & integra fide vim, & efficaciam habuiſſe, ut Gennadius, & Honorius de Illuſtr. Eccleſ. Scrip.* Epiſtolam notiſſimam, quæ facit prolixum volumen de obitu S. Hieronymi, B. Damaſio Epiſcopo Portuenſi, & Theodoſio Senatori Romano directam; hanc habeo penès me italico ſermone traductam, Parmæ excuſam anno 1489. per Matthæum de Codecha.

Extat & inter opera S. Hieronymi Tom. 9. ſect. 3. editum Romæ in Ædibus Popu. Romani 1572. à pag. 402. ad 427.

Item in eodem Volumine.

Epiſtola ad Oceanum de Vita Clericorum inſcripta, *Sophronius, Euſebius, Hieronymus Oceano ſuo ſalutem.*

Epiſtola ad Cyrillum Alexandrinum.

Epiſtola contra Valerianum Pelagianum, qui ſe Cyrilli amicitiæ inſinuare ſtudebat.

Hæc ex antiquo Codice, qui MS. pervenit ad manus Doctiſſimi Card.

Card. Sirleti tranſiit ad Card. Baronium Hiſt. Eccleſiaſticæ Principem, à quo collata eſt in Tomum V. Annal. Eccleſiaſt. ad annum 417.

Fertur, & alia ſcriptis mandaſſe, ut innuit Platina noſter in Sixt. III. Euſebii frequenter meminit *Cyrillus Epiſcopus Hieroſolimitanus; libro de Miraculis Hieronymi ad S. Auguſtinum*, qui extat inter opera D. Hieronymi Tom. 9. pag. 431. ubi inter cætera de Hier. & Euſeb. *Euſebius Nob. Cremonenſis ejus Diſcipulus, in quo Magiſtri refulſit Sanctitas, & Doctrina &c.* Ejus vitam elegantiſſimè ſcripſit Franciſcus Ferrarius, Can. Theologus Cathedralis Cremonæ; Cremonæ impreſſam 1612., ubi Lector pulcherrima, & notatu digna comperies. Eſtq; ad verbum cum adnotationibus exſcripta à *Bollando* in Vol. 2. menſis Martii ſub die 5.

Edidit & panegyrim in ejus laudem, Civitati Cremonenſi dicatam, Petrus Marcellinus, Orafus Olivetanus, & præſertim hunc Sanctum è Familia Bonetta proditum fuiſſe per hæc verba *la Familia Bonetta, glorioſa per tutti i gradi di vera Nobiltà, ſi pregia di havere trà ſuoi Antenati il noſtro Euſebio: Forſe un' antica tradizione, ò una nuova pietà di queſti religioſi Signori hà dato piena fede à una cotale opinione, che non mi pare improbabile, mentre è commune &c.*

Jo: Petrus Creſcentius edidit Cremonæ anno 1645. typis Jo: Petri de Zannis, opuſculum quoddam extractum è ſuo Præſidio Romano, cui tit. italicè. *Euſebio Cremoneſe*, in quo plura.

Petrus Natalis in Catalog. SS. lib. 7. cap. 54. de hoc ipſo.

Ejuſdem debitis cum laudibus meminere *M. Hieronymus Vida, Antonius Campus, Ludovicus Cavitellus, Burdigallus, Peregrinus Merula, Marianus*, & omnes de Cremona ſcribentes.

De eodem *Joannes Trithemius Abbas Spanhemenſis de ſcrip. Eccleſiaſticis ſub anno* 420.

Guillelmus Eyſengrein de Nemeto in Catal. Teſt. Verit.

Geſnerus in Bibl. Inſtituta.

Blondus in Italia Illuſtrata.

Jacobus Philip. Bergomenſis in Supplem. lib. 9.

Petrus Caniſius in Martyrolog. Germanico.

Leander de Albertis in deſcriptione Italiæ.

Antonius Poſſevinus in App. Sacr. Tom. 1. *opera recenſet.*

Jacobus Gaddius de ſcript. non Eccleſiaſt. Tom. 1. *fol.* 169.

Antonius Maria Spelta Hiſtor. Papienſ.

Vinc. Villa lib. 3. *orat.* 4. *Cremonæ habita, & alii multi.*

Maurolicus in Ocea. Relig.

Felicius Genuenſem perperam D. Euſebium appellat, ut notat idem Bollandus.

Ex diſſertationibus Eccleſiaſticis Joſephi Perezii Benedictini, Monaci S. Facundi, ſacrarum Linguar. in Acad. Salmantina Profeſſoris, impreſſis Salmanticæ apud Lucam Perez, anno 1688. part. p. cap. 5. num. 32. & ſequen. hæc habentur, quæ præterire non liceat eruditionis gratia tantùm. Ad

Ad Euſebium Cremonenſem S. D. Diſcipulum, tranſis. *Quo uno cauſam difficillimam videri vis peroraſſe. Nam in primis, ais, hunc ex ejus ſchola prodiiſſe nemo neget, cum S. D. id non uno loco aſſerat: Deinde Monaſticen Profeſſum in Cœnobio Bethlemitico Hieronymiano, non minus certum eſt. Præterea is Romam miſſus à D. Hieronymo, in illa cauſa graviſſima Periarchon Origenis, mirificè, cum ibi, tùm Cremonæ in Patria ſua, item Senis, & Florentiæ, aliiſque in Urbibus Italiæ Hieronymianum inſtitutum propagavit. Qui enim M. Paulinum Romæ exiſtens Hieronymo, & ejus Ordini acquiſivit, eum neceſſe eſt minimè otio torpuiſſe, ſed alia complura eiuſdem inſtituti Cœnobia exædificaſſe. Jam Euſebium Cremonæ Monaſterium erexiſſe, à quo Hieronymiani Hiſpani originem trahant, Paulus Morigia eo in opere, quod de Origine Religionum accuratiſſime conſcripſit, apertè teſtatur: qui inter alia hæc habet:* Multi *(verba Morigiæ) uti ab Hermenegildo Hiſpanicè citantur, (latina damus,) aſſerunt hos Monachos, qui ab Lupo Olmetano vivendi rationem accepere, ad Euſebium Cremonenſem ſuam originem referre, quorum veſtigia Guadalupenſes in Hiſpania ſequuntur. Hactenùs Morigia. Jam cum Lupus Olmetanus apud Hieronymianos Hiſpanos Guadalupenſes educatus fuerit, quis dubitet, eos ab Hieronymo per Euſebium ſuam originem meritiſſimò arceſſere? Subſcribunt Morigiæ Emanuel Rodriguez in ſuis Q.Q. Regularibus, & D. Joſeph Micheli, eo in libro, quem hoc titulo publicavit* Theſaurus Equitum Militarium, & Religioſarum Familiarum Origo.

33. *Quæ hìc affers univerſa, Hermenegilde, ut modeſtiſſimè loquar, ſunt futilitatis pleniſſima. Concedimus tibi ſanè, Euſebium Cremonenſem D. Hieronymum Magiſtrum, ac Doctorem in ſcripturis ſacris habuiſſe. Nec inficiamur in ejus Monaſterio, ſub ejus auſpiciis, Monaſticam vitam profeſſum eſſe. Sed unde tandem colligis, Hieronymianum inſtitutum ab eo fuiſſe in Italia mirificè auctum, & propagatum? Quia, inquis, Romam à S. D. fuit deſtinatus. Quis negat? Sed cur Legationis ejus unicam cauſam non addis? ea fuit, ſi neſcis, aut diſſimulas, hujuſmodi.*

34. *Rufinus cum Melania hæreſes nonnullas, ex Origenis Periarchon monimentis hauſtas, Romæ diſſeminare cæperat. Quò improbabili cauſæ probabilitatis nonnihil afferret, Hieronymum, cujus totam Europam nomen meritiſſimò impleverat, illis ſubſcribere, & aſſentiri, ſparſerat. Ea res magnos Viros, Oceanum, Pammachium, & alios vehementiùs commovit: nam & hæreticam planè, quæ ab Rufino ſpergeretur, doctrinam non dubitabant, & ſub Hieronymiani nominis umbra, qui eam docerent, deliteſcere ægrè ferebant. Ergo S. D. literis ad eum datis, totius rei [illegible] faciunt. Indoluit ſcilicet ad eum nuntium vehementiùs Hieronymus, arreptoque ſtylo, Rufini dolum malum aperuit. Tum legationem, qua ſerpenti veneno obviam iretur, & nomini ſui honori conſuleret, miſſo Romam Euſebio, cum aliis inſtruxit. Hæc Euſebii Romam Hieronymo amandandi cauſa unica fuit. Quantæ molis ea*

lis ea eſſet, vel cæcus videat. Quid ergo eum Hieronymiani inſtitut propagandi cauſa legatum comminiſceris?

35. *At qui dum Romæ ageret, inquis, Paulinum Hieronymo, & Hieronymianis acquiſivit. Joco ne, an ſerio loqueris Hermenegilde? Euſebius Paulinum vobis peperit? Euſebius Monaſtici inſtituti arripiendi Paulino author fuit? At qui vide, quàm pueriliter erres. Paulinus Monachum agere cæpit anno Domini 394. uti Baronius, ad eum annum pluribus perſuadet. Euſebius Romam pervenit anno Chriſti 398. ut apud illum videre eſt, ad annum eundem. Qui ergo Paulino Monaſtices amplectendæ author eſſe potuit, quam tantò ille ante profitebatur? Verùm de Paulino infrà ſeparatim agemus, & complura, quæ de ipſo, nullo judicio, garris, validè refutabimus. Nolumus enim tuo more res permiſcere, & tautologiam impensè deteſtamur.*

36. *In eo autem, quod, Pauli de Morigia teſtimonio, Guadalupenſes Monachos ab Euſebio Cremonenſi originem ducere vis evincere, multipliciter peccas. Nam Paulus iſte Morigia Author nuperus eſt, quippe qui ſuum illud opus anno ſæculi proximè elapſi 81. publicavit. Neque verò ita gravis, ut ejus in re tanta, unius teſtimonio ſtare debeamus. Deinde non ipſe, quod tutè ſomnias, aſſerit, ſed alios ita aſſerere diſertè ait. Prætereà eos, qui ita ſentiunt, non multos, ut tu (Græca plane fide) convertis, ſed aliquos dumtaxat, eſſe ait: Quorum ſententiam, uti non improbat, ita non approbat. Sed præſtat, ut Morigiam, ſua lingua teſtimonium dicentem, audiamus.* Vogliono alcuni, che queſti haveſſero principio ſino da Euſebio Cremoneſe Diſcepolo del glorioſo Girolamo, de' quali ſi crede, che i Monachi di Guadalupe di Spagna ſeguano le pedate. *Hæc eo in loco Morigia, cujus corrupti infra in loco memoriam refricabimus.*

37. *Rodericus porrò, & Micheli, quos inſuper producis, numerum quidem, non pondus addunt: Ab Morigia enim non ſenſum modò, verùm ipſiſſima etiam verba ſunt mutuati. Reſpondeo dicendum, ait Rodriguez, aliqui alii volunt: Congregatio iſta habuit principium ab Euſebio Cremonenſi, glorioſiſſimi Hieronymi Diſcipulo, cujus creduntur veſtigia ſequi Monachi de Guadalupe in Hiſpania. Vides verbum e verbo (licèt aliquantò te fidelius) Emanuelem Rodericum Morigiam interpretatum eſſe. Idem cernere licet in Micheli teſtimonio, quod excribere, nec vacat, nec libet.*

38. *Quod autem ais neceſſe omninò fuiſſe, ut Euſebius, qui Paulinum Hieronymianum fecerat, Senis, Florentiæ, Cremonæ in Patria ſua, & alibi paſſim Monaſteriis erigendis inſtitutum veſtrum longè, latèque diſſiparit, in eo & te ipſe jugulas, & planè hariolaris. Qui enim Hiepio, & Benedictinis Hiſtoriographis omnibus, conjectura omni quantumvis probabili, veluti aqua, & igni interdicis; tàm futilibus, tàm nullo fundamento nixis hariolationibus veriùs, quàm conjecturis indulges.*

Ut veritati quidem locus ſit, conſulendus eſt doctiſſimi P. D. Pii Rubei Mon. Hieron. liber inſcriptus *Flores S. P. Hieron. ex Tom.* 9. In Eccleſia Majori Cremonæ Altare ejus glorioſo nomini

dicatum ſumptuosè erigitur, & reſtauratur anno 1693. Haroldus in Epit. Annalium Min. Uvadingi ad ann. 1342. num. 68. dum deſcribit cryptas Hieroſolimitanas, ubi Corpus S. Hieronymi, ſcribit *dum exeunt autem per porticum, qua hùc ingreſſi fuerunt, ad lævam ſiſtunt, ubi altare eſt, ſub quo S. Euſebius Cremonenſis Bethlemitanus olim Abbas ſepultus jacuit &c.* ſimilia, & Franciſcus Quareſmius lib. 6. Elucid. Terræ Sanctæ cap. 20.

A. CCCCXXII.

SIſinius Sanctus nomine, & operibus poſt Vincentium Ticinenſem ad Munus Paſtorale ejus Patriæ delectus eſt. Ad eam dignitatem pietatis, & doctrinæ alis evectus, Patriæ cum primis utilis fuit, ſummùm gerente Pontificatum Bonifacio hujus nominis primo. Contabeſcente in Italia Arianorum hæreſi ex ſuo grege infectos igne charitatis expurgavit. Sex luſtra in Vinea Domini laboravit, & tandem ab Hæreticis innumeris victoriis reportatis, Martyrii palma coronatur, an. 452. Ejuſdem meminere Lud. Cavitellus, Merula, Rubeus, Ughellus, & Breſcianus, at multa peculiaria ob rerum palæoſim, incuriamve ſcriptorum, & ipſi neglexere.

A. CCCCLXXXI.

ADeodatus Nob. Civis, prædefuncto Joanne Romano, à Sum. Pont. Simplicio, cui tanti Viri non latebant optimæ qualitates, Cremonæ Patriæ Epiſcopus electus fuit. Decennio, quo rexit Eccleſiam, mirabilia ad honorem Dei, ſuique gregis operatus eſt, dieſque devotè, & religiosè clauſit. Similia recenſentur vernaculo idiomate à Joſepho Breſciano in tumulo edito Cremonæ 1652. ac inſcripto *Roſe, e Viole della Città di Cremona, che ſono Papa, Cardinali, Patriarcha, Arciveſcovi, Veſcovi, e Prelati di Santa Chieſa Cittadini Cremoneſi*, qui etiam pro majori auctoritate allegat Chinelli de ſummis catalogum Epiſcoporum, nec non Hiſtoriam Pauli Zignani amborum Cremonenſium, quorum opera, tanquam MS. jamdiù deperdita eſſe, fama eſt. Quandoquidem Blaſius Rubeus diligentiſſimus ſcriptor Tabulam dypticam Epiſcoporum Cremonenſium contexuerit, quæ excuſa Cremonæ fuit 1599. apud Baptiſtam Pellizarium, poſt primam Synodum Cæſaris Speciani Antiſtitis noſtri, utique vigilantiſſimi, nec talem Adeodatum memoret, quinimò poſt Joannem Romanum, qui vixit ad annum 491. ſubiiciat Euſtaſium natione Græcum; ſuſpecta itaque reor manuſcripta allegata, & eò magis, cùm neq; Peregrinus Merula Cremon. Chronographus in ſuo Catalogo Epiſcoporum Cremon. neq; Abbas Ughellus in Ital. Sacr. (ubi de Cremon. Ep.) commemorent talem Adeodatum, neq; alios,

quorum

quorum nomina ſubnectam, ab eodem Breſciano ſub ſimili auctoritate recenſitos, aliter totus ordo Chronologicus ſubverteretur, ne quis veritati locus eſſe poteſt, pro qua ſcribere mihi religio eſt. Ponitur quoque à Breſciano ad annum 675.

Mauritius Piperarius poſt Anſelmum Cremonenſem, qui Anſelmus juxtà claſſicos auctores ceſſit è vita annis 637. & habuit ſucceſſorem Euſebium Placentinum, qui obiit 670. & poſt eum Bernardus natione Gallus, ergo Mauritius Piperarius quomodo, & quando fuerit Epiſcopus ignoro, quinetiam familiarum cognomina; eo tempore, nec multò poſt fuere in uſu, cùm originem habuerint paulò ſuprà annum Chriſti 1000. ut innuit Carol: Baſilica petra in libell. de SS. Haimone, & Vermundo. Sequuntur vellicatim quidem, at nullibi, quàm apud Breſcianum comperti.

Annis 766. Adeodatus Marianus Monachus Caſſinenſis.
905. Gualbertus Muſſus ejuſdem Ordinis.
954. Ægidius Guiſcardus Cathedr. Eccl: Archidiaconus.
1030. Valerius Schitius Canonicus Cathedralis.
1094. Eliſeus Fraganeſcus.
1118. Petrus Stanga.
1315. Ugolinus Cavalcabovius Marchio Vitellianæ.
1411. Hippolythus Trecchus.

Ulteriùs inter noſtros Antiſtites ab eodem Breſciano memorantur uti Cremonenſes ab origine ſcilicet ad annum 816.

Uulpharidus, ſive Uvolphuoldus, qui fuit Mutinenſis, Anno 1305. Gherardus Maggius, quem omnes ſentiunt Brixienſemq; Anno 1422. Venturinus Monacus, verè Bergomenſis.

Haſce notiones præmittere credidi perneceſſe, ne Hiſtoriæ Flores corrumpantur, intereà tutiora indagare non deſinam, utpotè Cremonenſibus Familiis lumine veritatis ſplendores adaugeam, non demam. Qui cupit ex noſtris Concivibus omnium Epiſcoporum Cremonenſium icones conſpicere, adeat aulam Euſcopii, nam ibi diſpoſiti ex ordine recto exprimuntur.

Et hic obiter, cùm de Epiſcopis actum ſit, de Epiſcopalis dignitatis amplitudine hæc ſubnectere mihi dividiæ non erit, quæ ex acutiſſimo Plocenſi Epiſcopo *Stanislao Lubienski in monitis de Epiſcopatu rectè gerendo* exprompſi. Divinum eſt, inquit, quod ſuſcipiunt, arduum, & difficile, quod ſe effecturos profitentur. Eorum eſt Dei in terris obire vices, curare, & efficere, ne quis eorum, qui illorum fidei commiſſi fuerint, pereat; Ut omnes rectam, & orthodoxæ fidei, & Chriſtianarum virtutum, quæ ſolæ hoc nomine ritè cenſentur, normam teneant, denique, ut ſicut in Cœlo, ſic in terra fiat voluntas Dei, nomenq; ipſius ſanctiſſimum honorificetur. *Oper. P. II. f.* 243. Inde ſine dubio factum, ut ſanctiſſimi quiq; viri delatum ejuſmodi honorem aſpernati fuerint, & in ſpeluncis latere, vitæ quodvis periculum adire, patria

extorres eſſe, & voluntarium exilium pati maluerint, quàm tanto oneri ſubiicere cervicem. Sanctus Nitammon, cujus Nomen faſtis Eccleſiaſticis ad diem Octavam Idus Januarii adſcriptum legimus, cùm è ſolitudine, in qua ſanctiſſimè vixerat, per vim traheretur, Epiſcopus Geris in Ægypto renunciandus, tanto pavore conſternatus eſſe dicitur, ut inter trahentium magis, quàm deducentium manus, fuſis ad Deum precibus, impetrato vitæ fine mori potius (quod & obtinuit) maluerit, quàm diſcrimen ſalutis ex ſuſcepto Epiſcopatu adire, *idem Lubienski ibidem f.* 246.

D. XXXVII.

FElix II. decimus nonus Sacris Antiſtitor in Patria effulſit, quamquam obſcuris parentibus, ſub diſciplina Chryſogoni Sardi Viri admirandæ eloquentiæ ejus Prædeceſſoris rerum divinarum ſcientia optimè calluit, in dicendo igitur, in Chriſti doctrina diſſeminanda prorſus indefeſſus, fidei orthodoxæ Concives, quibus adfuit quinque, & viginti annos confirmavit, è vivis excedens anno 562. Pont. Max. Pelagio I. & Imperatore Juſtiniano.
Blaſius Rubeus in dyptica.

D. LXXXII.

ANaſtaſius ſacris initiatus Romam profectus ob eximias animi dotes non diù delituit, quin Pelagius II. Pontifex Opt. Max. tantam virtutem Brixillenſi infula ornaverit: erat quidem Brixillum tunc Civitas. Gregém igitur ſibi demandatum paterna charitate, ac exemplis in Catholicæ fidei rudimentis inſtruxit, & meritis plenus devixit. *Breſcianus ejuſdem meminit in Roſis, & Violis,* quem vocat ex Nob. Gente Ala, allegando Fabagroſſam, & Zignanum, quorum opera (nunc malo fato deperdita) ſe vidiſſe ſæpiſſimè teſtatus eſt; non ſemel, Ego utique dubitavi, num allata à Breſciano de Brixilli Epiſcopis vera eſſent, cùm nullus dum ex profeſſo, & præſertim Abbas Ughellus in ſua Italia Sacra nuſquam de hiſce Epiſcopis agat; proinde acquievi, ut compertum habui ex Conciliorum Tomo octavo typis Regiis, Lutetiæ Pariſiorum ad annũ 451.
In Concilio Epheſino contra Neſtorium decretum fuiſſe peragenda Concilia Provincialia per Epiſcopos, qui Epheſino non interfuerant, cui auſcultans ſanctioni Euſebius Mediolani Epiſcopus Concilium celebravit, deque peractis per Epiſtolam Leonem Sum. Pont. certiorem reddidit, cui Epiſtolæ inter cæteras aliorum Epiſcoporum ſubſcriptiones, hæc eſt. *Ego Cyprianus Epiſcopus Eccleſiæ Brixillenſis per ea omnia ſupraſcripta conſenſi*, tametſi idem Ughellus Tom. 2. Ital. Sacr. hunc Cyprianum dicit Epiſcopum Parmenſem, qui ſe Brixillum receperit ob Parmæ excidium ab Attila perpetratum, verùm ego replico ad quid ſe Brixillenſem Epiſcopum deno-

mina-

minaret, ſeq. epiſtolæ ſubſcriberet, ſi propriè Brixillenſis Epiſcopus non fuiſſet? retinent enim ad hanc diem primam denominationem Aquilejenſis Patriarcha, qui Utini, & Adrienſis Epiſcopus, qui Rodigii Sedem habent, etſi Aquileja, & Adria amplius non exiſtant. Ulteriùs quodnam refugium Cypriano eſſe poterat Brixillum decem miliaria tantùm à Parma diſtans; quin etiam dilucet error Ughelli, nam Attilæ in Italia excidia evenerunt annis 452. ut per omnes Chronographos. Cyprianus anno 451. Subſcripſit, ut Epiſcopus Brixillenſis, ergo clara ad meum votum concluſio, cùm Cyprianus eſſet Epiſcopus Brixillenſis ante excidium Parmæ. de Brixilli Civitate vide *Georgij Anſelmi Nepotis Epigrammata lib.* 5. ubi

Magnæ filia Brixiæ
Urbs tot dives avis, tot titulis potens &c.

DCX.

ANſelmus, qui cum Deſiderio Cive Mutinenſi ſuo Præceſſore ſancta loca Hieruſalem inviſit, eo prædefuncto, quum pietate, & doctrina illuxiſſet, ad Epiſcopatum elatus eſt. Ob dirutam Cremonam ab Aghilulpho Paulo IV. Longobardorum Rege, in Oppido Soncini ad plures annos moram traxit; à Theodolinda exindè revocatus in Patriam, cùm ea ſacrarum ædium reſtaurationi pro viribus incumbens, in proprio munere vigilantiſſimè, Civium omnium admiratione ſe geſſit annos 27. nam mortalitatem explevit anno 637. Joanne IV. Sum. Pont. Heraclio III. Imp. *Ughell. Rubeus, Merula, Breſcianus in Coro. p.* 1.

DCXXVI.

ROdericus Ala, cujus reminiſcitur *Breſſianus* in præliminaribus ſui opuſculi, inſcripti *Dottori del Collegio di Cremona*, cùm hac inſcriptione Sepulchrali.

Rodericus Ala in Scientia doctiſſimus, in Conſiliis Graviſſimus, & in ſedandis Diſcordiis Prudentiſſimus, Carus, & Gratus fuit Heraclio Imper. Qui, poſt longam Servitutem ad Patriam reverſus, Obiit Anno Hum. Sal. DCXXXV. Die XXVIII. Martii.

Ab eodem Auctore referuntur ibidem inter antiquiſſimos Juris peritos Cremonenſes.

Vandilius Maggius, Tiberius Stanga, Averaldus Melius, Alphonſus Tinctus, Ladislaus Manna, Robertus Cambiagus, de quibus equidem nihil aliud nobis conſtat; ſitq; apud eum Juditium.

DCCXX.

FOrtunatus Elghi, Tucinghi filius ex Oppido celebri Soncini, apud Pictones Galliæ Aquitanicæ Epiſcopali dignitate exclaruit,

ruit, hujus vitam exaravit Conſtantius ejus Canonicus ad Aldericum Epiſcopum Turonenſem directam, quam refert *Hieronymus Baris in Hiſt. M. S. Soncinate*, Carminibus, quibus optimè eminebat, vitam Divi Martini, cui tunc plurimum Divini honores maximè deferebantur, luculentèr conſcripſit. Multa & ejuſdem Fortunati leguntur penès *Renatum Choppinum* de Sacra Politia, & clariſſimè *lib. 3. tit.* 5. *num* 21. *&* 30., ut mihi indicavit amicus meus Joannes Antonius Cattaneus Soncini decus, & in foro Mediolanenſi Advocatus eruditiſsimus. Vocatur quidem ab eodem Choppino Fortunatus Ravennas, & vixiſſe temporibus Chilperici, & Clotarii II. Galliarum Regum; Ravennas pariter legitur apud *Opmeerum in Chronographia*, *&* *Kempium de oſculis diſſertat. 6. §. 39.* at Hieronymus de Baris concludit fuiſse Soncinatem, ſit igitur fides penès Auctorem. *Bartholomæus Platina* in Vita Joannis III. Pont. Max. qui floruit 567. refert de quodam Fortunato magno eloquentiæ Viro abſque appoſitione Patriæ, qui ſcripſit Sigiberto Gothorum Regi de Regni Adminiſtratione, & vitam Divi Martini, verùm diſsentitur Chronologia adducta temporum Clotarii II. Ergò alterum Fortunatum fuiſse à ſupramemorato dicere debemus, vel Auctores recenſitos ambos aberrare circà tempus, aut Platinam intelligere poſſumus, loquentem de Venantio Fortunato, qui in Syllabo Scriptorum Pedemontii Vercellenſis, à *Roſſetto*, pluribus quidem auctoritatibus, ſcribitur, quò legentem remitto.

DCCXXIX.

THeodoſius ex Ribalda familia Patriȩ Noſtrȩ olim perſpicua ſacris literis doctiſſimus, ac Evangelica prȩdicatione illuſtris, Paduæ Antiſtes à Gregorio II. præficitur, ubi, laudibus emeritis onuſtus annis undeviginti gregem ſibi commiſsum in viam ſalutis eternæ rexit. Sepelitur in ſua Cathedrali Eccleſia.

Abbas Ughellus in Ital. Sacr.
Portenarius lib 9. felicit. Padu.
Breſſianus in Roſ & Viol.

HUjus Ribaldæ Gentis extat antiqua marmorea inſcriptio annor. 676. antè januam Eccleſiȩ S. Angeli Cremonæ, aliàs SS. Coſmæ, & Damiani literis ferè abraſis, ſed antequàm ab edacitate temporis deglutiantur, prò cupediis eruditorum menſæ apponere non nocebit. parce tamen Lector illius inerudıti ſæculi ſimplicitati, quo hæc deſcripta fuerunt.

Hunc tumulum clari fieri fecere Ribaldi
Nobilis Equorum cognatio magna virorum
Eccleſias horum Sanctorum conſtituerunt,
Vitalis ſiquidèm Coſmæ ſimul, & Damiani
Egregius Miles Lantelmus nomine dictus
Hoc jacet in tumulo vita præſente relictus

Qui

Qui Ribaldorum de magna ſtirpe creatus
Moribus, & vita ſatis extat clarificatus
Tunc erat ad finem lux menſis tertia Jani
Iſtius Mundi, cum linquit is omnia vani,
Ducentum atque decem tunc quatuor octuagenæ
Sunt anni Domini ſex, & bis ſeptuagenæ.

Anno 646. ut adnotat *Cavitellus in Annal.* ære, & cura ipſius Familiæ Ribaldæ erecta fuerunt duo templa, unum ſcilicet, de quo ſupra SS. Martyribus Coſmo, & Damiano nuncupatum, & juxta illud, alterum S. Vitali, nunc S. Geroldo Sacrum.

DCCXXXI.

GRegorius ex Nob. ſtirpe Maggia, ut innuit Breſſian. vir bonus, & prudens, non procul à Patria Epiſcopus Brixilli deligitur, ſedente Gregorio III. Rom. Pontif. ſumma vigilantia annos duo de viginti ejus Populo præfuit, ut refert idem *Breſſianus in Roſ. & Viol.*, adducendo, ut ſolet, Fabagroſſam, Zignanum, Dominicum Bordigallum, & Franciſcum Corbanum Hiſtoricos Cremonenſes prolapſi ſæculi.

Ad annum 946. commemorat ipſe Breſſianus, fultus auctoritate Fabagroſſæ, & Corbani, Ferdinandum Maggium Monachum Benedictinum Epiſcopum Bononiæ. Verùm nec apud Hiſtoricos Bononienſes, nec apud illos, qui de rebus Benedictinis pertractarunt, nec apud ipſum Ughellum de hoc nobis quicquam adinvenire permiſſum fuit.

DCCXXXIII.

S. Sylvinus, ſeù Sylvanus, poſt Zenonem Parmenſem Monachum S. Benedicti, Epiſcopatum Patriæ omnium Concivium votis obtinuit, Religionis, Sanctitatis, doctrinæ ſummæ vir, labore, manſuetudine, & eleemoſinis percelebris in munere Paſtorali 39. annos emicuit, anno 773. cæleſtem advolavit Patriam, in numerum Sanctorum relatus, die 17. Menſis Februarii quotannis ejus memoria ſolemniter celebratur: hodie verò (quod ſanè deplorandum eſt) priſtinus ille cultus deferbuit omninò.

Rubeus in dyptica Epiſc. Ughellus, Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ Menſ. Martii; Merula, Campus, Cavitellus, & Breſſianus de eodem mentionem habent.

Quare S. Sylvini feſtum nunc non recolatur penitùs ignoro, ſi fortaſſis ex defectu miraculorum, reſpondeat *Div. Auguſtinus de Civit. Dei lib. 22. cap. 8.* Miraculis opus erat priùs quàm crederet Mundus, ad hoc, ut crederet Mundus. Quiſquis adhuc prodigia, ut credat, inquirit, magnum eſt ipſe prodigium, qui Mundo credente non credit.

Hoc

Hoc Epiſcopo vivente, celeberrimum illud totius Orbis, & artis miraculum cæptum fuit, hoc eſt Turris major Cremonæ, ex magnitudine, & altitudine, vernaculo idiomate Turratium nuncupata, non autem anno 1284 ut perperam volunt alii, quos inter Jacobus Philippus Bergomenſis in ſupplemento, ut ex inſcriptione primo lapidi appoſita, in Monumentis Buſchetti reperta.

Anno Domini DCCLIV. die XV. Aprilis, Regnante Stephano II. Sum. Pont. & Aiſtulpho Rege Longobardo, & Domino Cremonæ. Poſt invocationem S. Spiritus. Hanc Petram poſitam in fundamentis Turris per manum Sylvini Cremonen. Epiſc. magna Pop. præſentia.

Ex hac inſigni Turri Cremonam Ipſipirgum, ſeù Turritam quamplures Auctores vocarunt, inter quos Mantuanus.

Proſpicit Emiliæ juga, Turritamque Cremonam.

Laudibus adæque ad ſydera extollitur ab innumeris Cronographis. *Jo: Lud. Gothifredus in Archontologia Coſmica de Ducatu Mediol.* Turris Cremonenſis, ut notum eſt, refertur inter miracula Mundi. *Laur. Beyerlinck in Magno Theatr. Vitæ Hum.* In Italia Cremona Turris altitudine aliis Italiæ Urbibus præcellit &c. alios omitto, ne prolixior fiam.

Præ ſignis tantæ Molis Architecti nomen in maximum ejus famæ intertrimentum, monumenta Patriæ noſtræ adhucdum non ſuppeditarunt. Fertur ſolumodo, at fabulosè, per ora Vulgus, Artificem illum à pyrgi ſummitate fuiſſe dejectum, ne ſimile opus rurſum extruere tentaſſet. Quinimmò quadam die Vir alioqui gravis non dubitavit me de hoc caſu interrogare, num verus eſſet, cui ſubridens reſpondi, haudquaquam legiſſe Cremonenſes tali præmio tantum Hominem proſecutos fuiſſe; ſæpiſſimè evenit, ut legi, quòd fabulæ aliquandò in Literatorum animos ſe inſinuant.

DCCXXXVII.

TEodobertus, quem ex præclara Meliorum ſobole, dicit Breſſian. primis ſtatim annis documenta edidit magiſterii pietatis Ingreſſus S. Benedicti Familiam, charitatis, & religionis eximio profectu enituit. Quamobrem ab Zaccaria Primo hujus nominis Hierarcha ad Sedem Epiſcopatus Brixillenſis evehitur. Ibi multos ſedit annos.

DCCLXIII.

ERſilius ex Summorum antiqua Progenie, ſcriptus à Breſſiano Monachum & ipſe induit S. Benedicti, cùm doctrina ſingulari inter ejus Coævos emineret, Theodoberto prædefuncto Thiaræ Brixillenſi ſufficitur, regnante Paulo I. in Petri Solio. Septennio Mitratus vixit, vitamque non ſine ſui Populi lachrymis deſeruit, contumulatus in illa Cathedrali Eccleſia, hiſce notis ab eodem Breſciano, & Fabagroſſa relatis.

Præ-

Preſul Erſilius jacet hic Chriſticola totus
Hoc meruit vita, ut moreretur ita.

DCCCXXI.

SIInipertus ad Sacram Patriæ Sedem evectus, Paſchale I. Rom. Pont. vivente, quantum virtutibus, & ingenuis moribus emineret, toti Orbi inſinuavit. Concilio Mantuano interfuit Ann. 824. cui ſubſcripſit. Novennio intrepidè rexit Eccleſiam.

Hujus meminere *Ughellus*, *&* *Doneſmundus in Hiſt. Mantua. p.* 1. *Breſcianus in Roſ.* à Rubeo quidem in dyptica negligitur.

DCCCLVI.

BEnedictus Patriæ Epiſcopus poſt Pulicardum eligitur, cum Romæ degeret, à Ludovico II. Imper. confirmationem privilegiorum, quæ aliis anteceſſoribus Pater ejus Lotharius, Ludovicus Avus, & Carolus Abavus conceſſerant, impetravit, addito jure Fluminis Olii, & Torrentis Delmæ, ac Joviſaltæ Mercati, ubi menſa Epiſcopalis adhuc ampla retinet latifundia. viginti annos ſedit anno 875. interfuit Ticini Coronationi Caroli Calvi Imper. de quo *Baronius*, & anno ſubſequenti immortalitati ſacratur.

Abbas Ughellus refert in Ital. Sacr. Tom. 4. confirmationem privilegiorum. *Rubeus* in dyptica. *Cavitellus in Annal. Antonius Campus in Hiſt. lib.* 1.

DCCCLVII.

BErlingerius Melius Eccleſiaſticis muniis inſignis à Sum. Pont. Benedicto III. Epidauri Archiepiſcopus creatur. Hæc ſcribit *Breſſianus in Roſ.*, *&* *Viol. allegando Raphaelem Fabagroſſam in famil. Nob. Cremonæ* pag. 115. & *Franciſcum Corbanum coævum*, *&* *Amicum Barth. Platinæ in libro de Cremon. in Curia Romana claris* pag. 17. *quorum opera M. S.* nullibi reperiuntur, ut innuimus ad veritatis *elucidationem*.

DCCCLVIII.

MIliolinus, ut fertur, ex Gente Perſica antiquiſſima, Doctor inſignis habitus eſt, propter ingenium, atq; eruditionis elegantiam à Lothario Imperatore magnoperè dilectus. Affertur à Breſciano in *Virtu: Rav.* ſequens Epitaphium in ædibus Salvatoris.

Hic quieſcit Miliolinus Perſicus J. U. D. Cremon., qui pro virtute ſua fuit gratus Lothario Imp. Poſt multas legationes in Patria obiit Ann. Dom. DCCCLVIII.

Idem Breſcianus in Coll. *&* *in M. S. familiæ Perſicæ.*

DCCCCLIV.

Sigifredus, ex Monacho Divi Benedicti Inſula Placetina inſignitus, quin etiam virtutum omnium decore ornatus, Agapito hujus nominis II. Pontifice verè optimo non ignotus, verbis, exemplis, & pietate memorabilis, iter ad Cælum arripuit anno 961. elargitis latifundiis Aſcætis Cremonenſibus, tunc S. Salvatoris nuncupatis, ut ex donationis tabulis penès Breſſianum exiſtentibus, quas ipſe adducit in *Roſ. & Viol.* Verùm *Petrus Maria Campus*, *Canonicus Placentinus* in Hiſt. Eccleſiaſtica ejus Patriæ, circa donationis hujuſce tabulas plurimas addubitandi rationes affert. *Abbas Ughellus in Ital. ſacra Tom.* 2. hujus meminit abſq; cognomine, & Patria. Idem Breſſianus hunc Sigifredum vocat ex familia de Madalbertis.

CMLXIII.

Luitprandus, aliis Luitbrandus, Liudbrandus, Litiprandus, & Eutrandus Hiſtoricus inſignis, qui etiam Luizardus, immo & Luizo dictus perperam in tot diſtinctus eſt, ex Ticinenſis Eccleſiæ Diacono ad Cremonenſem provectus Epiſcopatum, quum ſeptem & viginti annos præfuerit Civitati noſtrę, & propterea Cremonenſis Epiſcopi nomine frequenter citetur non abſque piaculo à me præteriri poteſt. Doctus ille Græcè, & Latinè, ſeù proſa, ſeù carmine ſcriberet, mirus utrinque dignoſcebatur. Hinc Italiæ Regi Berengario ſcribas inter, & quos vocant Secretarios adſcitus, ab Epiſtolis Græcis, & Latinis fuit. Qum ad magnas res expediendas natus, adhuc Levita pro eodem ad Bizantinum Imperatorem Conſtantinum legatus perrexit, anno ſalutis DCCCCXLVI. ut idem ipſe teſtatur ſexto ſuarum Hiſtoriarum libro, ſed eo munere perfunctus, quum inſignibus excipi debuiſſet honoribus, à Berengario ſuminis virtutibus, & laboribus odium reponente, ingratiſſimè pulſus eſt Italia, exilioque afflictus. In Germaniam ideò ſe recipiens, non procul à Francofurto ſubſtitit, ubi nobilem ſui temporis Hiſtoriam ad annum uſq; 950. protractam literis mandavit, & Antidoſim, ſivè *Antapodoſim* tamquam regiæ ingratitudinis retributionem inſcripſit ad Regimundũ, aliis Fractemundũ Illiberitanæ Eccleſiæ in Hiſpania Epiſcopum. Interim apud Magnum Othonem Imper. tantum gratiæ Luitprandus iniit, ut & ejus ope Darimberto, ſeù Diamberto Cremonenſium Præſuli fatis functo ſuffectus fuerit anno 963. & haud multò poſt cum Landoardo Epiſcopo Numerienſi, ſeù potiùs Mindenſi Romam miſſus ad Joannem XII. interfuit Concilio Romano anni 965., in quo & interpretem Othonis egit, latinè reddens quæ Saxonicè loquebatur Imper. *Refert & Reginonis continuator*, *ac ex eo Baronius* ad eundem annum, Leone VIII. defuncto, Luitprandum ab Othone Romam iterùm delegatum cum Otgero Spirenſium Epiſcopo, curaturum, ut optimus Pontifex eligeretur. Quod

pro-

pro voto evaſit, renunciato Joanne XIII., cujus Pontificatus anno ſecundo celebrata eſt Ravennæ Synodus, in qua Luitprandus diplomati erectionis Magdeburgenſis Eccleſiæ (quam ab Othone Civitatem conditam ex *Adamo Chronographo* docet Baronius ad annum 971.) ſubſcripſit. Mox Cremonam rediens, eò tranſtulit Corpus S. Himerii Epiſcopi, & Confeſſoris, ab Antiſtite Amelienſi acceptum. Hanc tangit Hiſtoriam & Cavitellus noſter, ſed pro Luitprando Luizonem ſcribit ex ſupremis Othonis Conſiliariis fuiſſe, ratus eum Lutiprandi in Epiſcopatu Anteceſſorem. Verùm utroque nomine uſus Luitprandus, idem eſt ac Luizo, qui & Linzo legitur, tùm apud Reginonis continuatorem, cùm apud Blaſium Rubeum in Tabula dyptica Cremonenſium Epiſcoporum, in qua & Liuzo pro Liuzone obvius eſt unuſque, & idem Præſul in duos incruentè ſecatur, ut & apud eumdem Cavitellum, in cujus Annalibus & Lutimprandus occurrit, Lintprandum quoque ab aliquibus ſcribi Geſnerus indicat in Bibliotheca. Cæterùm eumdem eſſe Lintprandum cum Liuzone Cremonenſium Epiſcopo, idem ipſe docuit in præmemorata Synodo Ravennate, in qua cum Luitprandum ſe ſubſcripſiſſet in diplomate erectionis Eccleſiæ Magdeburgenſis, Luizo quoque Cremonenſis Epiſcopus ſubſcriptus legitur in literis Joannis Pontificis, in cauſa excæcationis Herolphi. Archiepiſcopi Salzburgenſis, ut ex V*viguleo Hund. Tom.* 1. *Hiſtoriæ Salzburgenſis Eccleſiæ notat Ferdinandus Ughellus Tomo IV. Italiæ Sacræ in Luitprando XXXIX.* Cremonenſium Antiſtite. Quem & Luizonem appellat Hiſtoriæ Translationis S. Himerii *ab Ughello* ibidem relatæ, ſcriptor, ut opinor, Cremonenſis, de quo & nos aliquid inter Anonymos Auctores. Anno verò 968. ut optimis rationibus evincit *Baronius*, ſecundò Conſtantinopolim Luitprandus conceſſit Othonis Imperatoris legatus ad Nicephorum Phocam Imper. ut Theophaniam filiam Othoni filio uxorem peteret. Quanta in eo ſit paſſus itinere, diligenter ipſe deſcribit in legationis ejuſdem Hiſtoria, quæ ſeorſim extat. Aliquid etiam his in improbum Imper. carminibus indicat.

Argolicum non tuta fides: procul eſto Latine,
Credere, nec mentem verbis adhibere memento,
Vincere dum poſſit, quàm ſanctè pejerat Argos.
Marmore quæ vario magnis patet alta feneſtris,
Hæc inaquoſa Domus, concluſo pervia Soli,
Frigora ſuſcipiens æſtum nec ſæva repellens,
Præſul ab Auſonia Luitprandus in Urbe Cremonæ
Conſtantinopolim pacis profectus amore
Quatuor æſtivis concludor menſibus iſtic:
Induperator enim Bareas conſcenderat Otho
Cæde ſimul flammiſque ſibi loca ſubdere tentans.
Sed precibus remeat Romanas victor ad Urbes
Inde meis. Nurum promiſit Græcia mendax,

Quæ nec nata foret, nec me veniſſe doleret,
Nec rabiem, Nicephore, tuam perpendere qui rem;
Privignam prohibes, qui nato jungere herili.
Imminet ecce dies (furiis compulſus acerbis,
Ni Deus avertat) toto mars ſæviet Orbe,
Crimine, paxque tuo cunctis optanda ſilebit.

Ex quibus nedum Poetica Luitprandi vena pro ſeculo fælix, verùm & quanta eſſet ipſius apud Imp. auctoritas deprehenditur: quum ejus interceſſione Barii obſidionem reliquerit Otho. Cremonam autem poſt obitam tantæ molis legationem nuſquam rediiſſe Luitprandum, præcitatus Translationis S. Hymerii ſcriptor inſinuat. Suam tamen Eccleſiam privilegiis, & gratiis exornandam curavit: Nam Otho Imper. ut ſcribit Ughellus, omnia Jura Cremonenſis Eccleſiæ in gratiam Luitprandi confirmavit, quæ à Carolo Magno, Ludovico, & Berengario conceſſa fuerant, dat. Quintiliburg. V. Kal. Aprilis 970. Quo anno Luitprandus interfuit Synodo Ferrarienſi, in qua cum Petrus Ravennatum Archiepiſcopus ditioni ſuæ peteret, ut reſtitueretur, multa, quæ ſibi fuerant abſtracta, Nuncius Impe. Evvio, quem alii Eviconem ſcribunt, ex Luitprandi ſententia favore Archiepiſcopi pronuntiavit. Ex his falli conſtat eos, qui Luitprandum anno 967. è vivis exceſſiſſe produnt. Vitam autem extendiſſe uſque ad annum 973. auctor eſt *Julianus*, *S. Juſtæ Archipresbiter in Chronico*, referens in Hiſpaniam profectum eodem anno Toleti diem obiiſſe, & à Felice Archiepiſcopo luculenta oratione laudatum in Eccleſia S. Juſtæ, quæ tunc Cathedralis erat, ſepultum. Eadem habent & *Franciſcus Bivarius Ciſterciensis in operum Luitprandi cenſura*, & *Hieronymus de la Higuera* in notis ad Luitprandi Chronicon, & iſte poſtremus natione Hiſpanum, & Toletanæ primum Eccleſiæ Subdiaconum aſſerit, ex Fuldenſi Cœnobio Toletum migraſſe, ac ſenectute, & ægritudine confectum obiiſſe. Fortè autem ejus morbo cauſam dederat mœror ex Othonis Magni exceſſu, qui eodem anno contigerat, Pentecoſtes die, ut notat *VVitichindus libro* 3. *rerum Saxonicarum*. Cæterum Luitprandi nomen interire non ſinent, quæ ſuperſunt ipſius monumenta, nimirum.

Rerum ab Europæ Imperatoribus, ac Regibus geſtarum libri VI. excuſi Pariſiis, & Baſileæ 1532.

In quibus animadvertit Baronius à capite ſexto ſexti libri uſque in finem Hiſtoriam, nequaquam Luitprandi eſſe, ſed potius Anonymi Continuatoris; Quod & Bellarminus confirmat libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annum 946. Reginonis, & aliorum exemplo, quibus obtigit Hiſtoriarum Continuator. In his de prima ſua legatione Conſtantinopolitana Berengarii nomine Luitprandus agit. De ſecunda verò ſeorſum ſcripſit, ut indicavimus librum, cujus Codicem M.S. Chriſtophorus Brouucerius Societatis Jeſu profeſſor bono fato reperit in primariæ Trevirorum Edis Bibliotheca,

theca, & tranſcriptum ad Marcum Velſerum Auguſtam tranſmiſit. Cura verò Henrici Caniſii prodit cum hac inſcriptione.

Legatio Luitprandi Cremonenſis Epiſcopi ad Nicephorum Phocam Imperatorem Conſtantinopolitanum pro Othonibus Auguſtis, & Adelhaida, ad illorum temporum uſum, & Græcorum cum factum, tum inſolentiam pluſquam barbaricam intelligendam. Nunc primum in lucem edita ſtudio, & opere Henrici Caniſii Noviomagi J. C. & S S. Canonum in Accademia Ingolſtandienſi Profeſſoris Ordinarii.

Extat & apud eundem Caniſium libro VI. antiquæ lectionis, & apud Baronium tomo X. Annalium Eccleſiaſticorum ad annum 968. ubi de utilitate hujus relationis præmiſit. *Magno ſanè Dei beneficio factum puto, ut hactenus & Luitprandi Relatio conſervata ſit, paucis quæ deſunt exceptis, tamquam fax quædam ad obſcuritatem hujus temporis illuſtrandam*. Succedunt Luitprandi Chronicon, & Adverſaria, Quæ in lucem protulerunt, & eruditiſſimis illuſtrarunt notis P. Hieronymus della Higuera, & Laurentius Ramirez de Prado Regius Conſiliarius cum recenſitis operibus: Et ego ea libentiſſimè inſpexi Celebri in Bibiliotheca S. Dominici Conv. PP. Prædicatorum Cremonæ hoc titulo prænotata.

Luitprandi Subdiaconi Toletani, Ticinenſis Diaconi, tandem Cremonenſis Epiſcopi. Opera, quæ extant Chronicon, & Adverſaria nunc primum in lucem exeunt P. Hieronymi della Higuera Societatis Jeſu Presbyt. D. Laurentii Ramirez Prado Conſil. Regii, Antuerpiæ ex Officina Plantiniana Balthaſſaris Moretti, anno 1640. Continentur in volumine

Hiſtoria rerum geſtarum ab Europ. Imper.

Legatio ad Nicephorum Phocam.

De Pontificum Romanorum Vitis liber unus, & Chronicon.

Opuſculum de Vitis Pontif. quod unà cum Albonis Floriacenſis Abb. epitome de Vitis eorumdem, ex Anaſtaſii Hiſtoria excerptum ex membranis M S prodierat etiam Moguntiæ anno 1602. Ipſius tamen eſſe dubitant *Joannes Altinus in præfatione* ad eundem, & *Voſſius de Hiſt. latin. pag.* 345. qui ſcribit hujus libri fuiſſe Authorem Monachum quendam Germanum, ita & *Antonius Feiſſerius* in Catalogo; ſed ejus dubia doctiſſimè ſolvit Bivarius, qui & nos in ſuam deducit ſententiam. Militat & nobis *Ughelius*, qui Luitprandum inter inſigniores rerum Pontificiarum ſcriptores enumerat in his, quæ præfatur ante compendiariam ſuam Pontificum ſeriem *initio Tom. 1. Ital. Sacr.* Quo pariter in Vol. cum de Papienſibus Epiſcopis agit col. 17. citat Luitprandi Carmina de capta, & incenſa Papia; ex qua pariter inſigni Urbe eum affirmarem oriundum, ut aſſerunt *Tritem. de Script. Eccleſ. & Spelta Hiſtor. Papiæ*, non autem ex familia Cordubenſi, aut Bætica in Hiſpania, ſicuti ambigit idem *Bivarius in Cenſura &c. §. ſeptimo*. Nam Damianus à Goes Equ. Luſitan. doctiſſimus, qui de Scriptoribus Hiſpanis Syllabum elucubravit, & Nicolaus Antonius ex Bibliotheca Hiſpana inter ſuos Luitprandum non recenſent; Proindè doctioribus Ticinenſium

nenſium mentibus inveſtiganda relinquo. Qui alia de tanto Antiſtite deſiderat conſulat, *Antonium Poſſevinum in App. Sacr. & Guillelmum Cave in ſua Hiſt. Literaria Scriptor. Eccleſiaſt. ſeculo obſcuro, fol.* 408. *num. marg.* 946. alioſve innumeros Chronographos de eodem ſcribentes.

CMLXXXIV.

PEtrus, nobilibus Parentibus natus, nobilius inſtitutum amplexus, ex Monacho Divi Benedicti Anno Orbis reſtaurati 984. ad Urbem Feſulanam ſecundus Antiſtes translatus, annuente Benedicto VI. Max. Pont. cujus doctrina, & opera apud Othonem II. Imper. uſus fuerat, magna cum laude viceſimo anno ab Sacro ejus miniſterio commortuus eſt.

Abbas Ughellus Ital. Sacr. Tom. 3.

Pucinellus de Epiſc. Feſulanis.

Breſſianus in Roſ. & Viol., hunc Petrum vocat è gente Arrigona.

CMLXXXVI.

GIlbertus de Ala Cremonen. Monachus Ord. S. Benedicti, Epiſcopus Nucerinus defunctus eſt in Patria anno 986. ſepultuſq; in Eccleſia S. Leonardi, ubi olim hæc inſcriptio legebatur, ut me monuit Vir Patriæ antiquitatum peritiſſimus, Joſeph Breſſianus, qui Eccleſiaſticam, Prophanamque Cremonenſem Hiſtoriam in dies erudit ad prelum. Epitaphium eſt tale, mihi tamen valdè ſuſpectum, cum nõnulla ibidem verba eo inuſitata ſæculo legantur.

Hic requieſcit in pace P. Don Gilbertus Ala Cremonen Epiſcopus Nuceriæ, & Monachus noſtri Ordinis, qui obiit die 29. *Menſis Januarii anno Domini* DCCCCLXXXVI.

Hæc omnia ſingillatim ſcribit Abbas Ughellus in Ital. Sacr. Tom. 1. col. 1118. eaque refert Joſeph Breſſianus in Roſ. & Viol. mutato ſiquidem aliquantulum Epitaphio, pro quo allegat Buſchettum in Patriæ Epitaphiis M.S.

Eccleſiam Divi Leonardi ex recitata inſcriptione poteſt argui, cultam fuiſſe per Monachos Benedictinos; Verùm *Peregrinus Merula* id non ſcribit in Sanctuario Cremonæ, ſed tantùm ibi receptos fuiſſe PP. Servos. B.V. nuncupatos circa primordia eorum fundationis, & antequam ædes Divi Cataldi inhabitarent, è quibus dirutis ob bella 1526. in Cænobium S. Victoris in Cænobium ubi modò conſiſtunt ſe ſe receperunt.

Breſſianus in hiſt. Eccleſ. Cremonæ M.S. anno 987. recenſet, Ciriam Virginem Cremonenſem, quæ unà cum tribus Puellis Cremon. peracto itinere ad S. Loca Hyeruſalem, in Urbe Cæſarienſi martyrii Palmam reportarunt.

Joan-

CMVIIC.

JOannes ex Monacho D. Benedicti ab Joanne XV. Pont. Max. ſummus Sacerdos in Urbe Mutinenſi creatus eſt; nam Monachum noſtrum idem Pontifex omni officiorum genere, ſingularique diligentia fovebat, non abſq; florentiſſimis pietatis indiciis ab hac vita migravit, ut creditur anno 1003. relictis ex teſtamento latiſundiis Monachis Caſinenſibus, tunc in Ædibus Divi Laurentii Cremonæ degentibus.

De eodem Ughellus Ital. Sacr. Tom. 2.

Breſſianus eum ſcribit de gente Moriſia natum in Roſ. & Viol. & ex eadem 1062. refert Amilcarem intimum Alexandri II. P. M.

Selingardus Epiſcopus Mutin. in Catalogo Epiſcoporum Mutinenſ. Johannem, Monachum non appellat.

CMVIC.

RObertus de Summo omni doctrinarum genere ſuos ævo excultus, ab Johanne XV. Sacer Panormitanis Præſtes conceditur, poſtequam in Aula Romana muniis præclaris renidiviſſet. Summa prudentia, ſummaque pietate vir, in omnibus verè ſummus ad multos annos Populo ſuo præfuit.

Breſſian. in Roſ. & Viol. Corbanus, Fabagroſſa, Zignanus in Hiſt.

MXXV.

OLdericus, quem Breſſianus in Roſ. & Viol. fultus M.S. Fabagroſſæ vocat ex Familia de Goſalinghis, ſcientia admirabilis à Populo Laudenſi, aſſentiente Johanne XIX. Max. inter Pontifices, ejus Antiſtes electus ad excluſionem Ambroſii de Arlunis Mediolanenſis ab Eriberto Mediol. Archiepiſcopo propria auctoritate detruſi, ad eandem Sedem; hac de re (exortis inter Eribertum, ſuoſque Mediolanenſes, & Laudenſes acerrimis præliis) Paſtor Oldericus pro Ovibus ſuis animam dedit, nam glorioſè inter arma occubuit.

Lud. Cavitell. in Annal.

Jo: Baptiſta Villanova in Hiſt. Laudenſi.

Abbas Ughellus in Ital. Sacr. Tom. 5. qui lectorem remittit ad Cavitellũ.

Defendens Laudius in ſuo excurſu ſeptimo de Civitate Laude ſcribit, Oldericum ab nonnullis Epiſcopum Aſtenſem vocari, ac de relatu Cavitelli ejus internecionem enarrat.

Fuit antiquis temporibus celebris Cremonæ hæc Gens Goſalinga, ut videtur ex Syllabo J. C. de Coll. nempè memorantur uſque de anno 1127. Ambroſius, Petrus, Vivianus, Magnacavallus, Ghirardinus, Zambonus.

Mar-

Marſius etiam de Goſalinghis ad ann. 1272. fuit intimus familiaris Gregorii X. Idem *Breſſian. lib. eodem pag.* 99.

Johannes Jacobus Turreſinus in ſuo eruditiſs. M.S. ubi de Familia Fraganiſca; ſcribit ex hac ſtirpe fuiſſe Guaſilingum militem præclarum ſub Othone II. Germanorum Imper., qui vicum ſtruxit, tertio ab Urbe noſtra lapide, Goſolengum dictum, nunc Oſſolengum appellatum.

MXLIV.

MArtialis adeò modeſtia præditus, tamque excellenti virtute ornatus ab Urbe, in qua apud Max. Pont. Benedictum VIII (nuncupatum IX. ſupremis muneribus detinebatur, ut ad Mantuæ ſacrum Epiſcopatum fuerit evectus. Sedit annos decem, & de Religione Chriſtiana optimè meritus interiit.

De eodem meminere *Doneſmundus in Hiſt. Eccleſiaſtica Mantuæ Tom.* 1. *lib.* 3.

Ughellus in Ital. Sacr.

Conſtit. Gonzagh. in regeſt. Epiſcoporum.

A Breſciano vocatur ex ſtirpe de Allegris, quæ inter Patriæ Nobiliores olim effloruit, allegando M.S. *Mariani.*

MXLVIII.

ROdulphus Ponzonus Archiepiſcopus Eboracenſis ſcribitur à Joſepho Breſciano in ejus libro Roſ. & Viol. inſcripto, & pro tali confirmatur à Franciſco Breſciano Joſephi ejuſdem emerito Filio, in libro nuncupato *Via Lattea*, in quo ex profeſſo Nobiliſſimam Ponzonam progeniem jure merito laudat. Verùm cum iſti probi Auctores ſcriptis Pauli Zignani Hiſt. Cremon. nitantur, & præſertim in Indice Viæ Lacteæ allegentur verba Zignani ex ejus M.S. pag. 86. deſumpta, non ut adimam Inclytæ Familiæ nitelam, à me ſummoperè dignis laudibus recolendæ, ſed ut veritas elucеſcat (quam eſſe virtutum longè maximam in hiſtoriis conſenſere omnes, & qui veritatem ſequitur, Deum ſequitur) anſa non modica mihi dubitandi ſuper hoc perhibetur; nam Zignanus, cujus M.S. nunc ſunt deperdita, ut diximus alibi, ſcribit *anno* 1048. *à Gregorio VI. Pont. Max. in Sede Archiepiſcopali Eboracenſe fuit creatus Rodulphus Ponzonus Nob. Cremonenſis; ſed quia illic ſiſtere ob nimiam Turcarum crudelitatem non potuit, Sergius IV. & Benedictus VIII. ſua virtute & illo, Eccleſiæ augmentis uſi fuerunt.* Zignanum aberraſſe quis non dignoſceret? Gregorius VI. fuit Pont. Max. electus anno 1045. uſque ad 1047. ergo anno 1048. non elegit Rodulphum in Archiepiſcopum.

Civitas Eboracenſis altera eſt (prȩter Londinum) Angliȩ Metropolis, vulgò Jorch. altera eſt Ebora Urbs Luſitaniæ percelebris. Quomodo igitur ibi Turcarum crudelitas? Quando pro Turcis non eſſent intel-

intelligendi Mauri Mahumetis cultores, qui univerſam Hiſpaniam, & Luſitaniam barbarico premebant jugo.

Sergius IV. regnavit 1009. & Benedictus VIII. à 1012. uſque ad 1024. Quomodo pariter hi Sum. Pont. uti potuerunt virtute Rodulphi poſt ejus abdicationem ab Archiepiſcopatu, ſi, ut vidimus, ad illum fuit accitus anno 1048.

Ex quibus deductis, Cremonenſis Lector non obſtupeat, ſi nonnullos alios Archiepiſcopos, à Joſepho Breſciano in memorato libro relatos, ibi deſcribam non verò chronologicè, ut ſoleo, cum Breſcianus fulciatur auctoritatibus Zignani non leviter collapſi circa ea, quæ narrant claſſici Chronologi de Vitis Pontificum; ſunt ideò,

Anno 1090. Marcellinus Ala Monachus Benedictinus Archiepiſc. Cæſariæ.

Anno 1105. Anſelmus Muſſus Archiepiſc. Diocæſariæ.

Anno 1123. Philippus Ciria Archiepiſc. Capuæ.

MLXXVIII.

UBertus de Zanebonis primùm Eccleſiæ Cremonenſis Archidiaconus, ſubindè Arnulpho depoſito, Antiſtes acclamatur, cum doctrina perſpicuus eſſet, & Patriæ ſacro regimini miro ſtudio incubuiſſet. In regeſto Epiſcoporum Cremonenſium non me præterit alios in hoc diſſenſiſſe, ſcilicet Blaſium Rubeum, Merulam, & Ughellum; ſolummodo quidem recenſetur à Breſciano cum atteſtationibus Summi, & Fabagroſſæ, in quorum Sententia modò ſubdubitare non audeo, cum ſcribat nonnulla Epiſcopii bona intrà ſecundum ab Urbe milliarium conceſſiſſe in Pheudum ejus Nepotibus: mihi utique conſtat ante annum 1235. Epiſcopalis Menſæ Pheudetarios fuiſſe Zanebonos, ut ab exemplari deſcribendi Inſtrumenti apud me exiſtentis. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, Indictione nona, die ultimo Novembris in Cremona, in Palatio Epiſcopi. præſentia DD. Egidii de Bornato, & Noraddi Malumbræ, & Pauli de Spuleto, & Pagani de Ferrariis, & Deutaldi de Gualdemannis de Plebe S. Emiliani teſtes rogatur. Confeſſi ſunt coram D. Homobono Dei gratia Cremon. Epiſc. DD. Bartholomęus, & Melius, Filius D. Guineſaq; Coppaduxii pro tertia parte pro indiviſo; & DD. Oddo, Filius D. Lanfranchi qu. D. Zanebonis, & Manuellus f. qu. D. Jacobi D. Oltavillæ &c. pro ſe, & Joanne de Marchia pro alia tertia parte pro indiviſo, & D. Joannes, Filius D. Redulfi pro ſe, & Zaghino fratre ſuo, & D. Ghirardus fil. qu. D. Pipini pro ſe, & Redulfo fratre ſuo, & pro Rambotto filio Oddonis, & pro Gualfredino, & Attolino fil. qu. D. Onedis lumbardi, omnibus de Zanebonis, pro alia tertia parte pro indiviſo, quod ipſi tenent, & Patres, & Anteceſſores eorum tenuerunt honorificè per feudum, tamquam feudum antiquum, & Paternum avitum, & proavitum, decimas, & decimariam,

& Jus decimationis totius Plebatus S. Emiliani, detracta quarta Pleb. & Preter de Terris Epiſcopi; quas dictus Epiſcopus habet, & tenet in dicto Plebatu; Quod totum memoratus D. Epiſcopus varentavit; Deinde dictus D. Epiſcopus nomine ſui Epiſcopii inveſtivit honorificè per feudum tamquam de ſuo recto feudo, & antiquo, avito, & proavito, & Paterno dictos DD. Bartholomæum, & Melium pro tertia parte pro indiviſo, & dictos Oddonem filium D. qu. Lanfranchi, & Manuellum, recipientes hæc omnia ſuo nomine dicti Joannis de Marcha pro alia tertia parte pro indiviſo, & dictos Joannem filium D. Redulfi pro ſe, & dicto Zaghino fratre ſuo, & dictum Bernardum pro ſe, & dicto Renulfino fratre ſuo, recipientes hæc omnia ſuo, & eorum nomine, & nomine dictorum Rambotti, & Gualfredini, & Attolini, & pro alia tertia parte pro indiviſo dictæ decimæ decimariæ, & juris decimationis totius iſtius Plebatus, detracta quarta Pleb. & excepto de terris iſtis Epiſcopii, quas Epiſcopus habet in dicto Plebatu. Itaque ipſi, & eorum hæredes, & cui dederint, ſicut Inſtrumentum eſt, habeant, & teneant eam, & faciant de ea quidquid voluerint, ſine alicujus contradictione: Præterea iſte D. Epiſcopus nomine ſui Epiſcopii dedit, & ceſſit, atque mandavit omnia jura, omnes actiones, ſeu rationes, utiles, & directas, reales, & perſonales, quæ, & quas habebat, aut ſibi competebat nomine vel occaſione iſtius rei, & quaſcunque res, & perſonas ſecundum jus, & uſum feudi, ipſoſque Procuratores, vel quaſi in rem ſuam fecit, & conſtituit ſe poſſeſſorem, vel quaſi iſtius rei per ſe, & hoc totum fecit ipſe D. Epiſcopus ad hoc, ut non teneatur eis de evictione, neque ad intereſſe, nec ad aliquam reſtitutionem. Ibique dicti Bartholomæus, & Melius, & Oddo, & Manuellus, & Joannes, & Ghirardus fuerunt confeſſi, ſe feciſſe Sacramentum Fidelitatis eidem D. Epiſcopo, & Epiſcopio prædicto D. Epiſcopo illud idem guarentante.

Locus ſigni Ego Bartholomæus de Piſcarolo D. Henrici Imp. Notarius interfui, & rog. hanc car. ſcripſi &c.

Anton. Campus in Hiſt. lib. 3. pag. 61. memorat uſque ad ann. 1191. Conradum Zanebonum Epiſcopii Cremonæ Vaſſallum.

MVC.

B. Henricus Cremonenſis, à Patria dictus, Monachus Cluniacenſis, tùm literis clarus, tùm Vitæ Sanctitate perceleber hoc anno, mortuo Alberto Bergomate Viro Sanctiſſimo, Abbate, & Inſtitutore Aſceterii S. Jacobi Puntidenſis Agri Bergom. ad illius gradum univerſali Monachorum conſenſu extollitur, in eo ſedens uſque ad annum 1119. quo in oſculo Domini conſcendit ad Cælites. Glorioſum ejus Cadaver ſummo cum honore in propria Eccleſia reponitur, eidem ſucceſſit Teutaldus Bergomas. *Calvus in ſcena lit. ſcrip. Bergom.*

Tanti

Tanti Viri meminere *Carol. Sigonius de Regn. Italiæ lib.* 9. *ſub anno* 1095. in fine.

Bartholomæus Peregrinus in Sacra, ac Fertili Bergom. Vinea p.

Cavitell. Annal ſub annis 1095.

Ant. Camp. Hiſt. ſub ann. 1081.

Blaſius Rubeus in dyptica Epiſc. Cremonæ, ubi de Arnulpho.

Peregrinus Merula in Collect. Vir. Crem. Sanct. Illuſtrium.

Joſeph Breſſianus in Coron. Vir. Illuſtr. lib. 1.

Hieronymus Balladorius in exordio ad vitam S Homoboni.

P. Bucellinus, nec in Annal. Benedictinis, nec in Menologio de hoc Henrico memoriam facit, immò in menologio ſub die 5. Septembr. ubi nominat Albertum Abb. enunciatum dicit obiiſſe anno Chriſti 1099. allegando M. Antonium Benalium, ac Johannem Ant. Guarnerium, qui ſcripſerunt de vita, & rebus geſtis SS. Bergomatum, nec mirum, ſi B. Henricum Cremon. non recenſet Bucellinus, cum fontes indicati, è quibus hauſit hic Auctor, non excurrant in Agrum Cremonenſem, ſed per ſola Bergomatum arua. Hic annus 1095. Cremonenſibus fuit ſingularis, cum die 10. Aprilis Urbanus II. P. M. eorum Urbem ſuo decoraverit aſpectu, ibi humillimè exceptus à Conrado Rege Henrici II. Filio, ut inquit *Petr. Maria Campus in Hiſt. Eccl. Plac. lib.* 12.

MCVI.

MAuritius Trecchus ex Patriæ proceribus, cui efficax adeò fuit ingenium, & eloquentia ad promovendos, conciliandoſq; Concivium animos, ut non modò ad eminentiores Urbis dignitates provectus fuerit, ſed totius Patriæ nomine Guardaſtallenſi Concilio interfuerit, ad quod, annuente Paſchale II. Sum. Pont., Summates omnes Italiæ convenerant, ut decreta contra Henricum ab Imperio delapſum promota, tùm à Gregorio VII. tùm ab Urbano II. confirmarentur.

Breſſianus in Ep. nuncupatoria Manfredo Treccho Scandolariæ, & Binæ Marchioni, & S. R. I. Lib. Baroni directa, præmiſſa opuſculo inſcripto italicè *Roſe, e Viole* &c. ubi plura etiam de hac ſobole præclariſſima.

MCVI.

GUillelmus, quem *Breſſianus in Roſ. & Viol.* credit ex familia Anſolda, allegans Fabagroſſam, Zignanum, & Corbanum à S um. Pont. Paſchali II. Epiſcopus *Urbis Veteris* delectus fuit, ibi pietate, & prudentia planè ſingularis, ſedit per annos 15. *Ughellus* in Ital. Sacr. Tom. 1. notat hunc Vuillelmum, qui procul dubio erat Cremonenſis, & eum ſcribit anno 1119. Menſe Junio indict. 12. conceſſiſſe Alberto Abb. S. Crucis Saxivini Fulginatenſis Eccleſias S. Crucis Urbis Veteris, S. Gellii, S. Nicolai, Eremi Juliani cum Capellis, poſſeſ-

poſſeſſionibus, juribuſque omnibus, ut ex monumento ejuſdem Monaſterii.

Floruiſſe antiquitùs Familiam Anſoldam in noſtra Urbe patet ex *Syllabo J C.de Coll.*, in quo leguntur D. Jacominus, D. Nigerinus, D. Vinciguerra.

Memorabile fœdus initum inter Papienſes, Laudenſes, & Cremonenſes anno ſubſequenti, nempè 1107. exſcribere ab ipſo Sigonio *de Regno Italiæ* lib. 10. ne pigeat. *In Italia Derthonenſes bello cum Papienſibus contracto, viribus ſe impares eſſe cernentes, ad Mediolanenſium auxilium confugerunt; Qua recognita, Papienſes, & ipſi Laudenſium, & Cremonenſium copias acciverunt. Ita inter has Civitates ea fœdera Civitatis, amicitiæque ſunt juncta, quæ difficillimis ſingularum temporibus pia, ſinceraque fide culta, Italiam univerſam ingenti admiratione repleverunt.*

MCXI.

UBertus, ſivè Humbertus ab Urbe Romana, ubi literis efflorebat, ad Sedem Paſtoralem Veronę translatus ex voto Paſchalis II. à quo diligebatur: Ex gente Arigona olim Cremonæ Patricia hunc ſcribit eſſe *Breſſianus in Roſ. & Viol.* authoritate Mariani, & Fabagroſſæ.

Abb. Ughellus in Ital. Sacr. vol. 5. ubi de Veron. Epiſc. ann. 1110. ponit quendam Zuffettum, & poſt nonnulla ſcribit: *Poſt Zuffettum Petrus ponit quendam Humbertū anno* 1111. fortè idem cum Zuffetto. Verùm ex his, quæ diximus, alter eſt Zuffettus, & alter Umbertus.

MCXVI.

RIccardus Malumbra, Præſul virtutibus, & meritis ſingularis ſub Sum. Pont. Paſchale II. ærumnoſis trium Schiſmatum temporibus Romæ degit, à quo tandem Auguſti Menſe anno 1116. Epiſcopus Novariæ, adhuc Epiſcopatum invadente Heppone ab Henrico Imperatore intruſo, deligitur. Annò 1123 approbaſſe dicitur Cæleſtem honorem S. Bernardo Auguſtano, & dediſſe Piſcariam in Vemenia Beato Julio, ut legitur in Tabula dyptica Epiſc. illius Urbis, in quibus vocatur nobilis, & prudens, id mihi ſuadente Lazaro Auguſtino Coſta J. C. ex Amino Oppido Novarienſi, qui doctiſſimo calamo nunc ſcribit Chorographiam, & Muſæum Novarienſe, & aſſerit, ſe hoc referre in dicta Chorogra. lib. 2. & lib. 4. id exinde legi in eruditiſſimo ejus Opuſculo: *Iſola di S. Giulio* inſcripto, typis tradito anno 1693. Mediol. per hæredes Ghiſulphos pag. 45. Fertur obiiſſe die 23. Junii 1123. ac rexiſſe Eccleſiam ann. 6. Menſ. 10. dieb. 24.

De hoc Carolus à Baſilica Petri in Novaria Sacr. pag. 350. ſed abſque Patria, ita & Abbas Ughellus in Ital. Sacr. Tom. 4.

Hun-

MCXVII.

HUnbertus, mortuo Ugone, Patriæ Epiſcopus præfuit (Paſchale II. Sum. Rom. Pont.) Hic multa contulit beneficia Eccleſiæ Cremonenſi, & præſertim Divi Himerii Corpus, diù ſub ruinis majorum Ædium ex terremotu latens, ad primævum cultum reſtituit. A Lothario II. Imperatore confirmationem privilegiorum impetravit. Comitiis Roncaliarum apud Frid. Imper. unà cum aliis Italiæ Summatibus, & Epiſcopis interfuit. Divo Stephano ſacellum in Domo Epiſcopali dicavit. Rexit annos quinquaginta tres, obiit anno 1170. de eodem conſule *Ughellum in Ital. Sacr.*, *&* *Rubeum in Tab. dyptica*, *Campum Hiſt. lib.* 1.

Vivente hoc eodem Epiſcopo, Divus Bernardus tunc Abbas Clarevallenſis, & Apoſtolicus legatus anno 1134. Cremonam profectus, ut inter Cremonenſes, & Mediolanenſes fædus componeret, re infecta remigravit. Quapropter ſcripſit Innocentio II. Sum. Pont. *ut ex ejus Epiſt.* 318. *Cremonenſes indurverunt*, *&* *proſperitas eorum perdit eos. Mediolanenſes contemnunt*, *&* *confidentia eorum ſeducit eos. Hi in curribus*, *&* *equis ſpem ſuam ponentes*, *meam fruſtraverunt*, *&* *laborem meum exinanierunt*. Eodem fermè tempore, ut *ex Chron. Othonis Triſingenſis lib.* 7. *cap.* 9. Cremonenſes Principum Italiæ Hoſtes judicantur, ex quibus quis arguere poteſt, quantum hoc ſæculo Cremonenſium generoſa potentia, & robur in armis enituerit, ſemoto quidem literali ſenſu Epiſtolæ D. Bernardi.

MCXXVI.

HEliodorus Maggius nobili genere, Romæ in maximo honore vixit cùm literis, tùm dignitatibus illuſtris. Defuncto Honorio II. qui eum magnoperè diligebat, Cremonam rediit, ubi poſt annos optimè exactos, æternitati animam vovit. Sepultus in Ædibus Divi Galli hoc monumento.

Heliodorus Maggius J. U. D. Auditor Cameræ Sum. Pont. Honorii II. hìc poſitus fuit anno à Nativit. Domini MCXLI. XV. Martii, *ætatis ſuæ ann. LXVI.* Adnumerantur ex hac gente à Breſſiano in Roſ. & Viol.

Anno 1075. Sigiſmundus familiaris Gregorii VII. & Vic. Generalis Archiep. Mediolanenſ.

Anno 1315. Aſdrubal Clementis V. Cubiculi Præfectus.

MCXXVII.

NIcolaus Dondonus, egregius legum Doctor antiquis illis temporibus, permulta ſcripſiſſe.

Opera legalia.

Breſſianus inſinuat in ſuo Regeſto Juriſperitorum de Collegio, verùm

verùm deperdita ob longam ſæculorum intercapedinem.
In Syllabo vocatur Nicolaus Derdor.

MCXXVIII.

OTho de Cortixiis inter eos Juriſconſultos ab Auctore Syllabi ponitur, qui in prima Collegii inſtitutione leguntur; doctrina perſpicuus, conſiliis, & legationibus pro Lothario II. Imper. præclarus.
Idem *Breſſianus* ubi ſuprà, qui & Philippum Cortixium Neapoli, & Romæ ob eximiam juriſprudentiam cognitum recenſet ad ann. 1208.

MCXXVIII.

COrnelius Trecchus, cujus eruditio, atque nobilitas ſumma fuit, apud Patriam permultum gratia, & benevolentia potuit, cujus hoc anno inter Conſules geſſit principatum, demonſtrando juxta Platonis mentem, eam Civitatem in optimo, feliciſſimoq; ſtatu videri, quæ à Sapientibus regitur.
Breſſian. in Epiſtola nuncupatoria ſuperiùs indicata.

MCXXVIII.

PEtrus de Bonishominibus, præclara familia ortus, Romæ ſub Pont. Honorio II. magnus Vir habitus fuit. Cremonæ quidem immortuus tumulum ad Divi Ægidii cum hac epigraphe obtinuit.
Petro de Bonishominibus Legato Apoſtolico tempore Honorii II. Sum. Pont. Viro Nobiliſſimo, ac prudentiſſimo, Hercules Nepos Patruo optimè meren. Hunc tumulum erexit. Obiit anno Dom. MCXLVI. Idus Junii.
Alterum Petrum Patriæ Decurionem, & Eccleſiæ Cathedralis Ædilem, floruiſſe 1582. patet ex inſcriptione lapidea, appoſita ad Aram D. Firmo dicatam in eadem Cathedrali.

MCXXXIII.

VAlerius de Summo Juriſperitus ſua ætate claruit, ſcripſit namque peregregiè in Jure, nec ſine maxima ſacri nominis laude à conſiliis Rugierii Siciliarum Regis effloruit, ſummaque Regis benevolentia, & honoribus refertus in Patriam remigravit.
Breſcian. in Coll. J. C.
Hoc anno Oppidum, & Arcem Piceleonis ad ripam Abduæ, (duabus Leveis Cremona diſtat) ubi olim fuit Forum Diocontinum, Cremonenſes ad impetum Mediolanenſium cohibendum, ædificarunt.

Eri-

MCXXXXIII.

ERibertus Aribertus à Celeſtino II. Summo Pontifice Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalis creatus ſeptimo loco, (ut referunt Platina, aliique Choroniſtæ Hiſtorias Pontificias conſcribentes) ad cujus magni nominis gloriam, Romæ in Eccleſia Sanctorum Sylveſtri, & Martini de Monte in Exquiliis repertum, ſubſequens monumentũ gentilitio duarum alarum ſe ſe intuentium inſignitum,

Eriberto
Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ
Presbytero
Card. Ariberto
Monumentum
Anno ab Orbe Redempto
MCLX.

Anteſcriptum Epitaphium repertum in antiquo lapide, qui adhuc extat in prædicta Eccleſia. Subſequens verò memoria renovata fuit à Jacobo Franciſco Ariberto Cameræ Apoſtolicæ Clerico, in Eccleſia S. Anaſtaſiæ de Urbe.

Adſta Viator,
Et ſi Priſcæ Virtutis;
Ac Regiæ Nobilitatis Virum
Oculis Uſurpare Tuis Volupe Tibi eſt,
Hunc Eribertum Aribertum
Tit. S. Anaſtaſiæ Presbyt. Card.
A Celeſtino II. Pont. Max.
Ante annos quingentos Creatur
Ad vivum expreſſum
Curiosè contemplare,
Quod ſi te eo Viſo
Ad Grandiora ſenties rapi
Jacob. Franciſco Ariberto
Ex Liberis Baron. ac Marcb. Malgrati
U. S. R. Protb. de num. Particip.
Ac Cameræ Apoſtolicæ Clerico
Acceptum referto;
Qui dum Gentilis ſui Sepulcbrum
Vetuſtate Penè jam deformatum
Novo aliquo additamento
Honeſtare cupit
Ne Flavii Ariberti
Longobardorum Regis Preclariſſimi
Ac de Romana Eccleſia Optimè meriti
Progenies
Minus Illuſtri Loco Conſpiceretur,
Imaginem Hanc

Ex

Ex Vetuſtiſſimis Vaticani Codicibus
Extractam
Urbano VIII. Pont. Max.
Pietate quidem plurib. invidenda
Paucis imitanda
Ponendam curavit.

MCXLIV.

BEnedictus de Advocatis, natalibus, & virtutibus inſignis, cujus opera ob nimiam temporum vetuſtatem deſiderantur, pro Patria legationibus, & ipſe celebratus ad Sum. Pont. Lucium II. nec non ad Rom. Imp. Conradum III.

Sillabi J. C. de Coll. tàm M. S., quàm typis editi, &
Breſſianus ubi ſuprà.

Ex hac progenie inter Juriſprudẽtes primis illis temporibus floruerunt
Julianus 1156.
Nicolinus 1208.
Daudinus 1220.

MCXLVIII.

AReal dus Picenardus Mon. Caſinenſis ingenio ſummo fuiſſe traditur, & in Theologicis, Legalibuſque ſtudiis maximè exercitato, octogenario major in fata conceſſit. Ex Epitaphio ſubnexo in Ædibus Divorum Coſmi, & Damiani Anarghyrorum, quod legitur à Buſchetto relatum, dilucet quanti Arealdus æſtimaretur.

Hìc requieſcit in pace Arealdus de Picenardis Prior, & Commendatarius hujus Eccleſiæ SS. Coſmi, & Damiani, ac S. D. Eugenii Sum. Pont. Auditor Generalis. Obiit anno Domini MCLXXX. die XXIX. Menſis Decembris, ætatis ſuæ LXXXI.

Ad annum 1184. refert Breſſianus Bernardum Picenardum Parmæ Epiſcopum, attamen nec apud Nobiles Picenardæ familiæ, nec apud Veteres Scriptores habetur quicquam.

MCLIII.

CArolus, Vir temporibus ætatis ſuæ pietatis, virtutis, dignitatiſq; gratia, magna præditus auctoritate, ab Eugenio III. cum eſſet in fine Summi Pontificatus ad Auguſt. Taurinorum Eccleſiam promotus eſt. Ibi ſe geſſit majori, cumulatioriq; religionis Laude, quàm dici poſſit. de illo ſanè *Hieremias* 35. exclamare non potuiſſet. Væ Paſtoribus, qui diſpergunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus; & *Ezechiel.* 34. Væ Paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos.

De eodem Ughellus Ital. Sacr. Tom. 4.
Breſſianus eum vocat ex domo Ferraria auctoritate Mariani.

Johan-

MCLV.

JOhannes Boſianus, & Boſſianus, ſeù Baſſianus, ab aliis etiam apellatus de Beſianis, de Bezianis, celeberrimus, & antiquiſſimus Legum Doctor Irnerii, ſeù Guarnerii Diſcipulus, & Azzonis Præceptor, publicè docuit Bononiæ, plura inimitabili calamo compoſuit, & præcipuè.

Comentaria ſuper 1. *&* 2. *Cod.*

Summam in Pandectas, quæ prænotatur ventoſa.

Super Codicis lectura lib. novem.

Comentaria ad Conſuetudines Alverniæ, de quibus vide Zilettum in ſuo Indice.

Ejuſdem mentionem habent innumeri penè ſcriptores, quorum partem hìc ſubnectam, ad elidendam Johannis Antonii Bumaldi, ſeù propriè Ovidii Montalbani opinionem, qui in ſua Bibliotheca Bononienſi ſub anno 1150. refert noſtrum inter Auctores Bononienſes, ſicuti & alios, non diſtinguendo eoſdem viros illuſtres fuiſſe ibi Magiſtros, non Cives, allegando maximè Alidoſium, qui in appendice ejus operi inſcripto italicè: *Li Dottori Bologneſi di Legge &c.* ubi de Accurſio ſcribens hæc planè habet: *& in particolare quaſi per il più le gloſe, che ſi vedono ai teſti, furono fatte da Gio: Boſſiano Cremoneſe.*

Eumque nominat Cremonenſem *Abbas Trithemius* de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Raphael Volaterranus in Anthropologia.

Conradus Geſnerus in Bib.ª Inſtituta &c.

Catellanus Cotta in mem. de Juriſperitis.

Jacobus Philippus Bergomas *in ſupplemento Chronicorum lib. duodecimo ſub anno* 1199

Joānes Baptiſta de Gazzaluppis in tractatu de modo ſtudēdi in utroq; Jure.

Marcus Guacius in ejus Cronica.

Comes Auguſtinus Fontana in Amphiteatro Legali Tom. 1. *in principio.*

Abbas Picinellus in Athenæo Liter. Mediol. ubi loquitur de Joanne Boſſo Mediol. ſubdit hæc verba: *un'altro Gio: Boſſo riferiſce il Morigia*, qui ex operibus indicatis non Boſſus, ſed noſter Boſianus arguitur.

Ægidius Boſſius & ipſe in tract. var. in tit. quomodo proced. per except. nu. 10. Johannem Cremon. ex ſua Boſſiorum familia vocat.

Ex noſtratibus *Johannes* Jacobus Crottus in Oratione habita pro Franciſco Sfondrato 1520.

Vida in Orationibus adverſus Papienſes ac.ᵉ ſecunda.

Cavitellus ſub anno 1159.

Campus ſub anno 1200.

Obiit Bononiæ anno 1197. in Eccleſia Cathedrali, tumulatus hiſce carminibus marmori inſculptis, etiam relatis à *Franciſco Suuertio* in libro, cui titulus *Chriſtiani Orbis delitiæ &c.* inter Bononienſia Epitaphia.

Hoc tumulata jacent Baſſiani membra lapillo
Quis ſit, metra docent, qui ſubſcribuntur in illo,
Hic legum latis poſuit Victoria Caſtris,
Canonicæ coluit ſcripturæ plenius ortum,
Qua duce promeruit cæleſtem cernere patrem
Hic erat Italiæ Sydus, reverentia tantum
Flos Roſeus Patriæ, decus Orbis gloria Patrum,
Obſequii promptus, & in omni dogmate certus,
Conſiliis cautus, humilis, jucundus, apertus.
Si tres excipias annos de mille ducentis
Terminus occurrit, quo mortis jura ſubivit.

In eodem Lapide.

Invidus è medio Boſianum finis ademit,
Cujus membra brevis, hìc ſita petra premit.
Summus in alterutro Doctoris jure peregit
Hactenus officium, quam lapis iſte tegit.
Jura duo poſuit naturæ, jus ſuperare,
Hæc duo de proprio mors fugat una lare.
Iſtius meruere ſinu duo jura locari,
Solus in Italia, qui fuit abſque pari
Non ſibi, ſed vita moritur Fons Juris, & acer
Non is ea, ſed eo Vita moderna caret.
Quiſquis in iſtius Cathedram ſuccedere quærit
Fontis reſpectu rivus ineptus erit.

Fuit & alter Joannes Gloſſator appellatus, qui floruit anno 1256. verùm qua Patria non conſtat, *M. Mantua* de J. C. Illuſtr. in lib. 1.

Anno prædicto 1155. Fridericus Arcobarbus Imp. Jus cudendæ monetæ, privatis Mediolanenſibus, conceſſit Cremonenſibus, dum eſſet apud Inſulam Accenenſem in Territorio Veronenſi, ut patet ex ejuſdem privilegio in publico Archivio ſervato.

MCLVI.

AMorinus de Seriate undecimus recenſetur inter Principes Juriſconſultos, in erectione Collegii ab Auctore Sillabi, in dubiis enucleandi, doctiſſimus, nec non ſtudio, & favore Friderici Imperatoris primi hujus nominis ad ſupremos gradus elatus, hæc ſcribit *Breſſian. in ſuo libro inſcripto. I Dottori del Collegio*, cui ſubnectitur ab eodem.

MCLVII.

YRech Burgus præclarus legum Doctor, Friderico Imper. ſumma familiaritate conjunctus, qui cum eodem Venetias divertit, ut Alexandrum III. Pont. Max. alloqueretur.

De eodem *Auctores Syllaborum J. C. de Coll. &*

Romanus Burgus in Epiſt. qua Gerardo Truchſeſio Archiepiſc. Colonienſi, ante ejus excommunicationis ſententiam nuncupat Hiſtoriam Vitæ, Mortis, & Miraculorum S. Geroldi Martyris Colonienſis.

MCLVII.

HOmobonus ex familia de Sancto Petro, verè virtute, & pietate optimus, ex Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ Cremonenſis ad Veronenſem Epiſcopatum, annuentibus illis Canonicis, vocatur, in quo ab Adriano IV. confirmatus, munus paſtorale auguſtè adminiſtravit, mortalibus exuviis relictis die 23. Octobris, anno 1186. non ignotus Friderico Sveco Imp. Rom. qui cum ei epiſtolam dediſſet, ſui Imperii Principem Homobonum nominavit.

Abbas Ughellus in Ital. Sacr. Tom. 5. qui ipſum vocat Omnibonus *Breſcianus in Roſ. & Viol.*

MCLVIII.

AMatus de Amatis adſcribitur inter Ferrariæ Epiſcopos à Breſciano hoc anno. *Abbas Ughellus Tom.* 2. *Ital. Sacr.* de Ferra. Epi. ad annum 1169. memorat Amatum, vel Amandum abſque cognomine, & Patria ab Alexandro III. conſtitutum. *Abbas Libanorius* in ſuo libro italico, cui nomen *Ferrara d'oro P.* 2. ubi de Epiſcopis anno 1171. hunc Amatum origine Germanum appellat; verùm poſtquam multa pietatis opera enarravit, nec non ejus tempore prodigioſum eventum Sanguinis Jeſu Chriſti ab Hoſtia fluentis, in Eccleſia S. Mariæ Vadi, in quo omnes ſcribentes conveniunt, addit circa alia de hoc Epiſcopo præclara: *onde in tanta varietà d'anni è difficile colpire nel vero ſegno.* Ex quibus dilucet ſuper hoc dubiam tuliſſe ſententiam, idcircò Cremonenſem Amatum fuiſſe, non eſt incongruum, quum Gens Amata ſit antiqua, & celebris in Patria; Nam eodem Sæculo floruit Tarſicius Amatus Præſul Romæ, degens apud Urbanum III. Mediolanenſem, & anno 1209. Conſul fuit Cremonæ Joannes Amatus, ut notat *Cavitell. in Annal. eodem anno.*

MCLIX.

BUlgarus legum Doctor celeberrimus, publico ſtipendio ductus ad docendum jura in Gymnaſio Bononienſi, poſtmodum intimus Friderici Imperatoris Synedrus fuit, ex ejus operibus Jacobus Campius J. C. edidit Coloniæ Agrippinæ, anno 1587.

Bulgari, & Placentini Veterum J. C. ad titulum Pandectarum de diverſis regulis Juris antiquis, & alia opera, quæ adducit *Fichardus in Vitis recent. J. C.*

Lud. Capitellus in Annal. hunc ſcribit Cremonenſem; verùm Joannes Antonius Bumaldus, ſeu propriè, Ovidius Montalbanus in Bibliotheca Bononienſi Bulgarum refert inter Bononienſes, (ſicuti etiam recenſitum Joannem Boſianum, Azonem, & alios) credens fortaſſisè ſuorum Cremonenſium memoria ob longam temporis intercapedinem tranſmigraſſe, & optimè ne tot Legum lumina obſcuræ oblivioni deperdita deperirent in ſua doctiſſima Patria immortalitate donavit. Et de eo plura narrat notatu digna, ad quem Legentem remitto.

Com. Fontana in laudatiſſimo Amphiteatro Legali p. 1. eundem Bulgarum nominat Gloſſatorem Legum Civilium, & Bononienſem authoritate Joannis Paſqualis Alidoſii, fultiè libro inſcripto, *Li Dottori Bologneſi*, ſed ipſe Alidoſius, Vir cordatus, in fine Epiſtolæ ad Lectorem hoc inſerit monitum prudens: *In ultimo ſappiaſi, che hò meſſo frà i Bologneſi alcuni Dottori famoſi foreſtieri condotti à leggere quì, perche furono poi fatti Cittadini, e le famiglie loro ſi ſono fondate in queſta Città &c.* ex quibus mirum non eſt, ſi *Carolus Sigonius* in Hiſt. Bononienſi lib. 3. ad ann. 1151. aſſerit Bulgaſum Bononienſem, & ſub annis 1207. ibi familiam Bulgaram floruiſſe, Idem hunc narrat è vivis exceſſiſſe anno 1161. contrà verò Alidoſius 1167., & Comes Fontana 1196., ex quibus ſcatet, res antiquas exquiſitè perpendere difficillimum eſſe.

Quis autem crederet? Bononienſibus, & Cremonenſibus id ornamenti auferre contendic *M. Mantua in Epitome de Vir. Illuſtr. in Jure.* ſcribendo diſertis notis. *Bulgarus non illaudatus Vir, etiam fuit & ſuo tempore Clarus, de quo tamen non aliud nobis conſtat, niſi quòd Patria erat Piſanus, & Gloſſator antiquus &c. & Vicarius Imperat. Bononiæ &c.* Ideò veritati calamū remitto, ne mihi contingat quod dixit *Diodorus Siculus de Trinæo lib. 13. cap 90. cum, magna acerbitate, Scriptores ætatem ſuam antecedentes reprehendat,* nullumque Hiſtoricis *veniæ locum relinquat, ipſe tamen, ubi diligentiſſimus Veritatis ſtudium profitetur,* nugari, & allucinari deprehendatur.

Ab Odofredo in l. qui reſtituere col. 4. ff. de rei Ven. Os aureum vocatur, & ab aliis antiquis J. C. apprimè laudatus, & exiſtimatus, ita ut illius in Jure declamationes reſolutæ vigorem legis aquirerent.

Vicus in agro noſtro celebratur multò ante natum hunc Bulgarum J. C. *Bulgarum* nuncupatus, ex quo doctorem oriundum non male ſit opinari. Cujus loci meminit ipſe Cavitellus ad annum 998. è ſcilicet occaſione, qua Otho Imperator dicitur ab eodem Cavitello in protectionem ſuſcepiſſe Monachos, & Cænobium S. Laurentii Cremonæ cum omnibus bonis, utar Cavitelli verbis, ei aſſignatis in vicis, & Pagis Coſtæ, Columbariæ, Lupariæ, Bulgari, Dulmonæ &c.

Accedere poſſet & contra Sigonium, ac cæteros, qui natum Bononiæ aſſeverant Bulgarum, *Nicolaus Burtius Parmenſis* Orator, ac Poeta non abolendæ memoriæ, qui ante centum nonaginta an-

nos, ſcilicet nondum orto Sigonio Bononiæ floruit, Johanni Bentivolo ſecundo Patriæ Principi familiaris. Hic ſiquidem in ſua *Bononia Illuſtrata Bulgarum* de Bulgaris commemorans, non inter indigenas, quos ſeorſim enumerat, ponit, ſed inter exteros Archigymnaſii Profeſſores, & quidem cum infra recenſendo Riccardo Malumbra Cremonenſe, quaſi Concives innuat, quos ſcripto conjunxit; quod præſtitiſſe videtur & Burtii contemporaneus, idemque inſignis Poeta Bononienſis *Jo: Philotheus Achillinus*. In eo namque Poemate, quod de Minoe Cretenſi Rege panxit inſcriptum *Viridario pag.* 191. non procul à fine, dum præſtantiores Bononienſis Scolæ Doctores commemoraret, Bulgarum & ipſe tanquam Cremonenſem Malumbræ noſtro conjunxit, inquiens

Il Bulgaro e'l Malombra, che un ſol zero
Non preterirno ſenza intendimento.

His ergo ſubſcribere non veritus, donec, ut innui, hujus rei peritior ſententiam ferens, aliter me docuerit, tantum Doctorem inter noſtros non omiſerim, maximè ne Patriam inſigni aliquo decore, licèt controverſo defraudem.

MCLIX.

JOhannes ſupreſſo cognomine ob antiquitatem à Cremona nuncupatus Præsbyter ſecularis ſcripſit

De Schiſmate inter Sum. Pont. Alexandrum III. & Victorem IV.
Hiſtoriam ſuorum temporum lib. 1.

Hoc opus memoratur à *Panvinio in Adnotationibus Platinæ* ſub finem vitæ recenſiti Pontificis hiſce verbis. Alexandri III. & Victoris IV. ſuorumque Succeſſorum ſchiſma, & ejus cauſas accuratè, diffuſèque Radevicus Canonicus Friſingenſis &c. Item Iohannes Cremonenſis Præsbyter.

Leo Allatius Scriptor eruditiſſimus in opuſculo Confut. Fabulæ de Johanna Papiſſa num. 37. poſt confutatum infame mendatium auctoritate Græcorum ad Hiſtoricos latinos tranſigit, & ait. Nihil hac de re Johannes Diaconus, & Addo Viennenſis &c. qui decimo, nihil Hermannus Contractus, qui undecimo, nihil denique ſubſequentium ſæculorum Scriptores Ademarus, Hugo Floriacenſis, Leo Hoſtienſis, Johannes Cremonenſis.

Gerardus Johannes Voſſius de Hiſt. Latinis lib. 3. *pag.* 758. ſic habet. Johannes Cremonenſis Italus Sacerdos, inque bonis ſcriptoribus benè verſatus, gloriam adeptus eſt ſui temporis Chronico, ut ex Conrado à Lichtenau, & Jo: Navelero refert Simferus in Epitome Bibliothecæ &c.

Conradus Geſnerus in Bibl. Inſtituta de eodem ſcribentes annumerat Abb. Urſpergenſem, & Nauclerium, quem ego vidi in vol. 2. Generat. 39. fol. mihi 764.

Hofmannus in Lexico.

Mar-

MCLIX.

MArtinus Boſianus, à nonnullis Martinus Cremonenſis nuncupatus Johannis Boſiani, de quo ſuprà conſanguineus, Irnerii, ſeù Guarnerii auditor præſtantiſſimus, legum Interpres Bulgari pariter noſtri contemporaneus, & Antagoniſta, nec non Friderici Imper. à Conſiliis, ſcripſit

Gloſſas ad Leges Civiles, *aliaque Opera Juridica*.

De eodem *Raphael Volaterranus in Anthropologia lib.* 21.

Leander Albertus in Deſcriptione Italiæ, ubi de Cremona.

Catellanus Cotta in Memorab. eum ſcribit Martianum.

Marcus Guaccius in Chronico, cognomine de Boſianis eum appellat.

Geſnerus in Bibliotheca Inſtituta &c.

M. Hieronymus Vida in Orationibus Act.^e 2.

Johannes Jacobus Crottus in Oratione habita pro Franciſco Sfondrato anno 1520.

Cavitellus Annal. ſub anno 1159.

Campus *Hiſt. Cremon. ubi de Joanne Baſiano*.

Verùm cum publicè Bononiæ leges docuerit, *Paſqualis Alidoſius* in ſæpe allegato libro inſcripto *li Dottori Bologneſi lit. M.* inter Bononienſes adnumerat, eumq; facit agnationis Goſiæ, ſeù Goſianæ mutato B. in G., Hunc ſequitur Montalbanus in Bib.^a Bononienſi, ſed cognomine tantùm de Goſiis eum vocat; Vide & Amphiteatrum legale Com. *Auguſtini Fontanæ p. pr.*

Radevicus Canon. Friſingenſis de geſtis Frid. I. Imperatoris lib. 2.*cap.* 5. ubi de eodem Friderico, quando in Campeſtribus Roncaliæ caſtrametatus erat, ſcribit. *Sequentibus diebus plena, atque ſolemni Curia, judicio, & juſtitiæ à mane uſque ad veſperam* intentus, querimonias *tàm divitum, quàm pauperum diligenter audiebat. Habenſque quatuor Judices* videlicet *Bulgarum, Martinum, Jacobum, Hugonem, Viros diſertos, religioſos, & in lege doctiſſimos, legumque in Civitate Bononienſi Doctores, & multorum auditorum præceptores, cum his, aliiſque Legiſperitis, qui diverſi ex diverſis Civitatibus aderant, audiebat, diſcutiebat, & terminabat negotia &c.*

MCLXV.

PAſchalis III ſeù IV. antea Guido ab Eugenio III. S.R.E. Card. tit. S. Caliſti, Patria Cremonenſis, non Cremenis, & ex gente Dovaria Pſeudo-Pontifex anno Chriſti 1165. auſpiciis Friderici Imper. creatus adverſus Alexandrum III. cujus nomen ab nonnullis ſcriptoribus quadamtenus damnatum hocce volumine referendum eſt, exemplo Domini mei Eruditiſſimi Eq. Proſperi Mandoſii *in ſua Bibliotheca Rom. cent.* 1.*n.*95. qui recenſet Anacletum II. Pſeudo-Pontificem antea Petrum Leonem, quippè quòd ipſemet *Ludovicus Jacob à S. Carolo in ejus Bibliotheca Pontificia*

in

in Appendice ad cent. Pſeudo Pontific um eumdem ſcripſiſſe recenſeat *Epiſtolam ad Ludovicum VII. cognomento Juniorem, Francorum Regem quæ habetur Tom.* 4. *Hiſt. Francorum Scriptorum pag.* 729.

Jacobus Philippus Bergomenſis antiquus Hiſtoricus in ſupplemento chronicorum lib. 2. ſub annis 1160. eundem Guidonem elatis verbis fuiſſe Cremonenſem, non autem Cremenſem aſſerit.

Mortuo autem apud Lucam Ethruriæ Urbem Victore Antipapa, Guido Cremonenſis à ſeditioſis ſubrogatur, & Paſchalem appellant: *Antonius Maria Spelta* in Hiſtoria Papienſi, ubi de Petro V. Epiſcopo Ticinenſi, narrando ſchiſma Alexandri III. ſcribit Pſeudo-Pontifices tres fuiſſe, unum ſcilicet Octavianum Cajum Romanum, alterum Guidonem Cremonenſem, & tertium Joannem Abbatem Sirmienſem à Panonia.

Rolandus Malavoltus in Hiſtoria Senenſi lib. 3. *p.* 1. *pag.* mihi 31. refert: *Quindi ſurrogato à Vittorio Antipapa ch' era morto Guido da Cremona nominandolo Paſquale &c.* ita & Joannes Villanus, *in Chronico lib.* 5. *cap.* 1. nec non Machiavellus in hiſt. Florentina lib. 1.

P. Leonardus Coquæcus in Antimornæo *Tomo* 2. refert ipſum Mornæum ſcribentem. *At Victore exeunte anno* 1163. *fato functo Cardinales ſine ulla mora Vidonem Cremonenſem Cardinalem tit. S. Caliſti eligunt &c.*

Petrus Bleſenſis, epiſt. 48. *ad Gullielmum Cardinalem Papienſem*, hunc appellat Cremanum. Vetuſtus Scriptor, qui Radivici Can. Friſengenſis Hiſt. Friderici Imper. ſupplevit, nec Cremonenſem, nec Cremenſem appellat, ſcribendo hiſce verbis. *Octavianus moritur, Guido ſubſtituitur.*

Ex Hiſtoria Cremenſi *Alemanii Fini* eruitur inveriſimilitudo, cum ipſe initio *lib.* 2. *ſcribat*, italico ſermone. *Venuto à morte Papa Vittore in Luca, il quale era ſtato confermato dal Concilio fatto in Pavia, fù per commiſſione di Federico fatto in ſua vece Guido Cremaſcò &c.*

Verùm ſi hiſce temporibus, & præcipuè anno 1160. ut ex eadem Hiſt. Fridericus Bello Cremam afflixit, & penè deleuit, eamdemq; ſubjugavit non ſine labore, vendita exindè Cremonenſibus non ſine Cremenſium dolore, ut affirmat idem Chroniſta, quomodo ædepol ad Papatum difficillimis illis tot ſchiſmatum tempeſtatibus promovere Cardinalem Cremenſem, in quo confidere minimè poterat, cum Cremenſium animi eſſent eidem infenſi, ob multa damna ejus Patriæ illata, quam deindè anno 1165. verſa tabula, in odium Cremonenſium (ut aſſerunt *Blondus Flavius*, & idem *Jacobus Philippus*, aliique ſcriptores) reædificavit, cum Cremonenſes (demptis Dovariis) ut cæteris Inſubriæ Urbibus adhærerent, ab Imperatore receſſiſſent.

Verùm fuiſſe Cremonenſem, & ex familia Dovaria, non autem ex ſtirpe Comitum de Camiſano, ut anceps inſinuat idem *Finus in opuſculo Seriane nuncupato ſerian.* 4. inficiari nemo poteſt, cum iiſdem annis Cremonæ Dovarii inter Principes vigerent, ex *Car.*

Sigo-

Sigonio Hiſt. de Regno Italiæ lib. 8. *ſub annis* 1015., & Friderico Imperatori admodum chari, patet ex *Ludovico Cavitello* Annal. *ſub annis* 1163. *&* 64. & hæc opinio confirmatur à *Julio Feroldo* in Annalibus impreſſis Venetiis anno 1577. per Johannem Varinum pag. 116. ubi hæc lego. *L'anno di Criſto* 1167., *mentre che Federico Barbaroſſa, el qual era ſtato in Lemagna, e haveva refatti li eſerciti, guerreggava contro Papa Aleſſandro per mettere, come miſe in Roma Paſcale novo Papa Siſmatico, perche l' altro era morto, il qual Paſcale era Gentilhuomo Cremoneſe dell' Illuſtre Caſa da Duera.*

Memoratus Cavitellus ſub annis 1164. affirmat fuiſſe Patria Cremonenſem, & ex Familia Crema, ideoque Guidonem de Crema vocatum, quæ verè fuit Cremonæ Patritia, cum inter Decuriones Cremonenſes anno 1387. Nicolinus Crema recenſeatur, ut ex libro Statutorum, quod videtur innuiſſe *Georgius Merula in primo libro Antiq. Vicecomit.* ubi *moritur intereà Octavianus, in cujus locum ſtatim Guido Cremenſis Genere ſuffi itur*, qui cum allegetur ab eodem Fino loco citat. dilucet eundem ſuo ſe gladio tandem jugulare, quum Cremenſem Genere, non autem Patria vocavit, ita & Platina, ejuſq; Auctarii.

Cavitello quidem inſiſtere poſſem, nam *Scipio Agnellus Maphæus Ep Caſal. in Annal. Mantuæ lib.* 9. *cap.* 2 refert Epitaphium relatum à Philippo Janello in Eccleſia S. Dominici Mantuæ.

Hic jacet Nob. D. Guido Crema Rector Urbis, & Gubernator, qui deceſſit anno 1042 *die* 17. *Aprilis, ex quo ſcatet Familiam Cremam illis temporibus floruiſſe.*

Poſſem pariter aquieſcere, ſi diceretur, Crema illis temporibus fuiſſe de Cumitatu, & Diæceſi Cremonenſium, ejuſque Eccleſiæ tàm in ſecularibus, quàm in ſpiritualibus ſubditam, ut per Radevicum Can. *Friſing. de geſtis Friderici I. Imperator. cap.* 39. ubi alia multa de Crema, quæ omittuntur, & ideo à potiori Urbe denominandum eſſe Cremonenſem; poſſet etiam ſuperaddi equivocatio facillimè comiſſa à ſcriptoribus in ſcribendo breviter Cremam pro Cremonam, & Cremenſem pro Cremonenſem, ut vidi in Authore Anonymo inſinuato operibus Albertini Muſſati, qui Sucinum Benzonum Cremonenſem, & non Cremenſem ſcribit, & ut potiſſimùm evenit de multis aliis nominibus, quorum diuturnus labor eſſet nudam indagare veritatem in maximo antiquariæ ſupellectilis augmento.

Hìc autem ad ordinem redigere perturbatam Chronologiam, juxtà præcitatorum Scriptorum ſententiam, munus adſumere recuſavi, quum mihi ſufficiat Guidonem Cremonenſem, non Cremenſem demonſtraſſe.

Hiſce jampridem ſcriptis, ut ſunt in evolutione tertii Tomi Italiæ Sacræ *Abb Ughelli* circa finem, ob oculos venit nobilis eruditio Auctoris tunc viventis, quæ totius dubietatis nubes diſſipat, atque diſſol-

diſſolvit; atque hanc referre nequeo, quin ipſius Ughelli in tanta Inſularum mole hallucinati aliquam incuriæ notam graviter inuram, ut qui tot in Codicibus cùm inſtructis, tùm illuſtratis, quoties Guidonem noſtrum ipſi nominare contigit, ſemper Cremenſem appellitaverit, immemor fortaſſis, aut neſcius eorum, quæ, ut typis imprimerentur cum ſuis operibus mandavit. Etenim in Annalibus rerum Piſanarum ab anno Chriſti 971. uſque ad annum 1176. exſcriptis ex Vetere Codice M. S. viri clariſſimi Caroli Strozzæ, Thomæ F. Patritii Florentini ad annum 1165., quo tempore ſcribebat Strozza, inter alia legitur: *eodem anno mortuus eſt Lucæ Papa Victor 12. Kal. Maii, & alia die electus eſt ibidem in PP. Guido Cremonenſis, qui poſtea vocatus eſt Papa Paſchalis, & Cancellarius Imp., qui eum eligi fecerat, de Luca diſcedens ad Burgum S. Geneſii ivit, ibique ſecum habuit Rectores Civitatum Tuſciæ*, & inferiùs. *Eodem anno Chriſtianus Cancellarius D. Imp. venit Piſas die S. Andreæ, & ſecum duxit Papam Paſchalem, qui priùs vocabatur Guido Cremonenſis, & Piſani eum honorificè tenuerunt, quo uſq; ipſe Cancellarius duxit Viterbium &c.*

Attamen ſit venia Ughello, cui erant perneceſſe plures, quam Argi oculi ad tantam rerum varietatem prævidendam, vel dignoſcendam, cujus eſt adeo æquabilis virtus, repetam cum Luciano in Palinuro, & adeo perſeverans, quin tàm multis, tàmq; continuis laboribus non defatigari non quaſſari, nunquam atque infringi poſſit.

MCLXV.

Sigiſmundus Milius Caſinenſis Monachus in ſtudiis doctrinarum egregius, regnante Alexandro III. Diocæſariæ, Urbis Cappadociæ Archiepiſcopus declaratur. Teterrimis hiſce ſchiſmatum temporibus ſemper adhæſit Hierarchæ quoad vixit, commortuo Pontifice Patriam contendit, ubi ad æternitatis gloriam evocatus eſt, & ſepultus in Ædibus Anarghyris Coſmæ, & Damiano erectis, nunc S. Angeli nuncupatis. Memoratur à Felice Buſchetto hac Epigraphe.

P. Sigiſmundus de Miliis Cremon. Archiepiſcopus Diocæſariæ, & Monachus S. Benedicti, obiit anno ætatis ſuæ LXXXIX. Hic tumulari juſſit hoc anno MCLXXXIX. Kal. Decembris. Orate pro eo.

Hiſce fermè temporibus Henricus II. Angliæ Rex, ſub quo fortiſſimus Fidei Catholicæ Athleta Thomas Præſul Cantuariæ martyrium ſubiit, per Legatos ſuos promiſſis, & muneribus Nobiliores quaſq; Italiæ Urbes ſollicitabat, ut conjunctis ſtudiis à Summo Pont. Alexandro III. ejuſdem Antiſtitis depoſitionem ab Archiepiſcopatu Cantuarienſi, vel ſaltem in aliam ſedem translationem expoſcerent. Inter has verò præcipuæ fuere Mediolanum, Cremona, Papia, Bononia, Parma: Mediolano enim tria aureorum millia ſpopondit, quibus diruta mænia repararent, Cremonenſibus duo millia, Bononienſibus tantundem, Parmenſibus mille, Papienſibus

itidem mille, ſi id obtinerent; Quod apertiſſimè ex ejuſdem Martyris atteſtatione, ac epiſtolis conſtat apud *Jo: Baptiſtam Colam lib.* 2. *vitæ ejuſdem cap.* 11. *fol.* 291. claret verò maximè ex Codice Vaticano lib. 2. Epiſt. 61. & 78. ac lib. 3. Epiſt. 66. tùm ex Joanne Sarisberienſe, & aliis multis geſtorum ipſius Præſulis fidis enarratoribus. Quam tamen oblationem ſanctimoniæ Archiepiſcopi conſciæ rejecerunt urbes præfatæ. Unde videtur Cremona tunc maxima fuiſſe in exiſtimatione tùm authoritate, tùm viribus.

MCLXIX.

JOannes de Cacciafrontis, ſed vero cognomento de Surdis, Beati titulo ob initum pro Chriſti fide martyrium juremeritò inſignitus, Divi Benedicti Monachus, & Abbas ad Mantuanum, exindè ad Vicentinum Epiſcopatum elatus, literis, & Sanctimonia clariſſimus illuxit, de quo referenda ſunt verba *Abb. Ughelli in Ital. Sacr. Tom.* 5. *de Epiſcopis Vicentinis. B. Joannes ſucceſſit Ariberto; Is Cremonæ ex nob. genere, matre Berta natus ex Privigni Ale cognomine Cazinfrontes dictus, cujus deinceps poſteri de Cacciafrontibus nuncupati ſunt. A matre bonis moribus imbutus, ad ſinum Monaſticæ diſciplinæ confugit: Factus Divi Benedicti Monachus, pietatem, & Eccleſiaſticam diſciplinam coluit, adeòque in operibus ſanctis profecit, ut primò Prior Eccleſiæ S. Victoris, mox Abbas S. Laurentii anno* 1155. *creatus ſit. Concionator inſignis fuit, & eccleſiaſticæ libertatis indefeſſus propugnator, quippè qui in illo teterrimo ſchiſmate contra Alexandrum III. à Pſeudo-Pontifice Octaviano, fautore Friderico primo Imperatore, excitato, partes Alexandri amplexus pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ libertate, ſe, contra ſchiſmaticum Fridericum, ejuſque fautores, quaſi ineſpugnabilem murum oppoſuit. Indefeſſo ſtudio, & labore, cùm publicè in ſuggeſtu prædicando, tùm ſuadendo devios Concives, finitimoſque populos ad unitatem reduxit Eccleſiæ: quamobrem, ab eodem Pontifice, exauthorato Graſſiodoro Mantuano Epiſcopo ſchiſmatici Octaviani aſſecla, defunctoque Vvidone, Mantuanus Epiſcopus renuntiatus eſt. Eam Eccleſiam annis aliquot adminiſtravit, quo tempore cum Vicentinum populum ad partes Alexandri fovendas adduxiſſet, decedente Vicentino Præſule ejus Urbis acclamatus Epiſcopus anno* 1176. *Cæterùm cùm inter Alexandrum, & Fridericum Imp. pax cojiſſet, & Graſſiodorus cenſuris exſolutus ad ſummum Mantuanum Sacerdotium rediiſſet anno* 1179 *Joannes Vicentinus remanſit Epiſcopus, quam Eccleſiam cum ſanctiſſimè rexiſſet, tandem pro libertate Eccleſiæ, ſuique jure Epiſcopatus tuendis, à quodam peſſimo ſuæ Eccleſiæ Vaſſallo, quem feudo malo juſtè orbaverat, in Campo juxta Cathedralem Eccleſiam gladio confoſſus, Martyr evolavit ad ſuperos ann.* 1183. *die* 16. *Martii, cùm prius in ipſo Martyrii agone non ſemel pro interfectoribus exoraſſet, ac ſigno crucis, in pacis ſignum illis benedixiſſet. Eo ipſo in loco, ubi prius Præſul paſſus eſt, Vicentini ad futuram rei memoriam columnam erexerunt, quæ adbuc extat;* Corpus

verò

verò ſummo mærore, ſummaque veneratione in Sacello Beatæ Virginis Cathedralis ſepelierunt, tumuloque marmoreo hæc addiderunt carmina.

Hic ſitus eſt verus Paſtor Cazinfronti Joannes
Schiſmate, qui quondam partem defendit honeſtam
Patris Alexandri Papæ cum ſanctior Abbas,
Cænobium Sancti Laurentii, ovante Cremona
Ingreditur Patriam, tanto mox Præſule fælix
Mantua lætatur, quo nunc Vincentia gaudet
Orphanus, & Vidua, atque miſer, ſpoliatus, egenus
Pontificis manibus alitur, veſtitur, amatur,
Eccleſiæ dùm jura ſua tutatur iniquo
Vaſſalli gladio Cymbri ſecure necatur.
Poſt obitum claris monſtrat miracula ſignis
Conſpicuum virtute Poli, mentiſque Beatum;
Aridus, & Cæcus, Surdus, febriſque, dolorque
Exultat, & abit ſoſpes qui venerat æger,
Hic eſt translatus Joannes Cazza Beatus.

Anno verò 1441. translato ejus ſacro Cadavere in Sacellum B. V. M. Aſſumptæ, & in arca marmorea repoſito, hac inſcriptione ornarunt.
Joannes Cazinfronti pietate, juſtitia, miroque Dei zelo plenus, Friderico Imperatori Apoſtolicam libertatem laceſcenti primum Cremonæ reſtitit: deindè hujus Urbis Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ, campo confoſſus gladio, martyrii triumpho, immortalitatis gloriam, æternaq; laborum præmia felici cruore mercatus eſt. Pia verò ejus oſſa huc devotè translata ſunt anno Domini MCCCCXLI. Kal Maii.

Gabriel Bucellinus in Menologio Benedictino, ſub die 16. Martii, Sanctum eundem appellat, pluraq; ſcribit, ac plures de eo ſcribentes allegat.

Joſeph Breſſianus ex profeſſo exaravit ejus vitam anno 1649. Mediolani excuſam, & cognomine de Surdis vocat.

In Conſtitutionibus Synodicis Mantuæ Ven. F. Franciſci Gonzagæ 1610. impreſſis, ubi Catalogum Epiſcoporum illius Eccleſiæ recolit, ſub anno 1177. ponit Johannem, qui Guidoni ſucceſſit, verùm nec cognomen, nec Patriam memorat, & Guidoni anteponit Garſidonium, non Graſſidorum, ut ibi *Ughellus*.

Ejuſdem Martyris mentionem facit *Gregor. IX. Decret. de pœnis tit.* 37. *cap. X.* ad Vicentinum ſcribens Epiſcopum.

Quare cognomine de Cacciafrontis fuerit appellatus, audiatur *Franciſcus Barbaranus de Mironis Capucinus* in initio vitæ ejuſdem B Johannis, quam ex italico latinam fecit P. Bolandus in Actis SS. menſe Martio *Tom* 2. *f.* 490. ex quo etiam tollitur alius obex.

B. Johanni Patria Cremonenſi Placentinam adſcripſit Jo: Petrus Creſcentinus (melius Creſcentius) *lib.* 15. *cap.* 5. *de Nobilitate Italica*, eo fortaſſe deceptus, quod alius ejuſdem nominis, & familiæ Epiſcopus etiam ipſe Vicentinus circa annum MCCCLXXXVI. Placentiæ

natus fuerit. Pater ei Evangeliſta de Surdis fuit ex familia nobiliſſima, unaq; carum, quæ anno ab Urbe condita DXXXI. huc in Colonia miſſæ ſunt Conſulibus M. Claudio Marcello, & C. Cornelio Scipione Calvo Matri ex illuſtri familia Perſicorum Bertæ, ſivè Albertæ nomen fuit, quæ poſt Johannis nativitatem ad ſecundas tranſiens nuptias conjuncta eſt Adamo Cacciafrontio, & ipſi ejuſdem Civitatis Nobili Indigenæ. Unde factum, ut cognomine Vitrici potiùs, quàm Patris cæperit infantulus privignus appellari &c.

In Conſilio X. *Fulgoſii* Joannes de Surdis Cremonenſis Ep. Vicentinus diſertis verbis nominatur.

MCLXIX.

Sigiſmundus Ponzonus doctiſſimus Juriſprudens, publicè leges Pariſiis interpretatus eſt tempore Ludovici VII Galliarum Regis. Permulta ſcripſit in jure elato calamo: Fatis ceſſit in Patria, ac tumulatus in Templo Divi Martini, ſequens reportavit Epitaphium.

Hìc jacet Sigiſmundus Ponzonus J. C. Lector Pariſinus Prudens, & Juſtus, ac admirandus. Obiit XI. Kal. Novembris MCLXIX.

Joſeph Breſſianus in Coll. J. C.

Franciſcus Breſſianus in Opuſculo Via Lactea Familiæ Ponzonæ Nob. inſcripto.

MCLXX.

Offredus de Offredis ſumma pietate, & virtute præditus, ab Alexandro III. Pont. Max. ad Patriæ munus Epiſcopale evehitur. Interfuit Concilio Lateranenſi Romę. Eccleſiam rexit annos quindecim. Obiit anno 1185. confirmavit, & edidit Statuta Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ Cremonenſis. Memoratur *ab Ughello in Ital. Sacr. Tom.* 5.

Blaſius Rubeus in dyptica Epiſcop. ſcribit, eundem poſt Ubertum, ſed non modicè hallucinatur, nam fuit ſucceſſor S. Emanuelis Monachi Ciſtercienſis, ab eodem omiſſi, verùm relati ab Ughello, de quo etiam extat ſermo in Menologio Ciſtercienſe Chryſoſtomi Henriquez ſub die 27. Februarii, ut ſequitur.

Hujus S Emanuelis mentionem facit Guido Claravallenſis in Hiſtoria Virorum Illuſtrium Ordinis Ciſtercienſis, quem etiam Joannes Abbas Catalogo Sanctorum inſerit, & in Miſſali Ordinis circà finem inter cæteros Beatos numeratur. Vide Montalbanum lib. 2. cap. 1. Angelum Manrique Laur. Evang. lib. 3. diſc. 7. Miræum Orig. Monaſt. lib. 5. cap. 15.

Philippum Seguinum in Tractatu de Epiſcopis Ord. Ciſter. Sanctitate, & Miraculis claris.

Iis frequenter claruiſſe citatus Seguinus in hunc modum teſtatur: Emanuel, ex Monacho S. Bernardi Friſiæ, Cremonenſis Epiſcopus, Vir doctus, & Deo dilectus, qui tantæ fuit Sanctitatis, ut infinitis effulſerit miraculis

ita

ita uti Duces, & Nobiles (à quibus originem duxit) *eum invitum ad hujuſcemodi Epiſcopale faſtigium obtruſerint. Quo in munere ad bonos conciliandos humanitatem, & ad malos coercendos ſeveritatem adhibens, illis charus, his formidabilis fuit.*

Jangellinus verò in noticia Abbatiarum Ciſtercienſium in Regno Italiæ, ubi de Urbe Cremæ dicit hunc Sanctum Epiſcopum Alumnum Monaſterii S. Bernardi Cremæ, non verùm Friſiæ, at nemo ex iſtis Authoribus indicat tempus, quo vixit.

MCLXXIV.

ANonymus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonicus, temporibus Offredi Epiſcopi deſcripſit.

Miracula S. Himerii Epiſ. Amerini Cremonenſis Compatroni, Cremonam à Luitprando Epiſcopo ex Oppido Sabinorum Flaviano tranſlati, quo anno ad ejus Aram maximus populi concurſus fuit ob plurima prodigia, quæ Deus edidit.

Abbas Ughellus in Ital. Sac. Tom. 4. ubi de Luitprando Epiſ. Crem. ex quo alterum incertum Authorem videtur innuere, qui eodem tempore ſcripſit Opuſculum inſcriptum, Tranſlatio S. Himerii Epiſcopi Amerini in Cremonenſi Eccleſia; Verùm hi duo Anonymi unus, & idem Author dicendi ſunt, quanquam Ughellus eos geminet. Conſcripta pariter extat Vita S. Himerii ab Antonio Maria Gratiano Epiſcopo Amerino, qui floruit in illa Eccleſia anno 1592.

A Paulo Regio in Vitis SS. Neapolitani Regni.

A Jacobillo Tom. pr. de Sanctis Umbriæ.

A Joſepho de Breſcianis & edita Cremonæ anno 1641.

Gabriel Bucellinus in Menologio Benedictino Auguſtæ Vindelicorum 1656. ſub die 18. Junii de eodem ſcribit. *Cremonæ S. Himerii Epiſ. & Confeſſoris, de quo nos uberiùs die* 19. *Octobris, quo tanquam Tutelaris Urbis à Cremonenſibus colitur.* Verùm ſub dicta die 19. nihil penitùs ſcribit.

MCLXXIV.

AMbroſius Abbas, cujus cognomen haud quaquam memoriæ proditum, haud inutilem poſteritati vitam traduxit. Latinè ſiquidem ſcripſit.

De Vita S. Himerii Epiſcopi Amerini lib. 1.

Extat M. S. in veteri Codice, quem Conſtantinus Cajetanus Abbas communicavit Ughello, qui hoc operis initium citat in Luitprando Crem. Epiſ. Sancti Corporis inuentore. Cum autem ſe Cremon. quond. Canonicum his innuat Ambroſius, ſuſpicor hunc eundem eſſe cum Anonymo Cremonenſis Eccleſiæ Canonico, quem Ughellus loco citato refert, (tanquam tamen ab Ambro-

ſio

ſio diverſum) Offredi Epiſcopi, temporibus, nimirum circa reparatæ ſalutis annum 1174. ut ſupra diximus.

MCLXXVII.

THeotaldus de Vernatiis Utriuſque Juris peritiſſimus, judicio eruditorum magnoperè excelluit, & inter Canonicos Sanctæ Majoris Eccleſiæ Cremonenſis moribus, & religione effloruit.

Opera, quæ ſcripſit, deſiderantur.

Quanta verò ſui temporis eſſet in exiſtimatione, ſcatet ex ſententia Arbitraria ab eodem inita inter Epiſcopum Offredum, & Abbatem S. Laurentii, cujus exemplar pro eruditis ſubdatur.

De lite, & controverſia, quæ vertebatur inter D. Offredum Cremonenſem Epiſcopum nomine Epiſcopii ſui, & D. Burgondinum Abbatem Monaſterii S. Laurentii ejus Civitatis nomine ejus Monaſterii. Idem D. Epiſcopus, & Abbas compromiſerunt in D. Theutaldum de Vernatiis Canonicum S. Majoris Eccleſiæ Cremonenſis, cujus arbitrio ſtare promiſerunt, ſcilicet de Eccleſia S. Blaſii ſit. in Burgo ejuſdem Civitatis; Qui Magiſter Teutaldus inter eos amicabiliter, & de concordia fecit, & ſtatuit, & judicavit, quòd Abbas S. Laurentii per tempora inveniat Sacerdotem, ſeù Sacerdotes, & Clericum, ſeù Clericos, qui non ſint Monachi, qui debeant ſtare, & permanere in ipſa Eccleſia S. Blaſii, & præſentare eos D. Epiſcopo Cremonæ, antequam vadant ad dictam Eccleſiam, & Epiſcopus in hoc præſtet aſſenſum, & approbet, niſi rationaliter eos recuſare poſſit ſine fraude, & committat D. Epiſcopus ipſi Sacerdoti, ſeù Sacerdotibus populum ipſius Viciniæ, & Sacerdos, vel Sacerdotes, Clericus, vel Clerici reſpondeant D. Epiſcopo, & obediant in Spiritualibus, ſicut in decimis, quas collegerint de populo ipſius Eccleſiæ Viciniæ, & interdictis, & ſi fuerint vocati, veniant ad Capitula, & ſi Epiſcopus non fuerit Majori Eccleſiæ in prædictis, & Sacerdotes, qui per tempora in ipſa Eccleſia fuerint, debeant venire ad Majorem Eccleſiam ad Miſſas Majores, & in die Jovis Sancto, & in Sabbato Sancto, & in Paſchate, & Nativitatis D. N. J. C., & in die Aſſumptionis S. Mariæ Virginis, & in Feſto S. Himerii, & in ejus Vigilia, & ad Veſperas, & in cæteris Solemnitatitibus, in quibus conſueverunt Capellani, & Parochi venire, & annualiter perſolvant D. Epiſcopo Cremonæ, nomine cenſus, libras tres ceræ tertia die ante Purificationem S. Mariæ, & ſi collectam fecerit Epiſcopus in Capellis Civitatis, & in Burgo Cremonæ, & quòd iturus ſit ad Apoſtolicam, vel denuò ſe reciperet ubicunque debeat medietatem ſolvere dictus Sacerdos, aliam dictus Abbas, & hoc factum conſentientibus Canonicis Eccleſiæ Majoris. Actum in Palatio Civitatis Cremonæ hoc anno MCLXXVII. die Jovis pridie Kal. Aprilis feliciter &c. præſentibus Ottobaldo Ripario, Joanne de Renza, Leonardo Divitiolo, Lanfranco Seſcalcho Epiſcopi, Vicecomite de Maleo, & Ognibene de Plac.a &c.

Guazus

MCLXXXII.

GUazus de Guazonibus Albrigonis Filius, & Gerardus de Dovaria ex Patriæ ſummatibus virtute, & auctoritate pollentes, hoc anno Prætoris Officium abſolverunt Reipub. acceptiſſimi.

Eodem anno 1182. Cremonenſes Cremam juſtis ex cauſis concremarunt, quæ ſubinde à Friderico Imp. recondita fuit

Jacobus Gadius in Hiſt. M. S.

Campus in Hiſt. lib. 2., qui narrat Dovariam occiſum ab Imper. Friderici Pincerna.

Anno ſequenti idem Guazus fuit Patriæ Conſul electus unà cum Alberto Fodrio Pagano Medulato, & Othone Armarico.

MCLXXXV.

SIccardus Caſellanus, ſeù Caſalenſis, ſeù etiam, liceat dicere, de Caſalana in Patria Epiſcopus, prædefuncto Offredo, à Sum. Pont. Lucio III. anno 1185. & in tota Inſubria Apoſtolicus Legatus conſtituitur; anno verò 1187. Concilio Veronenſi interfuit, Sacrarum Literarum, Hiſtoriarumq; doctiſſimus, Religionis, ac pietatis augendæ ſtudio incredibili excelluit. Ex ejuſdem operibus memorantur.

Acta, & obitus S. Homoboni Cremonenſis, qui tempore ejus Præſulatus ad Superos evolavit.

Chronicorum libri diverſi, quorũ M.S. modò extant in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, ut patet ex catalogo librorum ineditorum ejuſdem Bibliothecæ typis excuſo, quem ea, qua ſolet humanitate Lud. Ant. Muratorius Amicus meus eruditiſſimus indigitavit, & ibi pag. 17. legitur.

Siccardi, ſeù potius Sighardi Epiſcopi Cremonenſis Chronicon incipiens à Creatione Mundi, pertingit uſq; ad A. C. 1221.

Idem innuit *Lambecius Coment. de Bibl. Cæſ. l.* 2. *cap.* 8. *pag.* 871. & dicit proſtare inter M.S. Theologicos Latinos nu. 127.

Scripſit item *Tractatum de Humilitate*, ut habetur *ex Fanuſio Campano de Illuſtr. Italiæ Familiis lib.* 5., & ex Bibliotheca Mundi Henrici Barcellii de Agrigento: ulteriùs

Hiſtoriam Roman. Pontif. ſeù Paparum.

Mitrale, vel Summa de Officiis, ut volunt alii, à quo Durandum plura exſcripſiſſe, & in ſuo laudatiſs. volumine inſcripto, Rationale divinorum Officiorum, redegiſſe teſtatur *Antonius Campus Hiſt.* ubi de eodem ſub anno 1215. Hujuſce libri exemplar M. S. ſervatur adhuc in Bibliotheca Vaticana. Simile opus aggreſſus fuit Johannes Beletus Theologus Pariſienſis, Venetiis cuſum cum Durando 1568., ſed ante omnes Piiſſimus Rom. Imperator Carolus Magnus, ut qui ſacrorum rituum amator, quamplures Epiſcopos ad explananda

ſacra-

ſacrarum veſtium myſteria adhortus eſt, cui pre cæteris Flavius Alcuinus, aliis Albinus annuens, de divinis officiis volumina pertractantia compegit.

Ad Innocentium III. Pont. Max. ut in Sanctorum numerum cooptetur glorioſiſſimus Homobonus, conſenſu omnium Concivium ablegatur. Obtento ad votum reſcripto ex Bulla in publico Patriæ Archivio ſervata, ſub die poſtrema Decembris 1198. Eccleſiam Cremonenſem eximia vigilantia, & probitate rexit annos triginta: Deſiit in humanis eſſe anno 1215. die 26. Januarii, de eodem *Blaſius Rubeus in dyptica Epiſcop. Cremonæ.*

M Hieronymus Vida in Orationibus adverſus Papienſes Act. 2. *Cavitell. Annal. ſub anno* 1191. eundem appellat de Caſalenghis, & alibi anno 1196. de Caſalenſibus.

Idem Antonius Campus initio Hiſtoriæ de origine Cremonæ refert.

(Siccardo Caſalenſe Veſcovo di eſſa Città, e Beatio Aleſſan-
(drino Autori graviſſimi, e degni di fede, vogliono, che nel
(tempo, che Delbora era Giudice del Popolo Hebreo, il che
(fù ſecondo alcuni 1329. anni inanzi la naſcita di Criſto ella
(foſſe edificata da Brimonio Trojano, e dal ſuo nome detta
(Brimonia, ma poſcia mutate alcune lettere, nominata Cre-
(mona.

Ita & *F. Jacobus Philippus Bergomenſis in ſupplemento Chronicor.*, qui pluries commendat Hiſtoriam Siccardi.

Abbas Ferd. Ughellus in Ital. Sacra Tom. 4. *& Tom.* 7. *col.* 126. latè de Siccardo agit.

Galvanus Flamma in manip. Flor. M. S. teſtatur, quamplura à libro Hiſt. Siccardi hauſiſſe, & ad annum 1184. ſcribit de Siccardo: Federicus Imperator cum Carrocero (aliis Carroccio) Mediolanenſi Cremonam invaſit, Sonzinum igne, ferroque vaſtavit, Caſtrum Manfredum funditùs evertit, & finaliter ad preces Siccardi Epiſ. Cremonenſis ipſos Cremonenſes in ſuam gratiam recepit. &c.

Geſnerus in Bibliotheca Inſtit.

Voſſius de Hiſt. lat. lib. 2. *cap.* 53.

Raphael Volaterranus, ubi de Cremona *in Geographia lib.* 4. *& in Anthropologia lib.* 22. *in principio de Script. Rom. Pontif.*

Rodulphus de Columna in libro de translatione Imperii, ſed eum vocando Riccardum, ut notat *Verderius* in ſupplemento Bibliothecæ Geſnerianæ.

Odoardus Gandacius de Gubern. antiqu. Januenſi pag. 23. noſtrum Auctorem Siccandrum appellat.

Lud. Jacob. à S. Carolo in Biblioth. Pontifi.

Thomas Garzonius in Platea univerſali diſ. 38.

Hofmannus in Lexico.

Jacobus de Voragine in Hiſt. SS. ubi de exalt. S. Crucis innuit officium Mitrale.

Antonius

Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro Tom. 3. inquit: Siccardus Cremonen. Epiſcopus, ad quem Scolia reliquit Laurentius Lauretus Carmelita, ſcripſit Summam de Officiis lib. 8. ut ſcribit Johannes Lebandus.

In Arca, ubi honorificentiſſimè poſuit Sacra S. Himerii apud Brutios nati oſſa, leguntur hæc carmina, ut arguo ab eodem compoſita.

Quatuor exemptis annis de mille ducentis
Fabricat hanc Arcam Præſul Siccardus, & Aram
Qui triduo tandem perfecto ſacrat eandem
Anno dotatus undeno Pontificatus.

Siccardus etiam extruxit Cænobium Sacrarum Virginum S. Mariæ Vallis Viridis, olim S. Laurentii Joviſaltæ. Eundem Auctorem habuerunt Eccleſia S. Mariæ Bonemertii, & Monaſterium S. Abrahæ Coſtæ. Locus eſt juxta Murbaſcum. Porrò coivit in unum cum eo S. Thomæ de Lerno. Majorem Eccleſiam conſecravit, ut ex inſcriptione in Monum. Buſchetti.

D. O. M.

D. Siccardus Cremonæ Ep. ad preces Sereniſs. Conſtantiæ Templum hoc ad honorem B. V. M. in Cælum Aſſumptæ cum ſolemni ritu conſecravit. Præſentibus DD. Theobaldo Ep. Placentiæ, & Sigifredo Ep. Mantuano, ad præſentiam etiam Sereniſs. Henrici Regis Italiæ, & Conſtantiæ ejus Uxoris, ac multis perſonis, Anno ab Incarn. Domini MCLXXXX. die verò XI. menſ. Maii, Indict. V. Clemente III. & Federico I. Imp.

Huic Epiſcopo reſcripſit Innocentius III. Pont. Max. quòd omiſſio Baptiſmi non nocet credenti probabiliter eſſe baptizatum, ut *in decretal. Gregor. lib.* 3. *tit.* 43. *cap.* 2. verùm non eſt hìc locus iis immorandi.

MCLXXXVI.

AZo Portius, ſeù de Porcis (alii de Porchis vocant) natus in Oppido Caſalis Majoris, Colonia ditiſſima Cremonenſium, ab antiquis Hiſtoricis vocato, maximus Legum Doctor, & eximius J. U. Monarcha, ſuique temporis Juriſconſultorum, nec non omnium poſteriorum vera, & ardens lucerna, vas electionis, Fons Legum, & Tuba veritatis nuncupatus. Adoleſcens Bononiam ſe contulit, ubi liberalem præſeferens indolem, ab Johanne Boſiano pariter Cremonenſe Jus Civile, tunc ibi magna cum gloria profitente in familiaritatem receptus eſt; Quin & ejus etiam factus Auditor admodum ſub ipſius diſciplina profecit; Bononienſis proindè Gymnaſii primarius legum Interpres renunciatus anno circiter 1186. antequam factam Azonis mentionem, non eſt reperire, tàm fervidè munus obivit, ut maxima quæq; Theatra vix caperent ejus Auditores, quorum, vel dena millia nonnunquam enu-

merata perhibent Baldus, & Odofredus. Ad tanti quippè Doctoris famam ex omni Europa confluebant diſcipuli, ex quibus quoque libris editis notiſſimi ſunt Accurſius Florentinus, & Sinibaldus Fliſcus Ligur ille, qui ob doctrinæ præſtantiam ad Petri Solium aſſumptus, Innocentius Papa IV. adoratus eſt, Jacobus Balduini, Alexander de S. Egidio, & Vivianus Tuſcus Bononienſes, Odofredus, qui & Roffredus, Denarius Beneventanus, Gabriel Oſſelletus Mutinenſis, Jacobus Ardizonus Veronenſis, Joannes de Deo Hiſpanus, Johannes de Blanaſco Burgundus, Bernardus Dorna Narbonenſis, & Albertus Galeotus Parmenſis, ac alii, quorum opera typos fatigarunt, omneſque Azonis diſcipulos teſtatur Alidoſius in Indice Doctorum, qui Bononiæ profeſsi ſunt. Sed propè exitialem tanta celebritas concitavit invidiam; etenim, vel fide majores in ipſum calumnias comminiſci auſi ſunt ejus æmuli, quibus propterea cedendum aliquandiù ratus, in Galliam Narbonenſem ſe contulit, ubi Montiſpeſſulani factus Lycæi Profeſſor, Bononienſem ferè exhauſit Scholaribus Academiam ad antiquum Magiſtrum, vel illuc concurrentibus: Quamobrem ipſum vel pejori conditione revocare præſtitit, ut videbimus infrà. Superata itaq; invidia, Bononiam reverſus, reliquum vitæ ſpatium glorioſius in novam traduxit ætatem. Variis quoque Reip negotiis adhibitus eſt. Legitur enim anno 1221. menſe Majo cum Uberto de Romana J. C. & aliis Mutinam legatis miſſus certiorem facturus Pontificis Nuntium, ne Bononiam concederet adhoc, ut animi Civium Othoni IV. Imp. faventium, ſeviori tumultu non concitarentur. Ære inſuper perenniora poſteris tranſmiſit monumenta; notiſsima enim eſt equè, ac perneceſſaria omnibus jura profitentibus, & ſingillatim ex ſuorum ſtatutorum diſpoſitione illis, qui nobiliſſima Juriſperitorum Collegia tùm Mediolani, tùm Veronæ, tum aliarum Urbium ingredi cupientibus.

Summa ſuper quatuor libros Inſtitutionum ad omnes Titulos Codicis ſæpiſſimè recuſa etiam cum diverſorum Juriſconſultorum additionibus nuncupata Locuples Civilis Juris Theſaurus, cui acceſſere eiuſdem Quæſtiones Broccardicæ, ſeu Sabbatinæ appellatę.

Commentaria, & magnus Apparatus ad ſingulas leges Librorum Codicis Juſtinianæi

Quæ primus in lucem afferuit Antonius Contius in Academia Biturigum Juris Profeſſor eximius. Ipſe namque deperditum in ſtabulo Azonis Codicem M.S. in Urbe Aurelianenſium fortuitò nactus anno 1556. poſtliminii jure uti dedit. Siquidem ex ejus Bibliotheca ſubinde editus eſt Pariſiis 1577. & 1581. apud Sebaſtianum Nivellium, & Lugduni apud Franciſcum Fabrum 1595. & ibidem apud Jac. Stoer. 1596. utrobique unà cum Antonii Fontanoni Aruerni in Supremo Pariſienſi Senatu Aduocati copioſiſſimis Summariis in ſingulos Titulos, atque in leges ejudem commentariis.

Alia itidem opera, (ſed ad jam enarrata referuntur) recenſet Com.

Auguſt.

Auguſt. Fontana in ſuo eruditiſs. Amphitheatro Legali p. p. verùm circa nomen Dominici, quo Azonem baptizat, eidem non adſtipulor: cum Alidoſius, & Bumaldus, ſeu melius Montalbanus in Bib. Bononienſi ſcribant Azonem nomine, & Portium cognomine appellatum fuiſſe, memoratos quippè Scriptores, & alios meherclè aberraſſe credo, cum eundem Azonem Patria tantùm Bononienſem obfirment. Fuiſſe, inquam, Azonem Publicum Bononiæ Lectorem, fuiſſe Civem Bononienſem ex privilegiis effectum, id concedendum facillimè arbitror, & favet mihi ipſe Alidoſius lib. allegato in fine Epiſtolæ ad Lectorem, ut de Bulgaro; *In ultimo ſappiaſi, che hò meſſo frà li Bologneſi alcuni Dottori famoſi Foreſtieri condotti à leggere quà, perche furono poi fatti Cittadini, e le famiglie loro ſi ſono fondate in queſta Città*. Ex hac enim familia Portia poſt Azonem al i, ut dicemus, afferuntur; ita & exemplo Alidoſii egit Montalbanus inter Bononienſes adnumerando Joannem Boſſianum, quem omnes ſentiunt Cremonenſem, Jacobum de Areām, licèt Parmenſem, Alexandrum Tartagnum, etſi Imolenſem, & alios: Ver ntamen quamvis nihil graculo cum fidibus veritati tamen ſit locus, ipſemet Azo in Summario, inter alia ſic affatur. *Nunc autem ego Azo Reſidens Bononiæ in Juriſperitorū ordine*. Ex quibus ſcatet verba illa *nunc*, & *Reſidens* inferre aliquid aliud ſanè à verbo Civis, quod ſubdidiſſet, ſi verè Civis Bononienſis origine fuiſſet, cum exinde ſi nominat ſe Civem Bononienſem in Proæmio ad ſummam Inſtitutionum, ſubdendum eſt id fuiſſe, poſtquam declaratus fuerat Civis ex privilegio ob merita, vel ob diuturnam habitationem, dum Summam iſtam poſt Summas Codicis, ac Digeſtorum compoſuit. Sed ubinam evidentiùs id poterit oſtendi, quàm ex propria oris confeſſione eiuſdem Azonis, origine Bononienſem non extitiſſe. Scribit namque in Proæmio Summæ Trium Poſteriorum Librorum Codicis ibi poſt nonnulla: *Ad hæc loco tertio apud Montem* Peſſulanum *mihi venit in animum Tyronibus Legum introductiones ad libros Juris majores componere, Inſtitutionum ſummam conficere, illaſque, Deo propitio, ſubtili, & moderato compendio compilavi. His autem peractis, longe poſtea in Patriam reverſus ſum, indeque poſt aliquot dies, ante duos videlicet Menſes ab illis Bononienſibus, qui de Caſtello vocantur, accitus Bononiam veni, ibique in Caſtello &c.* ex quibus, & aliis, quæ ſequuntur arguere debet Lector in aere me non piſcari, nec eſſe inſiſtendum huic Epitaphio, relato ab eodem Alidoſio, & à Franciſco Suuertio in libro, cui tit. Selectæ Chriſtiani Orbis delitiæ in Inſcript. Bonon. in facie Turris S. Geruaſi, quod tamen, ut ſequitur, eſt reptandum.

Trinitati
Azoni Juriſconſultorum
Numini
Anno Gratiæ MCC... Herc tumulato
In Sepulchro Vetuſtate collapſo

Ac inter rudera vix agnito
Jo: Franc. Aldrovandus
Dictator,
& Conſules Bonon:
P. Impenſa
Concivi ſuo B. M. memoriam
Poſuerunt
Anno Salutis MCCCCXCVI.
V. Idus Octobr.

Verbum igitur illud *Concivi* niſi affectatum fuit ibi poſitum ad inducendum Azonem, ut jam diximus, Concivem effectum ex privilegio, namque ſi Azo erat Bononienſis, ut Bononiæ credebatur, haud erat pernecesſe eum indicare Bononienſem Concivem, neque verò grave mihi eſt legere titulum eius Summæ ſic inſcriptum: *Summa Azonis Bononienſis*, cum Summas viderim ſine illo addito *Bononienſis* excuſas, ut penès me illa eſt, quæ Venetiis edita anno 1610. apud Societatem Minimam.

Fuiſſe verò ex Oppido Caſalis Majoris, confirmant Jo: Jacobus Crottus in oratione habita in laudem Franciſci Sfondrati die, qua Collegium J. C. Cremonæ fuit aſſecutus, Papiæ cuſa apud Jacob. de Burgo franco 1522. dicens. *Omitto Azonem Porcum Juſtiniani Codicis Compilatorem à Caſali Majori noſtri Agri Oppido producto, licèt quidam livore, invidentiaque tacti falsò Bononienſem autument.*

Lud Cavitellus in Annal. ad ann. 1247.

In Syllabo J. J. C. C. ex ampliſſimo Collegio Cremonæ addicto ſtatutis eiuſdem Coll. anno 1619. typis dato, nec non in alio Syllabo M. S. fide digno apud me, tertio loco legitur. *D. Azo Porcius Breſſianus in Coll.* J. C. *Patriæ.*

Hector Lauda in M. S. penès me rerum notabilium Caſalis majoris, pro Patria acerrimè pugnat.

Joſeph Maltraverſius in Opuſculo inſcripto, *Alcune coſe più notabili di Caſalmaggiore. Parmæ apud Viottum*, aſſerit eundem ibi natum, ſed cum Bononiæ Interpres legum degeret, fuiſſe illa Civitate donatum.

Suſpectos eſſe noſtrates Scriptores, & minus apertam nobis notitiam efficere, mihi poſſet opponi, ſed facillimè eſt retorquendum argumentum; attamen ſi exteri Authores Azonem Bononienſem confirmant, à Bononienſibus hanc eruditionem emanaſſe inficias, ire non poſſumus.

Reſtat denique confutanda fabula illa nonnullorum, qui nullo freti hiſtoriarum fundamento ſomniati ſunt, atque commenti eum fuiſſe capite mulctatum, quaſi Bulgarum Antiſophiſtam cultro appetiviſſet, inter quos dinumerandus eſt *Alciatus* alioqui doctiſſimus *in parerg. Juris lib.* 9. *cap.* 25. ubi etiam legitur, quantum hic Auctor ſæviat in Azonis nomen, eum vocando legum contemptorem, & Palladis proſtitutorem: Nam liquet, ut vidimus in Bulgaro

garo (referente Sigonio) ipſum Bulgarum obiiſſe anno 1161. & Azonem, juxtà communiorem Bononienſium Hiſtoricorum opinionem, anno 1227. valde Senem deceſſiſſe in feriis Autumnalibus, quo tempore quotannis ægrotare ſolebat.

M. Mantuam de Vir. Illuſtr. in jure, lapſum fuiſſe & ipſum dicendum eſt, ubi de Azone, quod præter Doctoratus gradum erat etiam Canonicus, quod de altero tantùm Azone legere eſt, quem à noſtro non diſtinxit Mantua; Noſtrum enim aliquot annos anteceſſit alter Azo, ſed is Bononiæ natus Bualella Domo, & ipſe non incelebris J. C. qui Cathedralis Eccleſiæ Canonicus erat anno 1173. & varias compoſuit quæſtiones, ut teſtati ſunt Joannes Andreas, & Alidoſius. Noſter autem Azo nullis initiatus Sacris, Uxorem, & liberos habuit, Joannem ſcilicet, ex quo natus Dominicus J. C. & Lector Publicus Artis Notariorum à Gherardaccio memoratus *lib. 3. Hiſt. Bonon. ad annum* 1326., & filiam, qua & Generum ſibi fecit memoratum Accurſium.

MCLXXXIX.

LOtharius inter Juriſperitos ætatis ſuæ clariſſimus. Ingenio fuit magno, ac fortis, & vehemens in legibus interpretandis Magiſter. Bononiam iccircò publicè conductus, ſuam præcipuè eruditionem probavit, non abſque ſummo audientium ſtupore. Quippè enituit inter primos Civilis Juris Gloſſatores, quanquam non multum in legibus ſcripſiſſe feratur. Ego potiùs ejus opera crederem maxima temporis intercapedine deperdita fuiſſe.

Multa de eodem peracuto calamo ſcribit *Pancirolus de Clar. leg. Interpret. pag.* 143. & præſertim fuiſſe natura mulieroſum, armiſque deditum, & plus enſe, quàm jure valuiſſe, matronaſque intemperantiùs ſectatum, & alia, quæ per invidiam prolata, dubito ab æmulis Coævis contrà ipſum egrè ferentibus Henrici Cæſaris animum erga Lotharium fuiſſe vehementiſſimè propenſum. Hunc Lotharium alium à Lothario Roſano, de quo infrà ad annum 1205. extitiſſe arbitror.

De hoc memoria habetur apud Carolum Sigonium *in Hiſt. Bononienſi lib. 3. ad ann.* 1189. *& in Indice Hiſt. de Regno Italiæ*.

Bartolus in l. ſancimus Cod. de Jud. affirmat fuiſſe Azonis Synchronum, cujus rei ſit fides apud eum.

Joannes Baptiſta Caccialupus de mod. ſtud. in utroque Jure docum. 5.

Joannes Paſqualis Alidoſius in lib. J. C. *Bonon.* (ubi de Azone) vocat Lotharium patria Piſanum, ipſum confundens cum Lothario Archiep. Piſano.

Antonius Campus Hiſt. lib. 2.

Cavitell. in Annal. ad annum 1195. *& alii Juriſconſulti quamplures.*

Clear-

MCLXXXXIV.

CLearchus de Cavalcabobus Juriſprudentia, & Aſtronomia perſpicuus, Lutetias Pariſiorum perductus, ibi publicè, & diligentiſſimè docuit, tùm autem Philippo II. Francorum Regi, cui cariſſimus fuit, dicauit, ut fertur, quæ compoſuit.

Opera Aſtronomica.

Ad ejus Tumulum legebatur, ut in Epitaphiis antiquis Buſchetti.

Oſſa Magiſtri Clearci Cavalcabovii J.C. Nob Cremon. publicè, & privatim Aſtronomicæ Scientiæ Profeſſoris, hìc jacent, obiit anno MCVIC. Idibus Junii.

Iſte Clearcus fuit ex majoribus Ugolini illius Cavalcabovii, viri inter Longobardiæ proceres illuſtriſſimi, & Cremonæ imperitantis, ut ſuo loco, quò Lectorem remittimus.

Anno antecedente gloriosè obiit Cremonæ, ubi diuturnã traxit morã Albertus de Villa Aonii Bergomenſis tertii ordinis Divi Dominici, die ſeptima Maji, vitæ Sanctitate celebratus, cujus acta ſcripſit *Joſeph Breſſianus Cremonæ excuſa* 1637. per *Paulum Pueronum.*

De eodem *Antonius Campus in Hiſt. lib.* 2. *ad annum* 1195. *verùm Cavitellus, & Gadius* obitum Alberti recenſent ad annum 1279. mendosè ſiquidem, nam illo anno fuit in album Sanctorum jure merito relatus.

MCLXXXXVI.

VAlerius Abbas (cujus cognomen evanuit) ſuorum temporum fuit Scriptor non obſcurus. Comendatur illius ingenium quàm maximè in Hiſtoriis abſolvendis; edidit volumen

De Familiis Nobilibus Longobardis Cremonæ commorantibus.

Operis hujuſce ſupplementum confeciſſe Raphaelem Fabagroſſam, inſinuat *Joſeph Breſſianus in Virtu. Ravivat.*

MCLXXXXI.

JOſeph Taverius ex Divi Benedicti Familia Theologus, Philoſophus, & Orator omnium ſuæ ætatis facundiſſimus, ab Celeſtino III. Sacrorum Rege dignus exiſtimatur, cujus cucullus infula ſacra permutetur, quum ab eodem deligitur dignitatis gratia in Archiepiſcopum Tarſi Ciliciæ Urbis præclariſſimæ, & totius Regionis Metropolis. Romæ quidem obiit ad paucos annos.

Breſſianus in Roſ. & Viol.

Inter Divi Benedicti Monachos nunc me ſcribente, hoc Septembris Menſe 1694. Romę vivit Verbi Dei Pręco doctiſſimus D. Johannes Baptiſta Gentilis Nob. Januenſis, ad Epiſcopatum Adiacienſem in Corſica promotus, mihi præclara neceſſitudine conjunctus, qua nihil unquam cordi meo fuit optatius.

Cre-

MCLXXXXVIII.

CRemoſanus, ſivè Cremoſianus, vel Cremoſinus Oldoynus, qui anteà fuerat ex Coſſ. Populi Cremonenſis, adeo Patriæ acceptus, atque Civibus gratus fuit ob ſingularem doctrinam, & Reipublicæ adminiſtrationem, ut fuerit hoc anno, & ſequenti à Coſſ. Odone de Comite, Iſatio, & Maltraverſo Dovariis, Henrico de Surdis, & Johanne Conrado Prætor declaratus.

Campus
Cavitellus, &
Gadius in Hiſt.

Anno anteriore ad ſuperos evectus eſt Homobonus ex ſtirpe Tucenga Cremonenſi, Vir glorioſiſſimus die 13. Novembris, qua die ſingulo anno Romana Eccleſia eius obitus memoriam recolit, de quo melius alibi fusè loquemur.

MCLXXXXVIII.

THomas Almerigus rerum hiſtoricarum ingenioſus indagator edidiſſe creditur

Eventus Italiæ ſui temporis
Acta Friderici Primi Imperatoris.

Breſſian. in Viol. & Roſ. Non poſſum hìc me continere, dum ſermo contingit de hoc Almerigo, quin ex cognominis ſimilitudine memoriam agam de Romano Merigo Abbate Camaldul. Amico meo humaniſſimo, doctrina, ingenio, ac manſuetioribus muſis præſtantiſſimo, tùm ſæculi hujus, tùm ſui ordinis lumine, ac ornamento.

MCLXXXXIX.

ÆGidiolus Alemanus Juriſprudentiæ gloria præclarus, laboris, atque operis patientiſſimus, ſcripſiſſe habemus

Opera legalia

nam eiuſdem meminit *Breſſian. in opuſculo J. C. de Coll.* ac *Syllabus M. S. in Porta natali.*

Alter Ægidiolus Alemanus adfertur *à Campo in Hiſt. lib.* 2. unus ex Ghibellinis interfectis à Jacobo Cavalcabovio anno 1312. die 16. Maji.

MCC.

UBertus Foſſa Benedictini Ordinis Alumnus, vir ſimplex moribus, at multiplici eruditione refertus, Innocentii III. Domni Apoſtolici conſenſu, cum Romæ verſaretur, Epiſcopali Tripolitanæ Sedis dignitate decoratur. Senex in patrium divi Laurentii Archiſterium tranſmigravit. Immortuus inſcriptione hac ex Buſchetto deſumpta poſteris comendatus eſt.

(Uber-

(Ubertus Foſſa Cremonenſis Monachus
(S. Benedicti Epiſcopus Tripolitanus
(Hìc ſepultus fuit hoc anno MCCXXV.

Annis 1409. inter Aulæ Romanæ Præſules reniduit, ſub Alexandro V. Referendarius Apoſtolicus Auguſtinus Foſſa, quem hìc adnotavi, quoniam de Gente Foſſa mihi ſermo incidit.

MCCV.

JOſeph Maſtalia vir omni ſcientiarum genere ornatus, Romæ ejus vitæ ſpatiis verſatus, apud Innocentium Romanæ Eccleſiæ Summum Sacerdotem præclaris muniis refertus, & præcipuè intimi Cubicularii, & à Secretis dignitate inſignitus, ni inopportuna morte correptus eſſet, fama erat in Cardinalium Collegium ob merita cooptandum fore.

Breſſian. in Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. *p.* 3. *cum Zignano, & Fabagroſſa.*

V.

BAroccius Burgus Patavii Prætor hoc anno deligitur. *Sciebat enim, ut ait Platina de Principe lib.* 2. *cap.* 6. eſſe Prætoris munus probè intelligere ſe Civitatis commodo creatum eſſe, debereque ejus dignitatem, & decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere, tuerique ea, quæ ejus fidei commiſſa ſunt.

Recenſetur in Codicibus *Papiſavio Conradino*, ac *Zabarellio de Præt. Paduæ*, in quibus Baroccius de Cremona vocatur.

Antonius Campus Hiſt. lib. 2. ad annum 1209. Baroccium Burgum inter Conſules Cremonæ adſcribit.

VI.

MAnfredus de Gazo, ſeù Gadius Eques, & Poteſtas Paduæ jura petentibus reddidit, ab omni odio, ira, cupiditate, amicitia alienus, cùm rectè judicare non poſſit, qui affectibus, & perturbationibus movetur.

Extat de eodem monumentum in Codicibus *Papiſavio, Conradino, & Zabarellio de Prætoribus Paduæ* loquentibus, ad eundem annum 1206. In primis vocatur Manfredinus. Memoratur *à Jacobo Gadio* in Hiſt. M. S. ut inferiùs.

MCCVI.

ISaac Dovaria Prætor, & Capitaneus in inclyta Civitate Bononiæ, cum tantæ Urbis eſſet moderator, inter ejus ævi Principes viros eſt adnumerandus. *Johannes Paſqualis, Alidoſius in lib. Poteſtatum & Capit. Popul. Bonon.* anno adnotato de eodem loquitur.

Iſaac

Iſaac is fuit (quem *Cavitellus in Annal.* appellat Iſatium) Conſul Cremonæ anno 1209. unà cum recenſito Barocio Burgo, Johanne Amato, & Pontio Piceno, ſeù Picenardo, ut notat *Anto. Campus*.

MCCVII.

JOhannes Bonus Abbas Monaſterii omnium Sanctorum Cremonæ, eximiæ prudentiæ, & doctrinæ famam retuliſſe traditur, ut quem Patriæ non modò Cænobia Præſulem, ſed & ab Innocentio III. emunctiſſimæ naris Pontifice delegatum, unà cum Siccardo Epiſcopo vidit, in Cauſa diuturnæ litis agitatæ inter Antiſtitem Bobienſem, & Monaſterium S. Columbani ejuſdem diæceſis, ut prævia teſtium examinatione ſuper utriuſq; partis Juribus, Procuratorem ad Apoſtolicam Sedem pro definitiva Sententia mitteret. Quod præſtiterunt delegati, ut indicat utriuſque communis, & prolixa

Epiſtola ad Innocentium III. Summum Pontificem, data Cræmonæ in Epiſcopali Palatio XII. *Kal. Decembris anno* MCCVII.

Extat apud *Ferdinandum Ughellum Tomo IV. Italiæ Sacræ in Hiſtoria Uberti Rocchæ XIII. Bobienſium Epiſcopi col.* 1294.

Vivebat Joannes adhuc anno 1218. ut conſtat ex Honorii III. diplomate, quo ipſius meminit. Extat & hoc apud Ughellum, citato loco, deductum ex Regeſto Vaticano ejus Pontificis fol. 231. Sunt qui Joannem hunc cenſeant eundem cum Joanne Bono, quem *de Giraldis* Cavitellus, *de Geroldis* Rubeus cognominant, ex Archidiacono Eccleſiæ Majoris, inter Epiſcopos Cremonenſes recenſito. Sed temporum ratio aliter docet: Hic enim poſtremus poſt Homoboni Madalberti Epiſcopi Cremonenſis (qui Siccardo ſuffectus, tres, & triginta annos Eccleſiam adminiſtraverat) in magna Canonicorum diſſenſione à nonnullis in Antiſtitem petitur anno 1249. Sed Bernerio Summo ſuffragiis præpollenti, & Innocentii IV. declaratione confirmato, cedere coactus, ætate inferior annis aliquot deprehenditur. Quod & Rubeus confirmat, aſſerens poſteriorem obiiſſe pridiè nonas Sept. 1262. ut infra.

MCCVII.

DAvid ex præclara Ponzonorum familia optimis artibus inſtitutus, qui præcipuè Medicinam, & Aſtronomiam ſectatus eſt. Multa eum de hiſce diſciplinis edidiſſe autumant.

Fabagroſſa de Fam. Nob. Cremon.

Breſſianus Filius in Via Lactea Fam. Ponzonæ.

MCCVII.

CÆſar Cappalunga vir doctus, & in penſitandis veteribus ſcriptis benè callidus. Scripſit.

De Origine Familiarum Nobilium Germanarum, Gallicarum, & Romanarum Cremonæ degentium; quo quidem opere uſi fuerunt noſtri *Truſſus*, & *Fabagroſſa* in ſuis voluminibus ditandis, quorum fiet mentio.

VII.

BErnerius Maſtallus, ſeù Maſtallia Urbi Patavinæ Prætor datus eſt, Homo quidem ſuis temporibus generis ſplendore, ac virtute clarus, omnium Civium utilitati aſſiduò invigilavit ſtudio, & quicquid egit, ut ait Plato, ad eos retulit ſuorum oblitus commodorum; nam qui parti Civium conſulunt, partem negligunt, rem perniciosam in Civitatem inducunt, ſeditionem, atq; diſcordiam. Ex Codicibus *Papiſavio*, *Conradino*, & *Zabarellio de Prætor. Paduæ*.

MCCVIII.

ALbertanus de Ora S. Agathæ licèt non Cremonenſis genere, cum tamen Cremonæ hoc tempore ſcripſerit (ex adductis ab eruditiſſimo viro *P. Antonio Poſſevino Mantuano Soc. Jeſu in App. Sacro Tom. 1.*) eum poſſum hìc recenſere; Ut enim de ipſo narrat, *dum in cuſtodia Cremonæ aſſervaretur, fuiſſet autem Præfectus Arcis Ganadi, ſeù melius Gavardi, Friderico Imperatore Brixiam obſidente, ſcripſit librum de doctrina dicendi, & tacendi, deque virtutibus diligendis, & vitiis fugiendis. Quem Librum mihi M. S. in quarta parte folii pergameni in Bibliotheca Cardin. Grimani, quam Canonicis Regularibus Ordinis S. Salvatoris reliquit Venetiis.* Vixit anno 1208.

Theophilus Spizelius, ubi de Bibliotheca Veneta S. Antonii hunc aſſerit fuiſſe Cauſidicum Brixienſem, & de amore, & dilectione Dei ſcripſiſse anno 1238. dum eſſet in Carcere Imper. Friderici Cremonæ, conſultaque exindè Bibliotheca Brixienſi *P. Cozzandi* in ipſa apud eundem comperi, & ibi quamplura de eodem Lector habebis, & præcipuè fuiſſe ejus Opera Florentiæ impreſſa apud Junthas 1610. in 4.

MCCVIII.

UGutio Cremonenſis, cujus cognomen ignoratur, nobiliſſima Prætoris dignitate in antiquiſſima Urbe Ravennæ hoc anno floruiſse affirmat *Hieronymus Rubeus Hiſt. Raven. lib.* 6. ubi de bono fœdere inter Ravennates, & Cremonenſes hæc habet. *De Cremonenſibus autem quod dictum eſt miſiſſe eos Ravennæ pecuniam, & Ugutionem Cremonenſem Ravennatem Præturam geſiſſe, ideò ſpectat, ut magnam illis cum Ravennatibus conjūctionem fœderis fuiſſe teſtemur &c.* Et proſequitur ibi alia de Epiſcopo Cremonenſi narrare.

Quæ de hac præclariſſima Urbe noſtris carminibus ſcripſimus, dum ibi in perſpicuo Claſſenſi Aſceterio fuimus anno 1686. legatur liber inſcriptus *Miſcellanea Poetica degli Accademici Concordi di Ravenna*,

Bononiæ

Bononiæ excuſus 1687. cujus Editionem curavit nunquam ſatis laudatus Amicus Petrus Cannetus Academiæ à Secretis, & Abbas Camaldulenſis.

MCCX.

GUillelmus Maſcalia, ſeù Maſtalia, quum inteſtinis diſſidiis Cremonenſes vexarentur, diviſa Urbe in factione (utar vernaculis verbis) Cittanovana à Præpotentibus Concivibus, qui Maſtaliæ acerrimum ingenium optimè noverant, Prætor conſtituitur.

Antonius Campus Hiſt. lib. 2.

Veruntamen dum hìc incidit ſermo de Cittanovanis, quid ſit, ſeù fuerit Cittanova, opere pretium eſt ediſſerare, ut ex M. S. *Joannis Jacobi Turreſini* præſtantiſſimi Urbis noſtrę Patritii, æque, à Hiſtorici.

Urbs igitur noſtra, quæ eo murorum ambitu, quem nunc videmus, circundata eſt, non mediocriter angebat Cives noſtros, diutiùs cogitantes quo pacto ſtatum ſuum incolumem ſervarent. Memores enim libertatis, quam ad eam diem tutati erant, cum viderent, nonnullos in Republica ſibi tantum arrogare, ut omnia ex eorum nutu penderent, putarunt meliùs eſſe morti ſe ſe exponere, quàm priſtinam dignitatem amittere: Siquidem Iſacus Dovaria, & Gerardus Dovaria Boſii Pater, & Bernerius Hermenzonus, & Roglerius Carfalla, & Joannes Bonus Urſonus, aliique innumeri ex Urbis principibus Friderico adhærentes, parato ingenti ſuorum numero Civitatem ſubigere tentarunt, cumque id ex voto non eveniret, omnes, quos conatibus ſuis obſiſtere credebant, adorti ſunt, & ita foro occupato, & Imperatorio Vexillo erecto, omnia Imperatoris nomine adminiſtrare videbantur. Quod videntes quamplurimi, qui pro tuenda Reipub. dignitate convenerant, ſe ſe in ſublimiorem Urbis partem (quæ ad Divam Agatham vergit) deduxerunt contrà hoſtium impetum, eaque munita Patriæ & ſibi conſuluerunt, partem eam Cittanovam appellando, ſeù Cremonellam. Urbs ipſa tùm primum inteſtinos factionum ſenſit aculeos, modo Cittanovanis, modo Veteribus colonis prævalentibus, donec pactis induciis probatum eſt. Cittanovam tutiorem Urbis partem eſſe, cum illa ab occiduo latere Abduæ quodam rivo allueretur, à ſeptemtrionali, ingenti muro, & à reliquis duobus rivo illo, quem hodiè dicunt Cremonellam, vallis, & muris undique ſuperjectis. Citanovæ parebat, quicquid hodiè à rivo illo includitur; qui quoniam partem ipſam Urbis cingebat, Cremonellam poſteà denominarunt.

MCCXIII.

AMadeus de Caſellanis, ſeu melius de Cagalana, Siccardi Epiſcopi Gentilis publicè leges Pariſiis interpretatus fuit, multiplici linguarum idiomate excellens, Opera ſcripſiſſe fertur permulta.

Breſcianus. Virtu Rav. In Coll. J. C., & Syllabus J. C.

Hoc anno 1213. ſolemnis, & decantata illa Victoria Cremonenſium contra Mediolanenſes, parta fuit die undecima Maji, de qua *Anonymus Monachus Paduanus S. Juſtinæ de rebus in Inſubribus, & Euganeis* præter alia narrat hiſce verbis.

Anno Domini MCCXIII. *Mediolanenſes, qui partem Othonis fovebant, cum exercitu infinito ſuper diſtrictum Cremonenſium irruerunt. Quibus, Cremonenſes, qui exaltationi Principis Friderici ſummo deſiderio aſſectabant, apud Caſtrum Leonis viriliter occurrerunt, incœptoque bello in die Pentecoſtes, Mediolanenſes terga vertentes, Militum, & Peditum non modicam quantitatem ſimul cum Cacrotio amiſerunt. Ex illo itaque tempore fama Cremonenſium eſt per populos divulgata. Virtus etiam eorum, & audacia tanti triumphi eſt præconio plurimum augmentata.* Quibus conſentanea Rigordus, Sanctus Antoninus, & Bellovacenſis tradidere, ut innuit *Raynaldus continu. ad Baronium anno* 1213. *n.* 17. *& ſeq.* ubi hæc victoria SS. Martyrum Marcellini, & Petri præſidio tribuitur; at de hoc fuſiùs in Vol. II. cum de Johanne Crotto, qui prelium illud deſcripſit, ſermo continget.

MCCXV.

LOtharius Roſanus, ſeu Roſarius ad Vercellenſem Epiſcopatum anno 1205. ab Innoc. III. Pont. Max. electus fuit, ad quem idem Pontifex literas dedit, eum edocens, qua via, quo jure in devios ſibi ſubjectos juridicam ferret cenſuram, ejuſdemq; juſſu Eccleſiam Albingaunenſem inviſit. Ob meritorum, & Virtutum Lotharii in dies incrementum, creſcente in Pontifice prædilectione, ad Archiepiſcopatum Piſanum anno 1209. illum tranſtulit, eodemque anno, menſe Octobris, cum Romæ eſſet, miſſus fuit ad Othonem Imperatorem, hujus nominis Quintum, ut ipſum removeret ab Eccleſiæ devaſtatione, & ab iniquitatibus, juxtà juſiurandum in ſua coronatione. Anno exinde 1215. Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Patriarcha declaratur; interfuitq; eodem anno Princeps inter Patriarchas Lateranenſi Concilio: maximis tandem pro S. Eccleſia exantlatis laboribus, anno 1221. deceſſit, cui ſucceſſit Gerardus Gallus olim Abbas Moliſmenſis tunc Epiſcopus Valentinus.

Ughellus in Ital. Sacra de Epiſcopis Vercell.

Paul. Troncius Hiſt. Piſ.

Breſcian. in Roſ. & Viol. qui ſcribit, in Archivio Cathedralis Cremon. adeſſe librum, in quo defertur obiiſſe die ſeptima Decembr. 1219.

Marcus Aurelius Cuſanus in Diſc. Hiſt. Epi. Vercell.

Anno 1285. floruit in Coll. J. C. Cremonæ Nicolaus Roſanus, ſeù de Roxanis, ut in ſyllabo J. C.

Homo-

MCCXV.

HOmobonus de Madalbertis Viciniæ S Homoboni, Eccleſiæ Cathedralis Canonicus in locum demortui Siccardi ſuffectus eſt, annuente Capitulo, ingenio præſtans, ſcholaſticis diſciplinis inſtructus, & optimis moribus curam Epiſcopalem omni vigilantia triginta tres annos adminiſtravit, ac demùm fato conceſſit, die 10. Octobris 1248. Primo anno, quo ſedit Mitratus, interfuit Concilio Lateranenſi, confirmavit & ipſe

Statuta edita à Ven. Capitulo Eccleſiæ Cremon.

Sedente hoc Antiſtite, plura memoratu digna Patriæ noſtræ contigerunt; nam Divus Dominicus Cremonæ adfuit, ubi etiam Divus Franciſcus Cœnobii ſtructuræ immorabatur, ibi & Divus Dominicus cænoſum puteum ſacra benedictione depuravit. *Vvadingus in Anal. ann.* 1220.

Fuit & Martyrio affectus à quibuſdam Sicariis propè Cremonam Divus Geroldus die ſeptima Octobris 1241., at de his alio loco.

Memoratur ab omnibus Scriptoribus de rebus Patriæ.

Triſtanus Calcus Hiſt. Mediol. lib. 3. ſub anno 1227. eum vocat Omnibonum, & nonnulla narrat, quæ optimis moribus tanti Epiſcopi non referuntur, ideoque non credenda.

Juſſu Honorii III. Sum. Pontif. per Ep. Madalbertum congeſta fuere acta Johannis Cremonenſis Vicentini Antiſtitis, de quo ſuprà annis 1169.

MCCXV.

ANdreas de Puteis ab Innocentio III. Pont. Max. ex ſupremis Aulæ dignitatibus anno 1212. ad Maſſilienſem Epiſcopatum in Narbonenſi Provincia promotus; anno autem 1215. inter S.R.E. Cardinales relatus, dum illicò à Panonia reverſus, Romam peteret, maligna febri peregrè in Mutinenſi Civitate correptus, attigit vitæ metam, virtutibus, & Legationibus clarus.

Hæc habentur ab *Ant. Campo in Hiſt. lib.* 3. eaque refert *Breſcianus in Roſ. & Viol.* allegando M.S. Pauli Zignani, & Raphaelis Fabagroſſæ de Famil. Nob. Cremon. Sed apud Scriptores Hiſt. Pontif. & Card. nullum de Puteo proſtat monumentum, attamen inter Cardinales relatum poſſumus credere, cum in Cardinalium Regeſto ſub vita Innocentii III. duo ſine proprio nomine legantur, qui utpotè mortui, antequam pileum purpureum referrent, non fuerunt cum aliis deſcripti, ut crebrò in ſimilibus contigit.

MCCXVI.

OCtavianus de Turre ex Canon. Regularibus ad Epiſcopalem Salaminis dignitatem promotus, ſuo tempore claruit, ad Divæ Agathę olim legebatur id Epitaphiū à *Buſchetto, & à Breſciano manſcriptum.*

Mccxvi.

Mccxvi. *Die* vi. *Octobris obiit P. D. Octavianus de Turris Cremon. Epiſcopus Salaminæ Ord. Can. Regul. Lateran. Hic requieſcit in pace. Amen. Ætat. ſuæ ann.* LXIII.

MCCXIIX.

Rolandus à Cremona Phyſicorum Doctor, exindè Ordinis Nobiliſſimi Prędicatorum S Dominici inextinguibile lumen, de quo verba repetam *Ambroſii de Altamura in Biblioth. Dominicana*, ut ſedulo Lectori meliori methodo complaceam, & ſcitu digna non obliterentur. *Hoc anno à noſtra Redemptione* 1218. *Bononiæ Magiſter Rolandus Cremonenſis ſummus Philoſophus, & Theologus dedit nomen noſtræ Religioni. Hic primus ex noſtris legit S. Theologiam Pariſiis, primuſque ibidem Lauream meruit. Præter doctrinam, fuit in effugandis dæmoniis miræ virtutis, & noſtrates præſertim Martyrologium Dominicanum, hunc inter Beatos Ordinis noſtri repoſuere. Ut pro Eccleſia pervigil excubaret armatus, anno* 1244. *ab Innocentio Papa IV. Commiſſarius Apoſtolicus in Ezelinum Tyrannum, clavicemq; Eccleſiæ contemptorem, atque Italicæ Pacis inquietum perturbatorem, creatur. Rolandus igitur ſolers excubito judiciariam contrà eum Inquiſitionem inſtituit, illumq; in locum quendam vicinum, & ſecum um coram magna populi multitudine in judicium accerſit, citat, arguit, caſtigat, ac animo damnat infracto. Bzovius in Annal. ad annum* 1232. *nu.* 2. hactenus Altamura.

Prætereà Placentiæ Inquiſitor, plurimis mulctatis Hæreticis, dum in nobiliori loco contra eorum errores diſſereret, è ſugeſtu ab illis dejectus, gravem capitis, ac membrorum colliſionem accepit. Valetudine deindè recuperata, ardentiori zelo, quoad vixit, in eos infatigabili ſtudio invehens, decertavit, ità *Caſtillus p. t. lib.* 3. *cap.* 12 *Plodius de Viris Illuſtr. ord. lib.* 1. *Fontana in Theatro SS. Dominican. p.* 2. *tit.* 4 *nu.* 3. & *p.* 3. *cap.* 1. *tit.* 3. *nu.* 18.

Summam Sacræ Theologiæ glorioſiſſimam confecit. Ita Chronicon breve in Conſtitutionibus noſtris, cujus verba: *Hoc anno magni, & literati Viri, Archidiaconi Decani, Abbates, Priores, Doctores, omnium facultatum, ordinem intraverunt, inter quos Bononiæ fuit Magiſter Rolandus Cremonenſis ſummus Philoſophus, qui primus Pariſiis ex Fratribus in Theologia rexit, & ſummam glorioſam compilavit.*

Quæ de eodem narrat *Thomas Malvenda in Annal. Sac. Ord. Prædicatorum à Stephano Salanco excerpta*, non erunt minùs curioſa.

F. Rolandus natione Cremonenſis in ſæculo magnus Philoſophus, & primus de Fratribus Prædicatorum licentiatus, & Doctor Pariſinus. Hic Summam, quam fecit Philoſophiæ, talem dicit. Eatenim in Philoſophicis, & Theologicis ad plenum eruditus, & cum ſemel exiſtens Cremonæ audiſſet à Fratribus quibuſdam venientibus de exercitu Federici obſidentis Brixiam, tunc, quod philoſophus ejus multum eos confunderat de ſua philoſophia, de qua neſciverant, reſpondere, Succenſus zelo Ordinis

dixit,

dixit, ſternite mihi Aſinum (Podagricus enim erat, & ire pedes non poterat. Quod cum factum fuiſſet, intrans exercitum ſuper Aſinum cum quibuſdam Fratribus, incœpit quærere ubi eſſet ille philoſophus. Et congregatis multis qui eum noverant, honorabant, magnis, & honoratis viris, convocato philoſopho dixit ei. Ut ſcias tu Magiſter Theodore, quòd Ordo Prædicatorum habet philoſophos. Ecce do tibi coram iſtis optionem, ut obiicias, vel reſpondeas de quacunque philoſophia volueris. Qui cum elegiſſet reſpondenti obiicere, ita glorioſè de eo unica diſputatione triumphavit, ut ad magnam gloriam ceſſit Ordinis, & honorem. Eadem habent Leander Albertus lib. 5 virorum Illuſtr. Taegius 5 par. monumentorum Ordinis Razzius lib. de Beatiſs., Caſtillus lib. 1 cap. 37. Michael Plodius lib. 1. Virorum Illuſtr. colum. 187. Qui cum aſſerant contigiſſe prædicta, obſidente Friderico Brixiam, conſtat ex auctoribus hoc anno 1238. *Fridericum Brixiam obſidione cinxiſſe.*

Idem ab innumeris aliis Scriptoribus laudibus extollitur, & præcipuè ab Hiſtor. de Rebus Patriæ, à quibus fertur unà cum Moneta Conventum primum ejus Ord ibi ædificaſſe extra Urbem, & Bononiæ ſanctiſſimè deceſſiſſe anno 1259. Campus in Hiſt. eodem anno.

Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus lib. 2. ad ann. 1233. pag. mihi 105. poſt nonnulla narrata de Ordine Divi Dominici dicit. *Quare animadverſa Clarus Frater, qui apud ſæculum Jus Pontificium, ac civile tradiderat, loqui ingreſſus, præclara Oratione abiectos, ac propè fractos eorum animos erexit, ac confirmavit. Vix autem peroraverat, cum Rolandus Cremonenſis Phyſicorum Doctor acceſſit, ac ſe in eorum adſcribi numerum poſtulavit. Qua voce Reginaldus erectus ſubitò proprium ſibi velamentum detraxit, ac capiti ejus impoſuit, & pulſata Campana Fratres Spiritum Sanctum invocare præcepit &c.* Vide & *Stephanum de Sampayo Luſit in Theſaur. arcano Luſitano pag.* 163. *in Catal. primorum PP. qui ſcholas Pariſ. rexerunt.*

Ex hoc præſtantiſſimo Ordine præter alios ſuo loco adducendos, floruiſſe etiam B. Damianum de Bozulo Cremon. Diæceſis teſtatur *P. Petrus M. Feſta Urceanus in Chron. M.S.* ſed nihil penitùs refert de ejus Vita, nec de ejus obitu.

MCCXIX.

Gerardus Rangonus præclari nominis Philoſophus, & Aſtrologus publicè docuit Pariſiis. Ejus Opera ſunt.

De Aſtrologica ratione

Ephemerides Cæleſtium motuum.

In Regia Bibliotheca fertur illa reliquiſſe. Lugduni deceſſit, dum Patriam divertebat, ibi tumulatus hoc Epitaphio.

Gherardus Rangonus Nob. Cremon. Philoſoph. & Aſtrol. clariſſimus hìc quieſcit. Obiit anno Dom. MCCXIX. *die* V. *Januarii. Vale.*

Breſcian. Virtu. Rav.

MCCXXII.

HOmobonus Panevinus inter Collegii Juriſperitos hiſce temporibus adnumeratur. Ingenio, & doctrina traditur præſtitiſſe; cum Thoma Sabaudiæ Principe magna familiaritate verſatus iſque inter ejus Conſiliarios effulſit. Edidit,

De exercitationibus Aulicorum.

Verè demonſtravit juxtà mentem Adami Contzen S.I puerilem eſſe plurimorum errorem, ſcilicet Palatia non eſſe Sapientiæ gymnaſia, nec ſtudiorum phrontiſteria, & Aulicos exiſſe de poteſtate Magiſtri, nam ſchola eſt, ubicunque vigilatur ad fores ſapientiæ Accademia eſt, ubicunq; de virtutibus inquiritur, & reſpondetur.

Vide *Syllabum J.C. & Breſcian. in Coll.*

MCCXXII.

MOneta à Cremona Præd. Inſtituti celeberrimi nitidiſſimum fuit ſydus: Ad promeritæ ab ipſo laudis incrementum referam, quæ de eo ſingillatim loquitur Ambroſius de Altamura in Bibliotheca Dominicana &c. *Anno* 1222. *Beatus Moneta Cremonenſis, Vir in tota Italia, immò & Orbe notiſſimus, ſæcularis legerat Bononiæ publicè artes, deindè roſtris illum Divina gratia efficaciter commovente, adſcriptus, ſanctitate conſpicuus brevi evaſit, Sacra Doctrina politiſſimus, egregius fidei pugil, ac maximis fulſit miraculis, & innumeris; Tandem aſſiduitate ſtudii, & lacrymis (quas emittebat cauſa devotionis) frequentibus, veluti alter Didymus factus etiam cæcus: Diutinam ægritudinem, in omni patientiæ, ac ſanctitatis exemplo, hilariter ad experimentum virtutis ferendo, Bononiæ volavit ad ſuperos. Tanta is fuit admirabili ſanctitate, ut SS. Patriarca Dominicus, cum veſtimentis Monetæ, in ejus Cubiculo voluerit vita defungi, & animam magnam reddere Creatori.*

A.B. Reginaldo habitu noſtræ Religionis Moneta indutus, *induxit odium in Hæreticos, in quos uſque ad mortem invehens, ſcripſit, & diſputavit. Edidit enim contra Catharos, & Valdenſes Volumen maximum, quæ ſumma Monetæ Cremonenſis vocatur contra Hæreticos; cujus archetypus adhuc in noſtra Bibliotheca Bononienſi conſpicitur &c.*

Item totam Logicam dilucidè pro minùs eruditis brevi compendio tradidit.

Scripſere de tanto Viro *Humbertus lib.* 4. *de Vitis Fratrum cap.* 10. *Theodoricus lib.* 3. *c.* 3. *S. Antoninus* 3. *p. Hiſtor. tit.* 23. *c.* 5. §. 2. *& alii.*

Apud Mediolanenſes Inquiſitoris munus exercuit, fuitque legum peritiſſimus, circa annum 1228., & ut inquit *Antonius Campus* prima fundamenta Cætus Dominicani in ſuburbiis Cremonæ juxta Templum Divo Gullielmo dicatum, propè portam nuncupatam de Tintori, nunc clauſam unà cum Rolando, de quo ſuprà, extruxit.

Monetæ, & Simonis Auguſtiniani noſtri geſta, de quo infra, & opera

ſum.

ſummatim recenſentur à Caſimiro Ordin. Præmonſtratenſi in ſupplemento de Scriptoribus Eccleſiaſticis à Bellarmino omiſſis. Neutrum tamen Beatum dicit; quinimmò ubi de Moneta, ridet eos, & præcipuè Mendicantes Religioſos, qui uno calmi ductu tot Beatos nullo negotio deſcribunt.

Antonius Poſſevinus in App. Sacro ſcribit Summam M.S. etiam eſſe Neapoli in Cænobiis Ord.

Theophilus Spizelius in Specimine Bibl. Univerſ. ſic habet. eſt & in Bibl. Veneta SS. Joannis, & Pauli, in qua reperitur Fra. Monetæ liber contra Hæreticos, incipiens *Tempus faciendi.* F. M.

Ejuſdemque meminere innumeri Scriptores, & præſertim omnes, qui de rebus Dominicanis agunt.

Vide *Sigonium de Epiſ. Bononienſibus lib.2. ad annum* 1233.

Gretſerus in Max. Bibl. Vet. P. P. Tom. 25. in Prolegom. Lucæ Tudenſis pag. 261. cap. 9. Summam Monetæ laudat ſervatam in Bibliotheca Ratisbon.

Rodericus, ſeu ut utar hiſpano vocabulo *Rodrigo Rodriguez* ſummè decipitur, confundens hunc Monetam cum ſuperiori Rolando, quinimmò credendo ex verbis P. Ant. Senenſis eundem eſſe Monetam, Rolandum: cum tot clari Scriptores illius Ord. perinſignes hoſce viros diſtinguant. Videatur hic Auctor, ſed potius corrigatur in Codice, cui tit. *Pleytos de los libros* pag. 83.

MCCXXII.

GHerardus Dovaria alius ab eo, de quo ſuperiùs egi anno 1182. Prætor Placentiæ hoc anno claruit. In eadem dignitate, ac eodem planè merito refulſit.

Jacobus Burgus, ambo autem, ut potè adminiſtratione optima felices, celebrantur ab *Ant. Campo lib. 2.* Idem Burgus fuit Conſul. Patriæ 1228.

Cavitellus in Annal. memoriam facit de Gherardo anno 1227. inter inauguratos Feudali Epiſcopii Cremonenſis Jure ab Homobono de Madalbertis Ep.

MCCXXIII.

NIger de Marianis inclytæ Urbis Placentiæ & ipſe Prætor, Vir prudentiæ ſingularis, ac defecta jam ætate eligitur. Edoctus *à Platone in lib. de Rep.* non ſane niſi diuturna, longaque experientia artis ſuæ notitiam aſſequi; hinc eſt quoque perſpicuum Judicem ipſum haud dubiè ſenem eſſe debere.

Ant. Campus in Hiſt. ubi ſuprà.

XXIV.

CReſſus à Turre Juriſprudentia inſignis in Collegio J.C. Patriæ ex antiquioribus effulſit; ſcripſiſſe fertur.

Conſultationes legales diverſi generis,
Dialogum de Vita humana
Breſſianus in Coll. &
Syllabus I. C.

XXIV.

GErardus Cremonenſis à Patria dictus J. U. Doctor, commendatione dignus ob virtutes, & familiæ nobilitatem ad Sedem Epiſcopatus Tridentini, ab Honorio III. Pont. Max. deligitur, ad quam appulsus, eidem literas dedit ipſe Honorius anno VIII. ſui Pontificatus, ut in Epiſt. Vatic. 178. Anno duodecimo ſui Epiſcopatus deceſſit, poſt cujus obitum Capitulum ejuſdem Cathedralis Ulricum, ſive Aldericum à Campo illius Eccleſiæ Decanum elegit.

Ejuſdem meminit *Abbas Ughellus Tom. 5. Ital. Sacr.*
Breſſianus in Roſ. & Viol. eundem ſentit ex familia de Oſcaſalibus, verum aliunde non conſtat.

XXV.

LOmbardus Guazzonus ad Præturam Placentinam vocatus, gravitate, & virtute percelebris mirificè ſe geſſit.
Idem Campus cum Uberto Locate hiſt. Plac.

XXVI.

FErdinandus Breſſianus in literis politioribus verſatus, Concives artem Oratoriam docuit, & poſteris commendavit.
De Morali diſciplina lib. 2.
De Arte Rhetorica lib. 3.
Epiſtolarum Græcarum lib. 2.
Orationum diverſarum lib. 1.
Joſeph Breſſianus in Virtu. Rav. de hoc ſuo Gentili tractat.

XXVII.

FEdericus I. Ponzonus Legum peritiſſimus, magno fuit ingenio, hoc anno fertur, in Collegium receptus, cum anno 1236. divertiſſet Cremonam Federicus Imper. hujus nominis II. cognita graviſſima; & ſingulari tanti Viri doctrina, rerum Italicarum eundem voluit Conſiliarium. Omnium etiam Concivium votis unà cum Jacopino Anſoldo J. C. peregregio, ad Clementem IV. legatus eſt, ut ab interdicti vinculo, quo Patria (ut adnotant illorum tempore Hiſtoriæ) adſtringebatur, abſolutionem curaret, ut obtentum fuit die 13. Novembris, anni 1266. Conſtat eum obiiſſe edita jam ætate.

Bre-

Breſſianus Pater in Coll. J. C.
Breſſianus Filius in via Lactea Fam. Ponzona.
Authores Syllaborum I. C. Coll.

Quanti autem Cremonenſes haberet Fridericus II. ut diximus in præloquio, dilucet ex Epiſt. Petri de Vineis ejus Cancellarii, & præcipuè ex illa 26. lib. 2. æditionis Baſileæ, ſcribit enim de Cremon. *Vos autem viri fortes, quos, velut in fidei ſoliditate firmatos, reddit quævis negotiorum, & temporum qualitas, in noſtra devotione præclaros, vires veſtras, & animos exercete, quod inter alios fideles noſtros vos dignis extollere laudibus, & ſpecialibus proſequi præmiis meritò valeamus.* Memoratus Petrus de Vineis ex relatis à *Jo: Villano* ob ſuſpectam proditionem è gratia Imper. delapſus, Cremonæ carceribus traditur, ductus exinde in Hetruriam, & ibi excæcatus infeliciſſimè occumbit.

XXVII.

Sigiſmundus Ala illuſtri Familia natus, Romam adhuc Adoleſcens delatus, quo faciliùs in bonis diſciplinis emineret, adeo ingenii facilitate profecit, ut ab Honorio III. Pont. Sum. nec non ab Gregorio IX. in Urbis difficilioribus negotiis præeſſe ſumma cum laude meritus fuerit. Tandem ſenio confectus in Patriam remigravit, & Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ab omni opere quievit, ut ex injuncto Epitaphio.

Hoc eſt Sepul. recolendæ mem. Sigiſmundi Alæ, Cubicularii Gregorii Noni Sum. Pont. ac Canonici hujus Cathedralis Eccleſiæ, qui obiit anno 1258. *die* 17. *Menſis Novembris.*

Referuntur *à Breſſiano in Roſ. & Viol.* etiam Romæ cogniti inter præcipuos Præſules ex hac ſtirpe.

Reginaldus Ala Alexandri II. à Secretis ad ann. 1066. & Auguſtinus ſub Bonifacio IX. anno 1393.

XXVIII.

Guillelmus de Multiſdenariis, vulgò Mondinari, utriuſque Juris peritia inſignis, in agendis declamationibus diù verſatus, ac plurifaciam eruditione notus, Mantuæ primùm, ſubinde Ferrariæ tempore Rinaldi Eſtenſis, illius nominis primi, ſuprema Judicia direxit. Faentiæ etiam, & Patriæ eximia cum laude jura dixit. *Auctor Syllabi*, qui illo etiam ſæculo, ex multiſdenariis I. C. refert, Julianum Philippo III. Francorum Regi cariſſimum, Andreolum, ac Petrum, & ante iſtos Gubertum, & vicarium habitantes in Porta S. Laurentii.

XXVIII.

PEllizzarius, qui ætatis ſuæ doctiſſimus, ac piiſſimus exiſtimatus eſt, hoc anno uſq. ad 1231. inter Mantuanos Epiſcopos accitus eſt, in quo incredibilem, ac penè divinam dicendi vim, ac doctrinam ſummè Civitas illa inclyta, dum in optima religione eam confirmare ſtudebat, admirata eſt.

Ab Ughello Tom. 1. Ital. Sacr. memoratur ad ann. 1227, verùm in nomenclatura Epiſcoporum Mantuæ adiecta Synodicis Conſtitutionibus Franc. Gonzaghæ pag. mihi 242. legitur Pellizzarius ann. 1228. ſub eodem recenſetur & à Breſſiano, quem indicat ex familia Pellizzaria. *Scipio Aguellus Epiſc. Caſalenſis in Annal lib. 9. cap. 3.* Patria Mantuanum appellat, nulla porrò auctoritate ſuffultus.

XXIX.

MArtinus de Surdis Juris Conſultiſſimus hoc anno Collegio adſcribitur, Conſiliarius Vvenceslai Bohemiæ Regis, deinceps Friderici II. Imper. ad Celeſtinum IV. Max. Pont. & ad Ludovicum IX. Francorum Regem Sanctiſſimum Legatus, nominis fama clariſſimus. Scripſit

Opera in Jure quammulta, &

De Principum prudentia Tractatum pulcherrimum, quem Friderico dicavit. Sciebat enim cum Platone, prudentiam cæterarum virtutum eſſe magiſtram, ſiquidem Vir prudentia munitus, non vallo, non fovea, non mænibus indiget, & juxta Bionis ſententiam, prudentia ipſa tantum differt ab aliis virtutibus, quantum viſus à reliquis ſenſibus.

Breſſianus in Coll. & Virt. Rau.

Syllabus J. C. Coll.

Hoc anno 1229. Antonius Uliſſiponenſis, nunc Sanctus de Padua, ac novus Thaumaturgus nuncupatus, Cremonam conceſſit, ut Franciſcanum Cænobium, Ædeſque Sacras perficeret. Ad plures dies Concionibus evangelicis operam dando, inter ſuos Alumnos nonnullos Ephebos Cremonenſes ſuſcepit. In iſtis à *Breſſiano in Hiſt. Eccleſiaſt.*

M. S. adnumerantur
Stephanus Caſalorcius,
Antonius Alghiſius,
Bernardinus Arnulphus,
Joſeph Arigonus,
Silverius de Summis,
Paulus Dovaria,
Hieronymus Madalbertus.

Guil-

XXXI.

GUillelmus de Amatis multis Senatoriis honoribus functus, Parmenſem Præturam adminiſtravit, eodemq; anno ad Fridericum Imperatorem in Comitiis Apuliæ à Parmenſibus ablegatus fuit.

Antonius Campus in Hiſt. lib. 2.

XXXII.

GUillelmus Perſicus ex Patriæ Proceribus, & unus ex Conſulibus Reip. cùm literis, tùm armis perſpicuus, & Friderici Imp. II. à Conſiliis, hoc tempore Veronenſem Præturam ſumma cum gloria adminiſtravit; ejuſdem adhuc extat monumentum in Ædibus Prætoriis illius Urbis nobiliſſimæ.

Nec illaudatus eſto
Gabriel de Pola Conſul
Guillelmo de Perſico Cremonen. Prætore
Veronæ MCCXXXII.

Franciſcus Zava in Orat. 3. ſcribit Guillelmum hujus Familiæ perantiquum exemplum loco Guidonis Raudii Mediolanenſis abdicati à Veronenſi Prætura, & rejecti, fuiſſe omnium Veronenſium conſenſu ſuffectum.

Guillelmus iſte de Perſico, quum Conſul eſſet Cremonæ, Mantuanos, ut in Cremonenſium fœdere conſiſterent, adivit. Scriptura hujus rei tunc facta in Archivio noſtræ Urbis ſecretiori ſervatur, quam de more conſcribere vel in hoc opere non nocebit.

Ann. Dom. Incarn. MCCXIII. *Indict prima in Palatio Communis Mantuæ, in pleno Conſilio ſonato, & collecto ad campanam, convocatis Conſulibus Viciniarum, & Paraticorum, & Capitibus Paraticorum, & Cretbenderiis, D. Gerardus de Obe Anbaſciator Communis Cremonæ voluntate, & parabola D. Gulielmi de Perſico Conſulis tunc ejuſdem Communis, concionando in eodem Conſilio, dixit, & rogavit illos de Conſilio, & D. Thalamatium, & Jacobum Vicarios Aldobrandini Marchionis Eſtenſis Poteſtatis Mantuæ, pro Communi Mantuæ, ut ipſi debeant adjuvare Commune Cremonæ de guerra, quam habet cum Mediolano, & Crema, recitando ſervitia, quæ ad invicem facta erant inter Cremonenſes, & Mantuanos, & ut Carroccium foris extrahant, & cum eorum fortia eoſdem Cremonenſes de prædictis guerris adjuvent. Poſteà dictus Gulielmus de Perſico, conſul tunc Communis Cremonæ concionando in eodem Conſilio, & recitando qualiter Commune Cremonæ habebat guerram cum Mediolano, & Crema, & qualiter ipſi Mantuani erant Socii, & Amici Cremonenſium, & ſervitia, quę ad invicem inter ſe fecerant, & lecto in eodem Conſilio Inſtrumento Societatis ipſarum Civitatum, & qualiter tenebantur adjuvare Commune Cremonæ de prædictis, præcepit per Sacramentum dictis Vicariis*

ſcilicet

ſcilicet Thalamatio, & Jacobo de Maroſtica, & dictis de Conſilio, ſicuti pro Communi Cremonæ præcipere poterat, ut ipſa die ſuum foras extraherent Carroccium, & omnes Milites, qui ſunt parati, craſtina die debeant movere, & ire in ſervitio ipſius Communis, & poſtea alii Milites, & pedites Civitatis, & Epiſcopatus debeant ſe præparare, & uſque ad proximum diem Jovis moveant cum eorum fortia, & ad ſervitium Cremonæ veniant. Actum eſt hoc die Martis octavo, exeunte Aprili. Ibi fuerunt Teſtes Bernardus de Malſervitio, & Obertus Pecerarius, & Petrus Romanus, & Tiratus, & Arnulphus de Boſo, & alii plures Teſtes.

Ego Bonhomus Gabb. Not. Sacri Palatii interfui, & hanc Chartam juſſu prædicti Conſulis ſcripſi.

Non eſt hic omittendum, fœdere Cremonenſibus juncto, Mantuanos Victoriam de Eccelino obſidente Mantuam reportaſſe. Qua de re inquit *Platina Hiſt. Mantu. lib.* 2. *pag. mihi* 92. *dierum quinque ſupplicationes ſunt indictæ, ad quas celebrandas multi Cremonenſes, ſubvecto omnifariam commeatu pervenere, quibus certè, & obviam itum, & non aliter, gratiæ, quàm ſi liberatores Urbis fuiſſent.*

XXXVI.

GRegorius Redenaſcus Summus Theologus, quem Gregor. IX. Max. Pont. ſingulari benevolentia dilexit, & cum eo familiariter verſatus eſt, ejuſdem Eleemoſynarii munus meritò fuit aſſecutus, *Breſcianus in Virtu. Rav.* narrat ſcripſiſſe

De Unitate naturæ Angelicæ lib. 3.

De Sacramento Penitentiæ

De Auctoritate Sum. Pontif.

XXXVI.

GUillelmus Dovaria incredibili amore, ob ſuam animi fortitudinem, à Friderico Imper. complexus, hoc anno capta ab Cæſareis armis Verona, ibi Prætor conſtituitur, & inauditæ fidei, ac virtutis exemplum proponitur.

Cavitell. in Annal.

XXXVII.

JAmbertinus Segafænus Philoſophus, & J.C. multorum judicio admirandus. Patriæ nomine ad Reges, & Principes Orator, non vulgari, neque abſurdo calamo ſcripſiſſe fertur

Super Codice Volumina permulta, & *Opera Philoſophica.*

In Templo Divi Martini olim obtinuit hoc Epitaphium.

Jambertinus Segaphænus J.C. ac Philoſophus doctiſs. de Patria benemeritus, hic requieſcit in pace. Obiit IV. Kal. ſextil. ann. Dom. MCCXLIX. *ætatis ſuæ* LXXI.

Au-

Auctores Syllaborum, qui ex eodem Coll. fuerunt ann. 1300. inſinuant prodiiſſe

Ancellinum, & Julium de Segaſænis.

XXXIX.

EManuel Caraſallus in legibus verſatiſſimus, torpedinis, & inertiæ acerrimus propugnator, in Reip. muniis intrepidus, ſummam Auditoris dignitatem à Manfredo Rege Siculo obtinuit, nec non apud Italiæ Proceres maximam exiſtimationem. Ejuſdem commeminerunt *Breſſian. in Coll. & Syllaborum Auctores*, qui ex Carafallis J. C. indicant hac ætate Nicolaum, Giucardum, Rugerium, Melchiorem, & Gherardum.

XXXIX.

JOſeph Maggius inter ſui temporis Mathematicos præcellens, Italiæ Optimatibus ſummoperè dilectus, pleraque explicavit Volumina continentia

Mathematicæ diſciplinæ Quæſtiones.

Breſcian. Virtu. Rav.

XL.

HErmobonus Cremonenſis, ſeu melius Homobonus Moriſius Vir bonus, juriſque Divini, & humani peritiſſimus, in Patria publicus Legum Præceptor, ſummæ prudentiæ exiſtimatus eſt, quippe qui multa in Jure ſcripta reliquit, & ſingillatim.

Repetitiones in l. 2. *de alimentis publicè præſtandis*, *quæ habetur lib.* 1. *Codicis M.S.*, *ut refert Jo: Vuolphangus Freymonius pag.*39. *Elench. Juris Utriuſque Scriptorum edit.*

Franchfurti ad Mænum 1575. qui eum vocat Hermobonum Cremonenſem, ut innuimus.

Joannes Jacobus Crottus in Orat. habita anno 1520. *Tertio Idus Septembris*, qua die Franciſcus Sfondratus in Coll. J.C. aſcitus eſt, de Moriſio ſic affatur.

Homobonus Moriſius Juriſperitorum Excellentiſſimus, Cremonenſem Accademiam ſua tempeſtate, omni doctrinarum genere ferventem, plurimùm clarificavit, Volumina ejus tinearum eſca (*quod magnoperè dolendum*) extitere: *Vix memoria tanti Patris, qui vivus totam ferè Mundi Machinam ſuo nomine compleverat, ſaxoſis titulis ſervata eſt, qui ſemicorroſi in Templo Gulielmi Cælicolæ ruinoſo extrà Urbis mænia cineres illius reconditos Viatori ſedulò indicant. Certè muti Majores noſtri, ſimul & ingrati fuere omnes, qui nec ſcripta Homoboni per Externos relata ad minores ſuos tranſmiſere, nec ſaltem cognomen illius*

alicui

alicui literarum Scripturæ vivaciori demandavere, famam tàm Cæleſtis Viri ſoli Sepulchro, quandocumque perituro, committentes. Duo tantùm celebratiſſimi Doctores exteri pér me viſi Albericus Roſatus, & Jo: Andreas opiniones Homoboni ſuis monumentis inſerentes, eum ab injuria mortalitatis vindicavere.

In Edibus ſuburbanis S. Gulielmi olim legebantur hæc Carmina.

Conſtans, atque bonus Doctor jacet hìc Homobonus
Moriſius Rector, legum, Juriſque Repertor,
Ornavit cunctum cujus prudentia Mundum,
Atque ſua multos doctrina fecit adultos
Gaudia, qui puræ lucis mereatur habere,
Cæleſtiſque Dei dextera parcat ei.
Tunc ſexagenus cum bino mille duodenus
Annus currebat, Madius Menſiſque manebat.

Joannes Baptiſta de Gazalupis in Tract. de modo ſtudendi docum. 3. inter Juriſprudentes celeberrimos nominat Homobonum Cremonenſem.

Antonius Campus in Hiſt. ad annum 1200.
Jacobus Gadius in M. S. ſub eodem anno
Cavitellus verò ad annum 1257. ſcribit Homobonum Moriſium unà cum Joanne Medalia fuiſſe Judices, dum Præturam Cremonæ gereret Leonardus de Setta.
Auctor Syllabi J. C. de Coll. Hæc ſunt, quæ noſtra opera quantulacumque ſit de Tanti Viri memoria penè obliterata, ab monumentis depromere potuit.

XL.

JOannes Boninus, ſeu Zamboninus de Fraganeſco Antonii F. in Albo Juriſperitorum Collegii hoc anno deſcriptus, Orator clariſſimus, pro Patria ad Fridericum II. Imper., & ſemel ad Gregorium X. omni dignus commendatione.
De eodem Turreſinus in Familia Fragan.
Auctores Syllaborum, & Breſſianus.

XLI.

CAbrinus Bottus Legali doctrina cultiſſimus, in utroque Jure laureatus, & inter Patriæ Judices meritò adſcriptus, Friderico Romanorum Imper. gratiſſimus, & Carolo Siciliæ Regi acceptiſſimus, ab virtutum, & morum excellentiam, Juridica Volumina ſcripſiſſe fertur.
Auctores Syllaborum, & Breſcianus.

Ano-

XLII.

ANonymus Auctor Cremonenſis, haud incerta pietate nobilis, circà annum Dom. 1242. ſimpliciſſimo ſtylo ſuis fortaſſe moribus, ne dicam temporibus congruo, latinè deſcripſit

Vitam, obitum, & Miracula B. Geroldi Martyris Colonienſis.

Cujus Corpus Cremonæ in Templo tunc S. Vitalis, nunc verò S. Geroldi, per Ven. Somaſchenſes culto, maxima cum veneratione ſervatur. Tranſtulit hunc librum *Romanus Burgus*, frequentibuſque, ac utiliſſimis, & ſaluberrimis meditationibus adauxit; ut quæ breviter admodum, & incomptè notaverat Anonymus ille, fuſiùs ipſe, concinniùſque in medium afferret. Quod elegantiſſimè præſtitit emiſſa Hiſtoria, quam edidit Cremonæ apud Chriſt. Dacon. 1581. & dicavit Archiepiſcopo Colonienſi, qui lapſus in hereſim, fuit ſubinde depoſitus, ut dicam, quando erit ſermo de Jo: Franciſco Bonohomio in Volum. II.

XLII.

ANonymus, alius à prædicto, ſed eidem pietate ſimilis, & ipſe ſuum in eundem S. Martyrem obſequium teſtatum fecit poſteritati, deſcribens

Hiſtoriam Miraculorum B. Geroldi Martyris, quam citat idem *Burgus* præallegato libro, & apud cuſtodes Eccleſiæ Sancti Geroldi Cremonæ aſſervatam tradit.

XLV.

GErardus de Perſico in utroque Jure peritiſſimus, Friderici II. Imperat. à Conſiliis, ab eodem hoc anno ablegatus cum Mapphæo de Summis Patritio, & J. C. Cremonenſi ad Concilium Lugdunenſe ab Innocen. IV. Maximo Hierarcha celebratum; ex eodem ſubinde, pace compoſita inter Sum. Pont. & Imperatorem, Patriam remigravit, ubi deceſſit tumulatus in phano Divi Petri cum Epitaphio

Gherardus Perſicus J. C. Conſiliarius Federici II. Imper. Omnibus Principibus Italiæ cariſſimus, cujus memoriam hoc loco Poſteri P. hìc requievit in pace. Obiit V. Idus Auguſti, Anno Hum. Sal. MCCLXXIII.

Breſcian. in Coll. J. C. &

Syllabus J. C.

In Collegio J. C. Cremonæ ex hac familia fuerunt præter alios ſuo loco deſcriptos anno 1203. Zambellinus. 1304. Calchinus, & Maninus.

XLVI.

MAxonerius Burgus rerum geſtarum gloria clariſſimus, Laudenſi fuit in Urbe Prætor. Ibi verè ſuo perfectiſſimo docuit exemplo Juſtitiam eſſe alteram Univerſi lucem, qua ceſſante, populi non illuſtrantur; quòd ſi tandem aliquandò Juſtitia corruat infauſtè, Reſp. utpotè ſua deſtituta conſiſtere non poteſt. Hæc, ne Laudenſi Urbi evenirent, curavit feliciſſimè noſter Burgus; atque adeò ſua profuit Prætura, dum præfuit, ut palam fieret Juſtitiam eſſe Paradiſi fontem, quo fluente, atque currente floreat, ac flores erudiat in fructus tellus univerſa, quo tamen fonte paulatim areſcente, ſimul etiam areſcere cuncta ſit neceſſe.

Ejuſdem habetur mentio apud *Bernardinum Corium in hiſt. Mediolan. ad annum* 1243.

Sequens Epitaphium marmori infixum, hodiè legitur translatum ad aram Divi Andreæ in magnificis S. Petri de Pado Cremonæ ædibus.

✠ *Hoc eſt Sepulchrum Dñi Maxonerii de Burgo Fidel. Imperii, & Communis Cremonæ, qui obiit* MCCLIIII. *die Sabbati nono exeunt. Janu. in Veſperas, & ſepultus fuit die dominico ſequenti in Tertias, qui tunc erat ætatis* XLIII. *Ann. & dimid. & erat tunc Confanonerius, & ſteterat per quinque Annos continuè Populi Cremonæ.*

Laudenſis Urbis mentio meæ ſuggerit menti hìc non poſtmittere quantò ſim obſequio devictus Comiti Franciſco Lemene illius Urbis Patritio, ac J. C. Colleg. Viro ornatiſſimo, morum elegantia, ſtudiiſque cùm theologicis, tùm poeticis verè Illuſtriſſimo, quem ea, qua cæpi obſervantia, aſſiduè proſequar: Deumq; ſupplex orabo ut ipſi ad Reip. Literariæ decus Neſtoreã elargiatur incolumitatem.

XLVIII.

JOhannes Bonus de Geroldis primò Canonicus Cantor, deinde Archidiaconus Cathedralis, defuncto Homobono, à Capitulo, cujus virtutes, & merita ſatis, ſuperque conſtabant, fuit ad Sedem Epiſcopalem evectus, ejus muneris non immemor, Eccleſiam Sponſam plurimis ornamentis ditavit, Palatium Epiſcopale amplificavit; Eccleſiam SS. Apoſtolorum, nunc cultam per PP. Capucinos à fundamentis erexit, propriiſque auxit bonis. Verùm quum majoribus incumberet, irrita declaratur ejus electio (à Capitulo facta) per Innocen. IV. Sum. Pont. ut ex ejus literis datis Gregorio de Montelongo, electo Tripolitano Apoſtolicæ Sedis Legato 4. Kalen. Auguſti 1249. relatis in *Hiſt. Ant. Campi lib.* 2.

Memoratur *à Rubeo*, qui ſcribit ejus obitum ſecutum die 4. Sept. 1262.

A Breſciano, qui ejus mortem ſcribit die 29. Auguſti 1265., ut ex Epitaphio recenſendo.

A Merula in Catalogo Epiſcop. & in Sanctuario de Eccleſ. XII. SS.

Apo-

Apoſtolorum, quò Lectorem remitto. Ibi enim ad annum 1566. tradit eandem XII. Apoſt. Eccleſiā PP. Capucinis fuiſſe reſignatam *Abbas Ughellus in Ital. Sacr. Tom. 7. ubi de Epiſcop. Cremon.* hunc negligit, forſan attenta ejus depoſitione.

Cavitellus perperam ponit electionem ad Epiſcopatum Jo: Boni, quem de Girardis appellat, ſub annis 1256. fortaſsè inductus ſequēti inſcriptione, quæ ad hanc diem legitur ſuper Januam Majorem Epiſcopii, verſus viam nuncupatam Pratum Epiſcopi.

MCCLVI. *Dñus Joannes Bonus de Geroldis Archidia. Cremon. electus in Epiſcopum, fecit fieri hoc Palatium, & Curiam, ſolare, & ſtationes plures ædificari, & ſolvit omnia debita Epiſcopii S. MCC. lib. Imperial. & plures, & poſſeſſiones, & bona Epiſcopii ad Crottam, ad Caſtrum novum, ad Aſpicem, & alibi multum amplificavit. Gratam quem Sanctus Dominus perducat ad Aulam.*

Ex quo quidem arguo, Jo: Bonum perſeveraſſe in opere jam cæpto, ſcilicet beneficia erga Eccleſiam proſequendo, non obſtante electione Bernerii ejus ſucceſſoris, qui, ne Uberti Pallavicini dominatum ſentiret, diuturno tempore Cremona abfuit, quo abſente (ut ex Archivio Epiſ.) leguntur ſubſcriptiones decretis, & ordinibus, conditis tunc per Jo: Bonum ſimilis exempli: *Ego Joannes Bonus de Geroldis, Dei gratia Archidiaconus, & Generalis Procurator in Spiritualibus, & temporalibus Eccleſiæ* Cremonenſis *ſubſcripſi.*

Aliæ Inſcriptiones ejuſdem referuntur. Hujuſmodi ſunt in Ædibus SS. Apoſtolorum.

In Chriſti nomine Amen. Anno MCCXLVIII. *D Joannes Bonus de Geroldis Archidiaconus, & electus Epiſcopus Cremonæ, Eccleſiam hanc in honorem duodecim Apoſtolorum in hunc locum ædificare fecit.*

Et in Cathedralis Templo.

Anno Domini MCCXLVIII. *D. Joannes Bonus de Geroldis Epiſc. Cremon. ædificare fecit Hoſpitale S. Mariæ de Valle Viridi Item Prebend. Altaris S. Joannis Baptiſtæ, quæ eſt ſub confeſſione Majoris Eccleſiæ. Item ordinavit, quòd Lampas ſemper ardeat ante Altare B. Mariæ in Majori Eccleſia, & hæc omnia de proprio dotavit pro remedio animæ ſuæ.*

Item in Cathedrali ad ejus Tumulum.

Joannes Bonus de Geroldis, Epiſcopus Cremonæ jam electus, hìc corpore ſuo jacet, qui obiit die XXIX. *Menſis Auguſti, Anno Domini* MCCLXV. *orate pro eo.*

Floruiſſe alterum Joannem Bonum de Geroldis, Canonicum Majoris Eccleſiæ Cremonenſis annis 1266. conſtat ex iis, quæ ſcribit *Campus Hiſt. lib.* 3. ſub eodem anno, & anno 1320.

Fælicem Geroldum Novariæ Generalem Vicarium ſub Epiſcopo Joanne de Vicecomitibus, refert *Breſſianus in Coron. Vir. Illuſt. lib.* 1. *p.* 3.

XLVIII.

ELiſæus de Raymundis, Romæ inſignis vixit ſumma cum familiaritate apud Innocentium IV. Sacrorum Regem, cum ingenio optimè excelleret, arrepta fortaſſe occaſione, qua primum Pontifex memoratus purpuratum galerum S. R. E. Cardinalibus conceſſit, ſcripſiſſe traditur.

De Dignitate S. R. E. Cardinalium lib. 3.
De Auctoritate eorundem in ſede Vacante
De Virginitate lib. 10.

Breſcianus in Virtu. Rav. allegando Fabagroſſam.

XLIX.

GErardus de Belloria, quem J. C. fuiſſe refert, qui ſcripſit Regeſtum ampliſſimi Cremonenſis Collegii, & *Breſſianus* in libro J. C. Coll. ſcripſiſſe affirmat.

Regulas Grammaticales, & alia Opera, dum publicus eſſet Gymnaſiarcha in Civitate Bononiæ.

Memoratur ab *Alidoſio* nomine Gherardi Cremonenſis, ſub anno Domini 1265., & doctorem in Grammaticis eum vocat.

XLIX.

OCtolinus de Summo Patriæ Prætor in parte Cittanovana appellata. Ad hujus Concivis gloriam perennem ne tedeat Lectorem ſequentes Pontificias literas ſubdere, in quibus etiam conſtat de electione Bernerii ejus Fratris ad Epiſcopatum Cremonæ.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Gregorio de Montelongo, electo Tripolitano Apoſtolicæ Sedis Legato Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Et ſi nonnunquam opera ſtudioſa ſint ubilibet adhibenda, quod illi præficiantur vacantibus Eccleſiis in Paſtores, quorum ſolertia, grex Dominicus ad animarum ſalutem in fide conſervanda catholica, & Eccleſiaſtica libertate tuenda, principaliter foveatur. In tempore tamen hoc ipſo quod inſtat, ſuper his tantò validioribus eſt præſidiis inſiſtendum; quantò ipſius malitia temporis requirit, illud magis ſolito peccatis exigentibus opportunum ſanè tua tanquam ſuper hoc experta diutius diſcretio non ignorat, qualiter ad præmiſſa potiſſimùm inter cæteras locum habeat ſtatus, atque conditio vacantis Eccleſiæ Cremonenſis, cui præfici talem convenit in Paſtorem; quem tantum onus deceat, & honorem, & Romanæ non dubitetur Eccleſiæ benè placitis inhærere. Cum itaque ad proviſionem eidem faciendam Eccleſiæ de Bernerio ipſius Canonico germano Nob. Viri Octolini de Summo ex parte dilectorum filiorum Amadini de Amatis, & aliorum intus Cremonam com-

mo-

morantium, & extrà ſuorum Concivium cohærentium parti, Sedis Apoſtolicæ devotorum ſupplici ſit nobis inſinuatione ſuggeſtum, & expoſitum ab eiſdem, quòd cum præfatus Octolinus grandem in ipſa Civitate obtineat potentatum, ibidem in ipſius parte non modica, quæ Cittanova vulgariter dicitur, gerens officium Poteſtatis, aliaſque ſit præpotens ad Commune, quod agitur negotium fæliciter dirigendum. Præſentium tibi auctoritate committimus, quatenus, qui per loci vicinitatem, & rerum experientiam, quam diutiùs habuiſti, pleniùs ſuper his circunſtantias noſti, & adhuc ſcire poteris univerſas, ſi ordinationem hujuſmodi de præfato Canonico celebrandam, germanum ipſius, & alios de parte ipſorum manifeſtis indiciis ad negotium prædictum perſpexeris profuturam, & tàm præfati Foranei, quàm ſequaces eorum intus Civitatem morantes, eandem poſtulaverint id inſtantes, ſuper hoc provideas, & diſponas quicquid ipſe videris negocio expedire. Non obſtante de ipſius Eccleſiæ Archidiacono, ibi dicitur electio attemptata, quam, cum de jure celebrari nequiverit, nullius denuncies eſſe momenti. Contradictores ſi qui fuerint, vel rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Dat. Lugduni IV. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri, Anno ſeptimo.

De eodem *Blaſius Rubeus in dyptica Epiſ.*

XLIX.

HEnricus de Bonveſino publici, privatique Juris Peritiſſimus ætate ſua claruit, à Bononienſibus ad illud Gymnaſium percelebre vocatus, pleraque ſuæ doctrinæ teſtimonia exhibuit, multaque ipſum ſcriptis tradidiſſe fama eſt.

Hæc legimus apud *Breſſianum inColl.* De eodem, Syllabus J.C. Coll.

XLIX.

BErnerius de Summo, Frater Octolini Prætoris Cremonæ in parte, quæ tunc temporis Civitas nova appellabatur, reprobata electione, ut ſuprà diximus, Joannis Boni Geroldi, creatus fuit hoc anno Epiſcopus Patriæ; infeſtantibus autem acerrimè Urbem Guelphorum, & Ghibellinorum turmis, poſſeſſionem Epiſcopatus indeptus fuit anno tantùm 1252. ubi dum charitatis, & amoris igne ſectas inteſtinas tamquam Hydram ſternere intentabat, à Marchione Uberto Pallavicino unà cum conſanguineis, & familiaribus in exilium pulſus, multa damna perpeti cogitur invitus. Annuente autem Alexandro IV. Pontifice Maximo ab exilio revocatur. Hæc tamen revocatio ab exilio, & in patriam reditus, ac in throno quies non contigit, niſi planè ſacris eos Cremonenſes interdicendo, qui Pallavicino adhærebant. Tandem

poſt

poſt varios caſus Optimus Paſtor animam exhalat anno 1260. *Blaſius* tamen *Rubeus in dyptica* transfert ejus obitum ad annum 1271. Sed hac in re Blaſium hallucinari eruitur ex his, quæ de Cacciacomite Bernerii Summi ſucceſſore ſum dicturus. Hujus meminere

Ant. Campus hiſt. lib. 3. qui etiam refert Pontificium diploma Bernerio conceſſum ab Alex. IV. pro mutuis accipiendis centum argenteis.

Cavitell. in Annal.

Merula in Catalogo Epiſcop.

Breſſian. in Roſ. & Viol.

Porrò Cremonenſes illi, quos paulò ante diximus fuiſſe à Pontifice ſacris interdictos, eo quòd contra Bernerium Summum ab exilio revocatum, Pallavicinis adhæſere, poſt aliquos annos, nimirum anno 1267. fuere per Clementem IV. ab interdicto liberati.

L.

LEonardus Auguſtus, æque Medicis, ac Philoſophicis ſtudiis, ac hiſtorica gloria coruſcat. Opera, quibus exclaruit, ſunt.

De Modo curandi Infirmos.

Repertorium de Peſte lib. 3.

De Origine Cenomanorum in Italia.

Hujus antiqui Scriptoris meminit

Breſſian. in Virtu ravivat. &c.

P. Donatus Calvus in Scena liter. Scriptorum Bergomenſium in Appendice ad litt. L ſic ſcribit *Leonardo Agoſti in Cremona viſſe, & morì queſto nobil Fiſico, & erudito Filoſofo in que primi anni, che la ſtirpe Agoſta fù colà da Orfeo Agoſti portata; onde viveva Leonardo l'anno del Signore* 1250. ſcriſſe &c. Idem Auctor in *lib. cit.* memorat alium Leonardum Auguſtum hoc ſæculo viventem.

L.

OCtavius Renulphus hiſtoricæ fuit eruditionis amantiſſimus. Hunc Patria ſummè reverita eſt. Luculenter ſcripſit

De memorabilibus Patriæ, eo vivente.

De Viris Illuſtribus Italiæ.

Breſſian. ubi ſuprà.

LI.

THomas Piperarius, inter doctiſſimos juriſprudentes hoc anno ſcribitur à *Breſſiano* in opuſculo, cui titulus *I Dottori del Collegio di Cremona*. Verùm, cum ipſum dicat ediſiſſe Tractatum de Fama, & eſſe allegatum à Bartolo, compertum habuimus pro veritate hunc, Thomam Piperarium Cremonenſem non eſſe, ſed Thomam Piperatam J. U. D. celeberrimum Bononienſem hiſce temporibus efflorentem Legum Aſſeclis valdè notum.

Flo-

Floruerunt porrò ex Nob Familia Piperaria inter antiquos J. C. de Collegio Egidiolus, Philippinus, alter Egidiolus, & alii, de quibus ſuo loco, ut ex *Syllabo*.

LIII.

HIeronymus Garimbertus, ſeù potiùs Garinertus inſignis Medicinæ Doctor, literarum, & vocum Græcarum non expers, ingenioſiſſimè compoſuit.

De Febribus
De Natura Fœtus
De Tumoribus
Breſſian. Virtu. Rav.

LVI.

JAcobus de Cremona Eremita Auguſtinianus doctrina, & in arduis peragendis celebratiſſimus, totius Ordinis Procurator Generalis, nomine Lanfranci Moderatoris Supremi recepit Unionem Ordinis *Pauperum Catholicorum* nuncupati, qui præcipuè in Inſubria, Mediolani digebant, ut ex Tabulis relatis *in Tom.* 4. *Sæculorum Auguſtinian. P. Aloyſii Torelli ſub anno* 1256. *nu.* 6.
De iſto agunt *de Herrera lit. I. de Perſ. Illuſtr.*
Elſſius in Encom. Auguſtin.

LVI.

FEdericus Ponzonus ſecundus ab Alex. IV. Pont. Max. Sacri Collegii Apoſtolici à Secretis electus, ſibi demandata munia laudabiliter geſſit, conſcripſit

De Providentia Divina
De Unitate naturæ Angelicæ
De Authoritate, & dignitate Sacerdotum
Joſeph Breſſianus Virtu. Rav.
Franciſcus Breſſianus in Via lactea de Familia Ponzona, qui allegat M. S. Franciſci Corbani Hiſtoriographi Cremon. Barth. Platinæ Amici.

LVII.

VAlerius Stradivertus Philoſophus, & fortis facundiæ vir, Latinæ, Græcæ, ac Hebreæ linguæ Interpres acutiſſimus. Breſſianus commeminiſſe videtur ejus opera, quæ ad notitiam pervenerunt, ſcilicet Latinè

De Philoſophia Morali, & Speculativa;
Italicè verò
De Geſtis Marchionis Uberti Pallavicini, & Boſſii Dovarienſis ex Cremonæ Regulis;

Aure-

LVIII.

AUrelius Oliva eleganti, atque ſtudioſo ingenio fuit in Mathematicis, & rebus Hiſtoricis, ab Italiæ Principibus in magno pretio habitus, ut narrat *Breſſianus in Virtu. Rav.* qui ſubdit edidiſſe
Opera Mathematica, & de eventibus in Europa.

LIX.

MArtinus Saccha, ſeù de Sacchis, cujus Epiodium Sepulcrale à Breſſiano in Coll. J. C. relatum magnum indicat fuiſſe virum. Erat in Ædibus Divæ Luciæ *ex Collectaneis Felicis Buſchetti.*

Martinus Saccha J. C. clariſſimus, atque Conſiliarius Federici II. Imper. pluribus Principibus legationibus functus, tandem maciæ confectus ſpiritum Creatori ſuo reddidit VIII. Kal. *Septemb. Anno* MCCLIX. *Hìc requieſcit in Pace.*

LX.

JOanninus Diviſiolus juriſprudentia, eloquio, ac Philoſophia præſtitit, brevique conſequutus eſt, ut in Patria non ſolùm, ſed Ferrariæ apud Obizzonem Eſtenſem inter præcipuos legum Scriptores, & Conſiliarios haberetur; pleraque enim vulgavit opera, cùm in Civilibus, tùm in Criminalibus admiranda, à temporis edacitate conſumpta.

Auctores Syllaborum J. C. Coll.

LXI.

CAcciacomes de Summo, defuncto Bernerio ſuo Agnato, à Gregor. X. Sum. Pont. Cremonæ Epiſcopus ſuffectus eſt, dum cordatè, & omni vigilantia Gregem ſibi demandatum exemplo potiùs, quàm imperio in viam ſalutis eternæ direxit annis viginti ſeptem. Eo vivente, Turris major, quam Turratium vocant, altior adſtruitur, & Eccleſia Cathedralis amplificatur. B Facius, qui ceſſit è vita anno 1272. ab eodem dignis exequiis tumulatur, ſed de hoc erit ſermo, quum Author, qui vitam ejuſdem Beati conſcripſit, recenſebitur, Pater pauperum, & diſcordiarum civilium caduceator, meritis gravis ad humani curſus metam pervenit anno 1288. die 15. Julii PP. Eremitanis S. Auguſtini novum Templum conſtruendi facultatem conceſſit, ut ex ſequentibus literis directis Achipresbytero ejus Cathedralis, qui tunc temporis erat Joannes de Bellis anno primo ſui Epiſcopatus, non tamen anno 1271., ut ſcribunt in Dyptica *Blaſius Rubeus, & Lud. Cavitellus in Annal.*, ſed anno 1261., ut è ſequenti diplomate demonſtro.

Cacciacomes Dei gratia Epiſcopus Cremon. Archipresbytero Cremon. ſalutem in Domino.

Dilecti noſtri Prior, & Fratres de Conventu Cremonæ Ord. Eremitarum S. Auguſtini, qui de noſtra licentia, & beneplacito ad honorem Dei, ac Civium utilitatem de novo intendunt ſuum locum munire, ſupplicarunt nobis, quod nobis auctoritate noſtra pleniùs committentes mandaremus, quòd in dicto loco ſuum primarium lapidem poneretis. Quo circa diſcretioni veſtræ per hæc ſcripta mandamus, quatenus quandocunque dicti Prior, & Fratres voluerint in loco, quem de novo ædificare intendunt in Contrata S. Jacobi in Brayda, per noſtram licentiam, & auctoritatem primarium lapidem ponere debeatis: illam Indulgentiam populo facientes, quàm ſi eſſemus præſentes, facere poſſemus. Dat. Viterbii 4. *nonas Decembris Pont. D. Urbani IV. Anno primo.*

Eundem memorat *Abbas Ughellus in Ital. Sacr. tom.* 4.

P. Aloyſius Torellus in Sæcul. Auguſt. Tom. 4. *ſub anno* 1261.

LXIII.

GAndionus de Dovaria, nuncupatus etiam Vulfaxetus animi, & ſapientiæ Vir, poſt multas ad Italiæ Primates legationes peractas ab Uberto Pallavicino tunc Placentię Domino, ob prudentiæ maturitatem, & conſilium hoc anno Placentiæ Rector, ſeù Prætor conſtituitur: exindè à factionibus Guelphis expulſus, cum maximoporè Pallavicino faveret.

Cavitell. in Annal.

Umb. Locatus in Hiſt. Placen.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3.

LXIV.

THomas de Manfredis Vir impensè doctus, & in legibus enucleandis nemini ſecundus in Collegio Judicum Patriæ connumeratus, Concivibus profuit, & exteris placuit ſcribendo

Conſultationes in utroque Jure.

Breſſianus in Coll., &

Auctores Syllaborum, de quibus ſuperiùs.

LXV.

BArtholomæus de Breſſianis in juriſprudentia expertiſſimus, Friderici II. Imper. à Conſiliis, confecit

Repertorium decretorum tribus Voluminibus diſtinctum, & alia Opera.

Ut narrat *Breſſianus in Virtu. Rav.* qui ex Epitaphiis Felicis Buſchetti ſequens deſumpſit in Eccleſia Majori Cremonæ.

Bartholomæus Breſſianus J. C. celeberrimus, Invictiſs. Federici II. Imperatoris Conſiliarius, qui omnibus profuit, nemini nocuit, Hìc jacet. Obiit VIII. Kal. Decembris MCCLXV. *Erſilia Bonetta Uxor Kariſs. P.*

LXVI.

OLiverius Fabagroſſa, cujus virtutes indicabat Inſcriptio ſepulcralis in ædibus Divi Gullielmi, ita à Buſchetto relata.

Egr. Artium, & Medicinæ Doctor D. Oliverius Fabagroſſa inter Primarios ſuæ ætatis Philoſophus floruit, & in hac Patria ſua valdè utilis. Hìc jacet, qui obiit 3. Kal. Julii anno MCCLXVI.

LXVII.

JUlianus Redenaſcus ingenii fælicitate præcellens, in Magiſtratibus tùm domi, tùm foris præclariſſimus juriſperitus, Alberto Rom. Imperatori chariſſimus ob legationes pro eodem egregiè obitas, Equeſtri dignitate, aliiſque honoribus inſignitur. Edita ætate immortuus eſt, & in Templo Divi Dominici ante aram majorem adhuc proſtat ejus tumulus cum Juliani effigie ſaxo delineata, & inſcriptione

Sepulcrum Magnifici Equitis, ac J.U.D. Juliani Redenaſcho, & Hæredum ejus, qui obiit III. Kal. Octobris Anno MCCCVIII.

Breſſian. in Coll.

LXVII.

BOſius Dovaria, ſive Doaria, ſivè ut alii vocant, Dovarienſis memorati Gherardi viri potentis Filius, poſt Ubertum Pallavicinum Marchionem, Patriæ dominium, ſeù potiùs tyrannidem exercuit in ea Cremonæ parte, quæ Urbs vetus dicebatur, qui cum etiam reliquam Urbis partem ſubigere meditaretur, eam non ſolùm non vicit, ſed à Cittanovanis (ut ajebant) fugatus Patria exceſſit, ſemper poſteà uſque dum vixit, extorris, anno namque 1285. Vercellenſem Præturam geſſit, ut ex illius Urbis ſtatutis, in quibus ſæpiſſimè memoratur. Erat quidem Boſius miles in bellis fortiſſimus, ut de eo pleraque fantur Hiſtorici, & præcipuè ipſum de truculentiſſimo Ezzelino victoriam reportaſſe conſtat; attamen ſcripta marte ſuo reliquit

Statuta ſervanda à Cremonenſibus pro Reipub. negotiis adminiſtrandis.

Eo tamen pulſo, fuerunt omnia reſciſſa, ejuſque nomen publicè abolendum decreverunt per alia ſtatuta condita anno 1281., ut notat *Turreſinus in ſuis M. S. Hiſt.*

De eodem Boſio, quem nonnulli Boſonem vocant, innumeri ſunt ſcribentes, permultaq; de eo adfert Author Anonymus de Factis Mar-

Marchiæ Tarviſinæ, verùm pro majori eruditione illorum, qui putant, Dovarios originem habuiſſe à noſtris antiquiſſimis, jam recenſitis varis, ſciendum eſt à Dovaria Oppido in Agro Mediolanenſi eos, & à familia de Anſelmis initium traxiſſe, Cremonæ verò incoluiſſe annis circiter ab ortu Chriſti 1021. ut innuit *Bernardinus Corius Hiſt. Mediol.* hiſce verbis, *per queſto tanto fù inſuperbito Eriberto, che poi havendo lui ſottopoſta Cremona, per haver i Cremoneſi contra Milaneſi preſtato ajuto à Berengario, & Ugo, potenti Conti nella Valle Mercuriola, dentro vi miſe quei di Doveria ſuoi parenti.* Et ante Corium *Galvanus Flamma in Chronic. minori M. S. cap.* 137. *Tunc Heribertus Archiep. Mediolanenſis tres portas Civitatis Cremonenſis obtinuit, & ad perpetuam rei memoriam unam portam Heriberti, uſque in præſentem diem appellavit, ubi parentes ſuos de Arſago, & de Dovaria, quæ eſt juxtà Arſagum, habitare voluit, de quibus natus fuit magnus Boſius de Doaria cum tota ſua parentela.* Iſti, quòd erant honorificè de quampluribus Feudis decorati ab Epiſcopis Cremon. & præſertim in Oppidis Malei, & Caſtri Bucæ Abduæ, eò potentiæ tandem pervenere, ut Exarchatum Imperialem in Gallia Ciſalpina, pro Boſſio (qui erat omnium expertiſſimus, ſe ſe ſperarent adepturos à Friderico Imper. à quo Dovarienſes præcipuè diligebantur, ut inſinuavimus ſcribentes de Paſchali Pſeudo-pontifice. Sed defuncto Friderico, ejuſque filiis miſerè necatis in Campania. Boſius fortuna ſemper uſus eſt adverſa. Malè ſugillatur à Dante Poeta in Inferno cant. 32. ubi apud exteros proditoris nomen ſibi peperiſſe oſtendit.

Ei piange qui l'argento de Franceſchi:
Io vidi; potrai dir quel dì Dovera,
Là dove i Peccatori ſtanno freſchi.

Memoratur quidem cum ludicro lepore ab Alexandro Taſſono Poeta Mutinenſi in Poemate Heroicomico, cui titulus *La Secchia rapita cant.* 5. *ſtan.* 2. & 63. ubi

Con quattro mila ſuoi mangia fagiuoli
Stava Boſio Dovara alla Campagna.

Huic denominationi Cremonenſibus per jocum attributæ crederem, ni ſententia fallor, initium haud ineruditum fuiſſe. Cremonam exhibere figuram navis, cujus malus non inconcinnè dici queat editiſſima Turris, nemo, qui ejus archetypum, aut ectypum perſpexerit ignorat. Phaſelus, ſeù phaſellus ſonat idem quod navigium, miſtam habens formam ex oneraria, & longa triremi tàm velis, quàm remis apta, & de quo vide *Val. Catullum* paulò poſt ſuorum carminum princ.

Phaſellus ille, quem videtis Hoſpites &c.

Ab noſtris non ineptè igitur ex ipſa forma navis Cremona appellata, fuit Magnus Phaſelus, quod exindè nomen ab abderologis, & ſcurrilium ſectatoribus, ut innuimus, inverſum fuit, quos inter Achriogelus ille *Andreas de Bergomo* in ſuis fohatiis *ſatire alla Carlona,*

digno quidem titulo nuncupatis, qui ſemper impurè, & petulanter loquitur, quàm ludicer artis genius expoſcat, qui elocutionem è triviis compotabilibus (utor verbis Apuleii) mutuatur. Sequitur *Bernardus Saccus* aculeum exerendo *in ſuo de orig. & eleg. Italicarum rerum libello lib.5. cap.* 1. quibus accedunt *Theophilus Folengus* in ſuo notiſſimo Libro ſub nomine *Merlini Cocai edito*, *Thomas Garzonius in vol. Platea univerſalis italicè inſcripto diſc.* 94., ubi etiam ſapidè allantes Cremonenſes allambit. Nec poſthabenda hìc eſt fabula, utique ab ollis culinæ inæſtuantibus extillata à Franciſco Fulvio Frugono, cujus tonacæ,& cineribus parco, in libro enim ſuo, cui tit. præfixit *Cane di Diogene tom.5. narrat* 10. *fol.* 108. dum neſcio cujus Ganeonis Bibliothecam deſcribit,ibi Codices tantùm de gula agentes recenſens, inter hos verò tractatum, inſulſo, ſeù potiùs maligno ingenio, oſcitanter tamen, à ſe confictum enumerat. *De intingolis*, & *moſtardis præparandis*, *Authore Crematio Cremolino Cremonenſi*; quo loco, vel Cremonenſes indebitè traducere videtur, ut helluones, vel ſaltem Platinam noſtrum Scriptorem non ingloriũ, qui de obſoniis nonnulla exaravit tacitè, & implicitè ſugillat.

Antonius Campus in Hiſt. Cremon. lib. 3. de eodem Boſio plura, cum ejus icone affabrè excuſa.

Alterum Boſium Dovariam Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonicum, Curiæ Epiſcopalis Vicarium Generalem, virum prudentiſſimum, ſub Antiſtite Hieronymo Triviſano referunt monimenta anni 1513.

LXIX.

ANtoniolus de Caucciis legum Doctor diſertiſſimus, ejus opera fuere

De Legitimatione lib. 3.
De Verborum Obligatione lib. 3.
De Privilegiis dotalibus lib. 4.
De Jure Fiſci lib. 2.

De eo mentio in Syllabo J.C. de Coll. & apud *Breſſian. in Coll. & in M. S. cui titulus Virtu. Rau.*

Floruerunt ex hac antiqua Familia J. C. de Coll. præter alios, de quibus ſuo loco,

Bertolinus anno 1400. circiter.
Franciſcus anno 1430. à Mediolani Duce in Patria Ducalis Fiſci, & Communitatis Cremonæ Advocatus conſtitutus.
Bartholomæus anno 1529.
Caucinus 1531. qui fuit fabricæ Eccleſiæ Cathedralis Præfectus anno 1533.
Johannes Baptiſta 1559.
Franciſcus 1573.
Johannes Paulus 1623.

Guido

LXX.

GUido Suzarius, ſive Suzaria Mantuæ natus, ut volunt alii (ibi enim florebat Gens Suzara, teſte *Platina in Hiſt. Mantuana lib.* 2.) Cremona quidem oriundus, & ibi publicè legum celeberrimus Scrutator, de quo *Johannes Jacobus Crottus in Oratione habita, qua die Franciſcus Sfondratus in Collegio J.C. Cremonæ uſcitus fuit, Papiæ cuſa apud Jacob de Burgofranco ann.* 1522. ſic ait. Omitto Guidonem radiantiſſimum Suzariæ gentis, noſtra olim in Patria nobiliſſimæ ſydus, in Sacrario divi Dominici Pyramide lapidea tumulatum, cujus Scientia univerſo Terrarum Orbi compertiſſima eſt. De eodem *Julius Tarteſius de Nobilit. pag.* 118. ſub num. 109. hæc habet pro majori eruditione. *Habet enim Civitas Cremonæ anno* 1413. *à Sigiſmundo Imperatore privilegia Studii Publici, quæ adhuc in Civitatis Archivio reſervantur, cum prius haberet ſtudium tantum univerſale, ut patet ex ſtatutis Civitatis, quorum principii memoria non eſt in contrarium, quod ſtudium in effectu in ea exercebatur, ut demonſtrant quamplura antiqua monumenta in diverſis Templis erecta, & inter cætera in Templo Divi Dominici præter alia poſitum eſt Monumentum Guidonis Suzaræ inter antiquiſſimos J.C. numerati Cremonæ legentis, qui fuit Bartoli Præceptor, quod translatum eſt ex Templo S. Gulielmi, & alibi varia inſpici poſſunt monumenta Profeſſorum in qualibet diſciplina liberali, & multò plura conſpicerentur, ſi Templum Divi Gulielmi extra mœnia poſitum, tenus quod exercebatur Studium, diſruptum, & funditùs everſum non fuiſſet cum omnibus Burgis, & honoratiſſimis, & antiquiſſimis Templis in ſuburbiis exiſtentibus.*

En inſcriptio Guidoni erecta, quam refert Joſ. Breſſianus in Inſcript. Patriæ M S., cum ætate noſtra lapis fuerit vel ſublatus Paſtophorio, vel ſub ligneis ornamentis obrutus.

Hìc jacet extinctum Patriæ lacrymabile lumen,
Hìc jacet Italiæ decus, hìc & Jura Guidonis
Suzari defuncta jacent vulgata per Orbem,
Hìc legum interpres doctarum gloria Mundi
Præfuit, & multos ſtudio hoc dedit eſſe peritos
Floruit eloquio, clarusque ab origine Patrum,
Juſtitiæ cultorque fuit, ſervator Honeſti.
Nunc ſtudioſa choors legum, & Veneranda poteſtas
Tota fleat tanto, ac tali caritura parente.
Daniel de Conradis legum Doctor ornavit.

Inter alios Cremonenſes celebres J.C.C. quorum effigies in Atrio Fori D.D. Judicum, & Militum nuncupato, depictæ extant, illa oſtenditur Guidonis Suzariæ, quod innuit *Joannes Jacobus Turreſinus in Epigr. ad conſilia Joannis Bortæ ubi*

Gelliolo Cavitello adſtet Suſaria Guido
Et vix ſtent tantis preſſa Theatra Viris.

Ex

Ex præcipuis J. C. ab innumeris Auctoribus exprimitur. Ejus opera ſunt

De Torturis, & Quæſtionibus Tract. cum notis Lud. Bolognini Francofurti 1597.

De Inſtrumento Guarantigiato

De Judiciis, & Tortura

De Jure Emphyteutico

De primo, & ſecundo decreto, & alia, de quibus conſulendum eſt Amphitheatrum legale eruditiſſimi D. Comitis Fontanæ. Verùm ſi majora cupis, en ad verbum ea, quæ refert Guido Pancirolius Regienſis Interpres primarius Paduæ. *De claris legum interpretibus in libris quatuor editis ab Octavio Panzirolio Nepote Auctoris, Canonici in Eccleſia Cathedrali Regii, dicatis Joanni Jacobo Panzirolio Auditori Rotæ Romanæ impreſ. Venetiis per Marcum Antonium Brogiolum* 1637. *in* 4. *lib.* 2. *cap.* 41.

Inter clariſſimos ſui temporis profeſſores Guido Suzarius fuit, quem ego à Suzaria olim Regienſium, ſed nunc Mantuanorum Caſtello Suzarii nomen habuiſſe arbitror. Ex Azonis Schola prodiit, & Mutinæ docuit, ob id eum Mutinenſem fuiſſe Gulielmus Duranti falsò exiſtimat. *Jaſ. tit. de Aduo. §. ſequitur non ergo.* verò Cremonenſem. Is anno MCCLXX. Regium, ubi tunc omnium diſciplinarum ſtudia florebant, ad Jus civile docendum conductus, cum liberis, ibi Civis factus eſt. Ac niſi Mantuam, à Carolo Apuliæ Rege evocaretur, in Regienſi Accademia leges Romanas perpetuò ſe ſe interpretaturum, tactis oculo, & manibus ſcripturis, juravit. Contra illi Regienſes, quantum agri tribus bovum jugis anno arari poterat (tres Manſos vocabant) in Aggerum pago aſſignarunt; una prætereà ex Civitatis moletrinis promiſſa, eam, quæ ad Sanctæ Crucis portam erat, ſibi elegit, quæ omnia, ſi culpa ſua profiteri deſiiſſet, Reipublicæ ex conventione reſtituenda erant. *Cartophilac. Reg. lib. Magn. pag.* 301. & 306.

Juris Civilis doctiſſimus parùm in Pontificio, quod raró citabat, profeciſſe creditus eſt, ob idemve Epiſcopatu, quem affectavit, indignus eſt habitus. Naturalis verò Philoſophiæ non expers fuit; Præter Commentaria, quæ in Pandectas, & Codicem edidit etiam de Jure Emphyteutico, de Inſtrumento, quod Quarentigiam vocant, de Ordine Judiciorum, ac de Judiciis, & Tortura Tractatus, qui hodie extant, compoſuit, in quibus ſe cum Accurſio pro decidendis conſilium habuiſſe teſtatur; Levitatis tamen famam non effugit, quòd licentiore habitu, quàm profitentis, & Juriſconſulti gravitati conveniret, petulantiùs uteretur; Verſicolores enim, & vario Serico virgatas veſtes, nec eas talares gerere conſuevit.

Moriens inter alios liberos Petrum reliquit, qui & ipſe Juſcivile profeſſus Regii in Divi Dominici Æde ſepultus jacet, à quo

Suza-

Suzarii poſteri etiam num Regii degunt. Cremonenſes eum Cremonæ docentem occubuiſſe ferunt. *Jul. Tarteſ. de Nobilit. parte prima num.* 109. & in D. Gulielmi Templo in ſuburbiis humatum, quæ poſteà diruta fuere. In quibuſdam annalibus ipſius hoc legitur Epitaphium Jo: Jacob. Caroldi à Secret. decem viror. Venet.

Febre carens Febre concutitur,
Perquam Febris Febrem aggreditur.
Letho Febris, Febre dirimitur,
Dum ipſe moritur.
Ipſum duplici Febre ſublatum ſignificat.

LXX.

LIgurius de Summis in magno pretio his temporibus habitus, hoc anno Placentiæ Præturam adminiſtravit, dum Cremonæ Prætor eſſet Joannes Confalonerius Placentinus.
Antonius Campus Hiſt. lib. 3.

LXXII.

JOannes Presbyter Sæcularis, cujus familia me latet, manſionarius Metropolitanæ Cremonenſis ſub Cacciacomite Summo Patriæ Antiſtite, poſt obitum Beati Facii Veronenſis, qui Cremonæ deceſſit die XVIII Januarii anni MCCLXXII. ob inſignem literaturam ab Epiſcopo, & Canonicis electus fuit, ut res ab eodem Venerabili Viro geſtas, & miracula monumentis mandaret. Quod ipſe non contemnendo conatu præſtitit, latinè ſcripta.

Hiſtoria vitæ, mortis, & miraculorum Beati Facii, quæ M. S. ſervatur apud Nob. Rectores Hoſpitalis Majoris Cremonæ, & quæ citatur à Leonardo Gregorio Cremonenſi, tàm in epiſtola ad Canonicos nuncupatoria conſimilis Hiſtoriæ de Beato eodem Viro, quàm exindè deduxit, & Italicè deſcriptam edidit Cremonæ apud Diaconium, & Zannium 1606. quàm in ipſa Hiſtoria ſua p. 66. Unde, & ejuſdem argumenti commentationem hauſit etiam Breſſianus.

LXXV.

JOannes de Piſcarolis J. C. cum eſſet probatæ experientiæ Vir, animo, & virtute ſingularis, à Senatu, & Populo Bononienſi Poteſtas acclamatur anno 1275. nec non ad Vicegerentiam 1282., & iterum ad Præturam annis 1283. 1285. & 86. ut notat Joannes Paſq. *Alidoſius in libro, cui tit. delli Podeſtà, e Capitani del Pop. di Bologna. Breſſianus in Coll. J. C. & Syllabus ejuſdem Collegii.*

Anno 1273. Romæ effulſit Bernardinus Piſcarolus muniis Eccleſiaſticis refertus.
Breſſian. in Roſ. & Violis &c.

Iiſ-

Iiſdem temporibus exclaruit & Thebaldinus ex hac gente in Reipub. Senenſi præclari Judicis nomine decoratus.

LXXV.

JOannes de Perſico, ab aliis Jo: à Cremona nuncupatus Ord. Herem. Divi Auguſtini Theologus Facundiſſimus, & ſublimis Philoſophus, Congregationis Auguſtinianæ in Latio ſupremus moderator, cujus in Bibliotheca inſigni ejus Conv. Cremonæ vidi extare Opera caraxata in paginis hædinis antiquo caractere, cui tit.

Joannis de Perſico ſuper dialectica Petri Hiſpani, & in librum Thomæ de Aquino fermè ex ejus Synibronis, de Fallatiis to. 1. *in* 4.

Poſtillæ in Evangelia tom. 1. *in* 4.

P. Philippus Elſſius Bruxellenſis Auguſ. in libro Encomiaſt. Auguſt. affirmat, Perſicum ſcripſiſſe opera ſequentia præter enuntiata

Hiſtoriam Eccleſiaſticam,

Varias expoſitiones in Biblia

Contra Judæos, atque Rubelles Eccleſiæ, & ſedere in eadem Bibl.ca verùm hæc videre non datum fuit.

Lud. Jacob à S. Carolo Burgundus Ord. Carm. in Bibl. Pontificia pag. 137. ubi de Joanne XIX. aliis XXI. hæc leguntur. Scripſit Summulas Logicales &c. extant M.S. Patavii in Biblioth. Nicolai Treviſani &c. Cremonæ in illa Auguſtinianorum cum Commentariis Jo: de Perſico Cremon. Auguſt. &c. ubi dicit reperiri etiam Sermones Prædicabiles, & quædam alia M.S. ejuſdem Sum. Pont. De eodem.

Poſſevinus in Appar. Sacro Tom. 1. *& Tom.* 3. ubi de Biblioth. Auguſtiniana Cremonenſi.

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

Cavitell. Annal. ſub anno 1336. anno, quo Heremitæ Divi Auguſtini de obſervantia, habita Eccleſia Divi Jacobi in Brayda, ſe contulerunt Cremonam.

Pamphilus Ep. in Hiſt. Anguſt. pag. 31. & alii multi.

Voſſius de Hiſt. Græcis, & Latinis lib. 3. *pag* 708. hunc confundit cum Joanne illo Cremonenſi, qui vivebat 1130., ut ſuo loco diximus.

LXXVI.

GUillelmus Vicecomes Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor eximius, aliiſq; virtutibus refertus ære publico Phyſicam Vindobonæ interpretatus eſt, ejus Opera ſunt

De varietate malorum lib. 2.

Praxis de curandis infirmis.

Cremonæ obiit ſepultus cum hac inſcriptione in Ædibus Divo Gregorio dicatis.

Gu-

Gulielmi Vicecomitis Nob. Cremon. Phyſici, & Lectoris clariſſimi, ac Philoſophi, & Aſtronomi doctiſſimi, hic oſſa repoſita ſunt, qui obdormivit in Domino Anno MCCLXXVI. *ætatis ſuæ Anno* XLIII. *Menſ.* IX. *diebus* VII.

Familiam de Vicecomitibus floruiſſe Cremonæ Patritiam conſtat ex Decurionum Nomenclatura antiqua.

LXXVI.

GUillelmus abſque familiæ cognomine, de Cremona nuncupatus Sacr. Ord. S. Dominici, moribus, & doctrina admirabilis, hoc anno in Civitate Bononiæ contra hæreticam pravitatem Inquiſitor Generalis conſtituitur.

Memoratur à *Vincentio Maria Fontana in Sacr. Theat. Dominicano in Appendice*, ubi de Inquiſitoribus Bonon.

LXXVII.

POntius Amatus Vir ſuo ævo ſingularis, Prætor Mediolani hoc anno Juſtitiam adminiſtravit, ſed quantum in dignitatibus fælix, tantumdem infauſto exitu vitam concluſit, nam occiſus in pugna Turrianorum adverſus Vicecomites die feſto S Agnetis, in loco Deſii Togam armis cædere ſuo ſanguine ſcripſit.

Hunc memorant

Galvaneus Flamma ex manip. florum &c.
Triſtanus Calvus Hiſt. lib. 17.
Bernardinus Corius Hiſt. eodem anno.
Campus in Hiſt. lib. 3.

Animadvertendum tamen eſt, hunc Prætorem Mediolani, alioſve à me recenſendos, fuiſſe non tantùm literis, verùm etiam armis decoratos, & Doctores ſimul, & milites provincias ſibi ipſis demandatas gubernaſſe.

LXXVIII.

EVangeliſta Goldonus Romam translatus, Cardinali Urſino Nicolai III. P. M. Nepoti chariſſimus. Ingenio ſummo fuiſſe traditur, & in moralibus conſcribendis præcipuo; nam ejus fuere

De Cuſtodia Cordis lib. 2.
De Pace, & Cordis tranquillitate lib. 2.

De eodem Breſſian. in V. R.

LXXIX.

OLdofredus Maggius, ſeù de Madiis juriſprudens inſignis, cujus virtutum monumenta ſi antiquitas abraſit, ejus nomen ſervavit ſequens Epigraphe in Templo S. Galli Cremonæ relata *à Buſchetto in Epit., & à Breſſiano in Coll. J. C.*

Oldofredo Maggio J.C. præſtantiſſimo, Viro Genere, prudentia, moribus conſpicuo, Federici II. Imper. Conſiliario, mortuo VI. Kal. Februarii anno Domini MCCLXXIX. *Anno ætatis ſuæ* LXXIII. *Valentina Ala Uxor dilectiſs. P.*

Ejuſdem extat memoria in *Syllabo J. C. de Coll.*

LXXX.

JUſtinianus Ala nobilis Aſtronomus habitus eſt, ſuamque ſcientiam Concivibus publico in Gymnaſio luculenter fuit impertitus, ſcripſit etiam

De Aſtronomica Ratione

Theorica Cæleſtium Orbium lib. 2.

De Cognitione primi Mobilis.

Sepulchrali ſaxo in ædibus Majoribus Cremonæ legitur.

Hìc requieſcit in pace Mag. Juſtinianus Ala Aſtronomus Peritiſſimus, & Patriæ ſuæ chariſſimus, qui vitam cum morte comutavit Anno Dominicæ Incarnat. MCCXC. *Die* XI. *Menſis Martii Anno ætatis ſuæ* LXXXIX. *Menſ.* VII. *Dieb.* IX. *Sigiſmundus F. Patri chariſs. P.*

LXXXI.

COnradus Guaribertus J.C. ſpectabilis, & Vir doctrina, & eloquentia percelebris, hoc anno in Collegium accitus eſt, degens Mediolani cum ſumma ingenii comitate tùm juriſperitiæ elegantia. Matthæo Vicecomiti maximè acceptus fuit, cujus opera in Adulphi Alſatiæ Comitis, exinde Rom. Imper. gratiam reſtitutus, ab eodem Cæſare ad Bonifacium VIII. Sum. Pont. mittitur Cæſareo nomine Legatus.

Breſſianus in Coll. & Auctor Syllabi.

LXXXII.

JOcardus de S. Petro, Legum Doctor nominis celebritate memorandus occurrit; Quocircà à Petro Gradonico Venetorum ſupremo Duce magnoperè dilectus fuit, ejuſque favore dignitatum gradus conſcendit. In Patria tandem quievit, ſepultus ad Divi Abundii hoc monumento.

Jacet intus ſub hoc lapide Spect. & Exim. Doctor. D. Jocardus de Sancto Petro, qui ex hac vita migravit die XXI. *Menſis Novembris Anno à Partu Virg.* MCCCXXIX.

Breſſianus, ut ſuprà.

Autor Syllabi J. C. de Coll. typis dati, vocat hunc Giucardum de Scompetro, &

Autor Syllabi M. S. Guizardum.

Hime-

LXXXII.

HImerius Guardalupus Theologus celeberrimus, à teneris annis Franciſcanam Familiam profeſſus, Gregorio X. Summo Pontifice prædilectus, quammultis graviſſimis ejus nomine legationibus obitis, & præcipuè ad Genuenſes, & Venetos, ut pacis fœdera componeret, Epiſcopus Acciæ in Corſica electus fuit. Poſtmodum unà cum eodem Gregorio Lugdunenſi Concilio honorificè adfuit, cui ſiquidem intervenit Michael Paleologus Imperator Conſtantinopolitanus, ubi clariſſimæ doctrinæ lumina mirificè effudit. Tandem Pariſiis beatiſsimè evolavit ad Superos, in qua quidem Maxima Vrbe ejus Cadaver à Min. Convent. aſſervatur. *Antonius Campus Hiſt. Cremon. lib.* 3. *ad ann.* 1282. *Joſeph Breſcianus in Corona &c. lib. p. p.* 2. qui allegat *Fabagroſſam pag.* 88.

Petrus Rodulphus Toſſignan. Ep. in Hiſt. Seraphicæ Relig. lib. 3. ubi memoratur Homerius ex Nob. Guadaluporum Familia. *Vvadingus in Annal. ad annum* 1272.

Haroldus in Epitome &c.

LXXXIV.

LEonardus Arnatus in Collegium Judicum Patriæ adoptatus, Veronæ dum eſſet pro Carolo Siciliæ, & Hieruſalem Rege Vicarius, inter Veronenſes, Brixienſes, & Mantuanos contentiones excitatas prudentia, & auctoritate compeſcuit. Præturam Reggii Lepidi adminiſtravit, aliiſque muniis illuſtris à vita deflexit, in Patria humatus in Majoribus Ædibus, ubi hæc lego

MCCC. Die XII. *Menſis Auguſti, obiit Leonardus Arnatus J. C. clariſſimus unà cum aliis ejuſdem familiæ in hoc tumulo decoratus. Cæcilia Roccia Uxor Mæſtiſs. P.*

Breſſian. in Coll.

Fulvius Azzarius in Hiſt. Regg.

LXXXVI.

LAntelminus Benzonus Juriſprudentia clariſsimus, omnibus literis eruditus, Juſtus cognominatus, cum integerrimus amator Juſtitiæ eſſet. De eodem ſcribit Cavitellus in Annal. hoc anno.

Anno altero Cremonenſes, Novocomenſes, Brixienſes, ac Turriani, & alij factionis Guelphæ ex Gallia Ciſalpina occupata per Ghibellinos (Turri eminentiori Cremonæ illinc expulſis Guelphis) auſpiciis Rodulphi Cæſaris cum Vicecomitibus, ac Mediolan. & aliis factionis Ghibellinæ pacem contraxerunt ſtudio Lantelmini de Benzonibus J. C. Cremonenſis.

Breſsian. in Coll. J. C. qui refert aliàs in Eccleſia S. Pauli fuiſſe hoc Epitaphium.

Hic jacet Corpus Magnif. & Sap. Viri D. Lantelmini de Benzonis Jur. Conſ. præſtantiſſimi, qui in ſedandis diſcordiis inter ſuos Cives, & alios fuit excellentiſſimus, in Conſiliis, & legationibus doctiſſimus, & in Vita Sanctiſſimus, & probitate fulgentiſſimus. Obiit XI. *Kal. Martii anno Domini* MCCCXVI. *ætatis ſuæ ann.* LXXI. *Clara Carçana Uxor Mæſtiſs. P.*

Antonius Campus in Hiſt. ad annum prædictum 1286. *vocat* Lantelminum Lantelmum, & Patria Cremenſem, ita & *Alemanius* Finus in Serianis; verùm Corius, & Cavitellus eum ſcribunt Cremonenſem, ut vidimus.

LXXXVII.

GUiſcardus Perſicus Nobili, & Illuſtri natus familia, religioſis moribus eque, ac doctrina ſublimis, Eccleſiæ Majoris Cremonenſis Canonicus Archipresbyter, hoc tempore ad Mediolanenſe Concilium ſub Othone Vicecomite Archiepiſcopo, nomine Cacciacomitis Antiſtitis Patriæ perrexit, cujus conſtitutionibus ſubſcripſit. Integerrimè advolavit ad gloriam poſt ſe relictis Operum Voluminibus, quæ quidem antiquitas non ſivit ad nos pervenire

Ejundem comminiſcitur *Bernardinus Corius in Hiſt. Mediolan. Fabagroſſa, & Breſſian. in Coron. Vir. Illuſtr.*

LXXXVIII.

GErardus de Joſano, melius de Gluſiano, inſignis Juriſperitus, qui mira vi ingenii, ac prudentia Florentinæ Reip. habenas rexit. Capitaneus à Populo delectus hoc anno 1288., à Patavinis poſtmodum accitus, ob inſignem juſtitiam, qua Civitates regere ſolebat anno 1293. ſuæ Urbis Præturam eidem comendarunt.

Scipio Ammiratus Hiſt. Florent. p. 1. *tom.* 1. *lib.* 6. *pag. mihi* 298.

Anonymus Scriptor ex Codicibus Papiſavio, & Conradino Patavinis.

In Urbe Florentiæ, utique florentiſſima nunc vivit, & in ævum vivet illius Civis celeberrimus Antonius Magliabequius, Magni Hetruriæ Ducis à Bibliothecis ſcientiarum omnium oraculum toti Orbi literario, præter invidiam notiſsimus, haud quaquam ſatis infinitis laudibus extollendus, & à me profectò ſemper excolendus, cum mei tenuem neceſsitudinem ſuis ſynceriſsimis literis charam habere fateatur.

LXXXVIII.

POncius Ponzonus Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, defuncto Cacciacomite, cujus erat Generalis Vicarius Sacris Vittis præcingitur, & Patriæ Pontifex à Nicolao V. renunciatur, pietatis ſym-

ſymbolum, & vigilantiæ refulget. Ad ſedandas inteſtinas inimicitias potens opere, & ſermone. Verùm ceſsit eternitati anno 1290. Sedente hoc Antiſtite *P.P. Ordinis Prædicatorum* S. Dominici, & Conv. S. Gulielmi extra Urbem, ad ædes S. Martini, & S. Agnetis, *transferuntur* exinde Magnifico Templo, ac Cætu ſatis amplo, conſtructis. De hoc loquuntur.

Antonius Campus, *Cavitellus*, *Rubeus*, *Joſeph Breſſian. in Roſ. & Viol.* *Franciſcus Breſſian. in via lactea* Famil. Ponzonæ *pag.* 22. qui refert inſcriptionem ejus tumulo appoſitam, quò te remitto.

LXXXIX.

GUiſcardus de Guiſcardis Ord. S. Franciſci, primo ejuſdem Inſtitutionis ſæculo addictus, Theologus, & optimus Divini Verbi Præco, à Nicolao IV. Max. Pont. Tripolis in Syria Epiſcopus conſtitutus anno 5291. ex ſævitia Melech Aſach, qui Urbem occupavit, cum eidem, Evangelio munitus, & prædicationibus, reſiſteret, acerbiſſimè cruciatur, & quadrifariam reſciſſo Corpore, glorioſiſſimi Martyrii palmam obtinuit.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3.
Peregrinus Merula in libro, cui tit. Raccolta de Cremoneſi in Sant. inſigni.
Breſcianus in Coron. Vir. Illuſtr. lib. 1. *p.* 2., *in Roſ. & Viol. ſub annis* 1289.
Hier. Balladorius ubi ſuprà
Guiſcarda familia Cremonæ extitit, & Nobiliſſima, ut ex Syllabo J. C. de Coll. leguntur Bonifacius, Belenghrius, Alexandrinus, & Bonifacius alter, de quo ſuo loco.

XC.

BOnitius de Narnis, ſeu ut alii Benicius de Nardis, Vir pietate, & doctrina clariſſimus S. R. E. Presbyter Cardinalis à Nicolao IV. *creatur*: eodemque fermè tempore, ut tot ejus meritis digna præmia Sum. ille Pontifex impertiret, Epiſcopatum Patriæ ipſi *concedit*, quem vigilantiſſimè adminiſtravit annos ſeptem; nam 1297. ex hac militanti ad triumphantem Eccleſiam evocatus eſt ut ſcribit *Blaſius Rubeus in Dyptica*. *Cavitell. in Annal. ſub eodem anno*, *Abbas Ughellus in Addit. ad Ciavonium ſub Nicolao IV.*, verùm in Regeſtis *Italiæ Sacræ Tom.* 4. ubi de Epiſcopis Cremonenſibus eum negligit. P. Oldoinus ſub eodem Sum. Pontif.
Huic ſucceſſit Raynerius de Rubeis Parmenſis, quem *Abbas Ughellus*, *ubi ſuprà*, vocat de Caſulis.

Nico-

XCIII.

NIcolaus Cornificius Vir ingenio præclaro, & in magno pretio hiſce tempeſtatibus habitus eſt. Præturam Placentiæ hoc anno adminiſtravit.

De eodem Campus in Hiſt. lib. 3.

XCIII.

ANaſtaſius Bottus, ſeù Botta, Medicus Philoſophus, & Aſtrologus optimus ſuis temporibus exclaruit, pertractavit ex teſtimonio Joſephi Breſſiani in opuſculo Virtu. Rav.

Commentaria in Galeni Opera

Methodum de curandis febribus.

Quintum ultra nonageſimum annum explevit, ſeque ſui ipſius Medicum inſinuavit.

XCVII.

THolomæus de Cortixiis Legum Doctor, clari nominis ex Patriæ inſigni Collegio ad Patavinæ Urbis Præturam regendam promotus anno 1310.

Codex Zabarellius, in quo nominatur de Curtoſis,

Portenar de felic. Patav.

Breſſian. in Coll.

In Syllabo nominatur Theolominus.

Plures ex hac gente, à qua fuit denominatus vicus vocatus Curtis Corteſiorum ad nonum lapidem, ex Collegio J. C. floruerunt antiquitùs, nempè

Otho, Jacopinus, Philippinus, Otholinus, Philippinus alter, & Gherardinus.

XCVII.

ROdulphinus Cavalerius, cujus doctrinæ memoriam exhibebat exſculptus lapis in Eccl. S. Syri, nunc S. Sepulchri nuncupata, ut innuit *Buſchettus*.

Rodulphinus Cavalerius Phyſ. clariſs. Philoſ. & Aſtronomus eruditiſſimus, Græcè, & Hebraicæ linguæ doctiſſimus in hoc tumulo jacet, qui obiit IX. Kal. Octobris anno ab Inc. Domini MCCXCVII. *Helena Amidana Uxor mœſtiſs. P.*

XCVIII.

SInibaldus Burgus Medicinæ, & Philoſophiæ Doctor, gravi, atq; firmo Judicio vir, nonageſimo ſeptimo anno major reſolutus ceſſit, cum jam capularis effectus oculorum acie prorſus caligaret, fulgentiſſima quidem dedit opera.

De

De Sanitate tuenda.
De ratione victus.
De nutritione, & augmentatione.
De Doloribus cholicis.

Vide *Syllabum Coll. Medicorum Cremonæ.*

XCVIII.

GUillelmus de Obdolinis, vir undecunq; gravis, & prudens, Ceſenæ Præturam æqua lance hoc anno rexit, ut per Claramontium in Hiſt. Ceſenæ lib. x. pag. 402. Sciebat cum *Leone ſermon.* 9 de Paſſione, Judam eſſe exemplar Judicis pretio corrupti, & nullum eſſe in illo corde juſtitiæ veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum.

MCCC.

ALbertus de Gandino, laurea doctorali Paduæ ſuſcepta, præclariſſimus Juris Doctor evaſit, in materiis utique criminalibus celeberrimus effulſit; nam Florentiæ, Bononiæ, Peruſii, & Senarum Judex, & maleficiorum Aſſeſſor jura dixit, ut habetur ex ejus Operibus, quæ ſunt

Tractatus Criminales, ſeù de Indiciis, & Tortura, quibus additiones fecit Ludovicus Bologninus.

Libellus ſuper maleficiis, qui penès me eſt Venetiis impreſſus apud Cominum de Tridino Montisferrati 1578. unà cum Opuſculis in ſimili materia Angeli Aretini, nec non Bonifacii de Vitalinis Mantuanis, cum (ut Legulei ajunt) appoſtillis Auguſtini de Arimino, & Hieronymi Chuchalon.

Hæc Opera fuerunt aliàs, & alibi repetitò impreſſa, at primùm Venetiis 1491. & etiam Lugduni, ſtudio Bernardini de Landriano Mediol. 1514. ſcripſit &

Quæſtiones in ſtatuta Bononiæ, ut ipſe loquitur in Cap. ult. Tract. de Malef. nec non

Tractatum de Syndico, ſive Syndicatu, quem citat Auguſtinus Ariminenſis J.C. in Additionibus ad Angeli de Aretio opus de Maleficiis, ex quo Tractatum eundem citat & Landrianus in ſuis appoſtillis ad eundem Angelum fol. 8.

De eodem *M. Hieronymus Vida* in ſuis Orationibus adverſus Papienſes Act. 2. (ubi de Illuſtr. Cremon. ſcribit) *Albertum in primis Gandinum acutiſſimum ſuorum temporum Juris interpretem, cujus luculentiſſima Comentaria de Maleficiis leguntur.*

Angelus Baronius in Paneg. pro Præſ. Mainoldo.

Johannes Baptiſta de Caccialupis, ſeù de Gazalupis in Tract. de modo ſtudendi in utroque Jure, addito Vocabulario Ant. Nebriſſenſis, Venetiis apud Michaelem Bonellum 1575. *nec non operi Sebaſtiani Brant. titulorum omnium Juris &c. Lugduni* 1543. *in document.* 5. ubi inter Juris prudentes inſigniores memorat hiſce verbis *Albertum Gandinum de Cremona.*

Verùm

Verùm *Alemanius Finus in Hiſtoria Cremenſi lib.* 5. nec non in *Serianis ſuis parte* 2. ſcribit, eundem Cremenſem motu proprio nulla fultus auctoritate, nec adducit quo tempore vixerit, nec quid ſcripſerit, ſed tantùm cum ſe Cremenſem aſſerere videatur in Prœmio ſui Tractatus de Maleficiis, inquiens; *cum aſſiderem Peruſii, jam eſt diù, Ego Albertus de Gandino de Crema.* Quamobrem faciliùs arguitur lapſus ex hac, in illam dictionem tàm vocum affinitate, quàm oſcitantia Librarii, qui ſolus unicum hoc fundamentum Cremenſem aſſerendi Gandinum Fino præſtitiſſe videtur, quibus addendum tùm in Codice, qui apud me eſt, & vel in aliis additum illud, de Crema, non reperiri. Aſt poſtquam hæc ſcripſiſſem, partis adverſæ tollit amaritudinem ipſius Gandini Tractatus de Maleficiis, cujus archetypus M. S. unà cum Bartoli, & Baldi Conſiliis ſervatur in Bibliotheca Auguſta Peruſina, ut mihi ſuis literis datis 8. Kalend. Quintilis 1697. teſtatus fuit Amicus meus eruditiſſimus, D. Petrus Cannetus inter Camaldulenſes Abbas meritiſſimus in ipſa Civitate Peruſii. Initio enim operis enuntiati hæc verba leguntur: *Cum aſſiderem Peruſii, jam eſt diù, Ego Albertus de Gandino de Cremona, compoſui &c.*

Poſt hunc P. Donatus Calvus in Libro inſcripto *Scena Letteraria de gli Scrittori Bergamaſchi in lit. A.* ut de Homero evenit, quem ſuum tot Urbes contenderunt, rejectis opinionibus M. Hieronymi Vidæ, & Alemanii Fini, nec Cremonenſem, nec Cremenſem, ſed Bergomenſem eum eſſe confirmat, & ex Familia Crema, allegando Tabulas, veriùs Fabulas cujusdam Notarii ſub annis 1419. in quo recenſetur Jacobus Crema de Gandino Pater præclari J. C. Alberti de Crema de Gandino. Verumtamen eſt impugnanda opinio Calvi tanquam modicæ fidei, cum in Inſtrumentis non ſoleat apponi nomen Filii contrahentium, ſed nomen Patris, ut eſt notorium, & quia non vixit Gandinus Sæculo quintodecimo, ut ipſe aſſerit, cum mihi clarè conſtet, eundem Gandinum vixiſſe circà finem Sæculi decimi tertii, & initio decimi quarti. Nam ipſemet Gandinus in ſuo libello de Maleficiis *in Rub. an Filiusfamilias poſſit accuſare ſub num.* 4. ſub finem hæc habet. *Et cum circà præſentem materiam contigiſſet mihi caſus dubitabilis, Bononiæ ad Officium Maleficiorum præſidenti conſuli Dom. Dynum de Muſello, qui deliberatè mihi in Scriptis reſpondit &c.* nam Dynus floruit Sæculo decimo tertio; ſi ejus opera uſus fuit Bonifacius VIII. Sum. Pont. in compoſitione Sexti libri decretalium, & Bonifacius ad Petri ſedem evectus fuit anno 1294. uſque ad annum 1303., quo quidem anno Bononiæ fertur obiiſſe idem Dynus, *ut ex M. Mantua de Vir. Illuſtr.* Ergo ſi Gandinus (ut vidimus) fuit Dyni Cœvus, facilis eſt concluſio contra Calvum, etiam ſi donetur eum vixiſſe anno MCCCLXII., ut legitur in *Rub. Qualiter fiat accuſatio*, ubi talem annum diſcurſus

ſus gratia enunciat; at tali tempore eundem adfuiſſe non innuit. Poteſt & etiam induci ex ejus allegatis operibus fuiſſe Cremonenſem, nam ibi pluries de Cremona mentionem facit, & allegat Cremonæ Statuta; *ut in Rub. quid ſit agendum, reo præſente, & non contumace n.* 2. *&* 3. *in Rub. de pœnis reorum n.* 16. *in Rub. de rebus non portandis contrà decretum n.* 8.

Breſſian. in Coll. J.C. Cremonæ Gandinum memorat ſub anno 1280. ideoque Cremonenſibus id decus haud eſt uſurpandum, quando etiam in Atrio, ubi congregantur J.C. ad vivum cum aliis antiquis præſtantiſſimis Patriæ Juriſprudentibus, ejus effigiem coloratam Noſtratibus, & exteris oſtendere concives ſummoperè lætantur, cui alludit *Joannes Jacobus Turreſinus in Epigr. præmiſſo Conſiliis Joannis Bottæ, quod incipit.*

Tota licèt pictos oſtentent atria vultus,
Priſca Cremonenſis qua patet Aula fori;
Hinc micet Alfenus, Sfondratus ſplendeat illinc,
Cardinea hic fultus, Conſulis ille toga;
Boſſiades ambo Juris gloſſemata pandant,
Crimina *Gandinus*, Sacra Malumbra notet &c.

Ex hac familia Gandina anno 1418. floruit etiam Fr. Zambonus, qui fuit Prior Domus, & Eccleſiæ S. Marci Vallis Viridis, ut *ex Pereg. Merula in Sanct. Cremonæ pag. mihi* 107.

Allegantur ejus Opera ab omnibus J.C. aliiſque Authoribus, quorum nomina arduum eſſet dinumerare; non ſunt omittenda, quæ de illo ſcribit *Paulus de Caſtro conſ.* 197 dum affirmat, ſe propter dicta Gandini defendiſſe quendam à Morte, contra quem erant indicia adeò urgentia, ut humana mens aliter credere non poſſet.

Mortalitatis curſum explevisſe videtur ante annum Salutis MCCCVII. ſi fides habenda eſt Epitaphio Veronicæ Marchioniſſæ Cavalcaboviæ, ejus Uxoris Cremonæ ſepultæ in ædibus Divæ Teclæ, jam dirutis, quod & legitur in Genealogia familiæ Cavalcaboviæ M.S. Joſephi Breſciani.

Veronica Marchioniſſa Cavalcabovia
Jam Uxor Nob. D. Alberti Gandini J.C.
Hujus Cænobii Benemerita
Hìc Jacet
Quæ obiit VI. Kal. Aprilis Anno Dom. MCCCVII.
Prioriſſa, & Sororis hujus Eccleſiæ
Pos.

MCCC.

BAlthaſſar Picenardus in albo Judicum Patriæ de Porta Natali ab Autore Syllabi M.S. relatus, ut in bonis diſciplinis verſatus, Concivibus oraculum fuit.

Breſſianus affert in Coll. ejus Epitaphium, quod adſcribendum putavi. Proſtabat in Ædibus Divi Eraſmi.

Balthaſſar Picenardus Jur. Conſ. Patritius Cremon. ſumma in omnes munificentia, & liberalitate præclarus, Hìc ſitus eſt. Obiit Anno D. MCCCLVIII. *prid. non. Julii Hortenſia Pallavicina Mœſtiſſ. Uxor H. M. P. F.*

Alter Balthaſſar Picenardus Patritius anno 1312. Caninus, ſeu Baccaninus appellatus, interficitur à Jacobo Cavalcabovio, cum eſſet Ghibellinus.

MCCC.

RObertus de Cremona legum Doctor magni nominis, cujus Baldus Peruſinus dedignatus non eſt opiniones referre in materia ſtatutorum Bon.& Patavini. *Si occiſor pacem habuerit ab uno ex hæredibus occiſi, & non ab aliis, an gaudeat beneficio ſtatuti, quod, ſoluta certa quantitate pecuniæ communi eximatur à banno in l.* 2. *C. de libertis.* Scribendo. Idem dixit Robertus de Cremona per *l.* 1. *ʃʃ. denuntiari verſi. ſi cum plures de Vent. Inſp.*

Refertur à *M. Mantua* de Vir. Illuſtr. Verùm, ſi veritati locus eſſe debet, hunc credo fuiſſe Ubertum, ſeu Obertum, & Robertum, de quo infra ad annum 1310.

MCCCXXXIX.

JOhannes Beſatia maximæ autoritatis, & Sapientis Conſilii Vir, Magnæ Urbis Mediolanenſis Prætor à Luchino Vicecomite electus, eſt à quo & Eques creatur.

Cavitellus in Annal. qui anno 1346. recenſet etiam Paganum Beſatiam Parmæ Prætorem.

Prodiit pariter ex hac familia nunc extincta, Petrus Dux Militum egregius Phil. Mariæ Vicecomitis Ducis Mediolani ſub Nicolao Picenino, ut habetur *ex Antonio Campo hiſt. lib.* 3. *ann.* 1437. *& ab eodem Cavitello an.* 1439.

II.

HEnricus Caſalorcius literis homo multis præditus, rerumque Juriſprudentiæ plurima, atque varia ſcientia fuit, quamobrem Romæ degens cùm in legibus, tùm in pietatis, & religionis officiis ampliſſimæ illius Urbis omnium animos innocentiſſimè irretivit. Bonifacius VIII. qui tunc ibi ſedebat Sacrorum Rex, ad Regii Lepidi Epiſcopalem cathedram eum promovit, in qua, duobus luſtris, non modicæ Sanctitatis, ac Vigilantiæ ſpecimina Populo ſibi demandato, præcipua animi moderatione indigitavit, ſciens cum Divo Bernardo lib. 1. de conſider. ad Eug. tom. 1. Oper.

Exem-

Exemplis , & informatione , non imperio præeſſe debere aliis Presbiteris? Pereuntem vitam cum æternitate mutavit ultimo Aprilis 1312. humatus in ſua Cathedrali cum Epigraphe

Mcccxii. xxx. *die exeunte Aprili D. Henricus de Caſalorciis de Cremona Doctor Decretorum, & Epiſcopus Regienſis quievit in pace.*

Anno 1609. cum reædificaretur pars Eccleſiæ, in qua aderat tumulus Henrici, eodem adaperto, glorioſum ejus cadaver compertum fuit incorruptum; non ſine Regienſium admiratione, qui ex illo eventu ſignum Henrici ſanctimoniæ non procul à veritate deducentes eminentiore in loco marmoream arcam collocarunt.

Peregrinus Merula in Collectaneis Vir. Sanctit. Illuſtr.

Breſſianus in Roſ. & Viol.

Abbas Ughellus in Italia Sacr. fusè videndus in Appendice *Tom. V.*

Inter Patritias antiquitùs floruit Gens Caſalorcia, à qua Vicus Caſalorcii ad decimum lapidem originem traxit, & in ea, ut ex *Syllabo J. C. C. de Coll.*

Nicolaus J. C. Coll. annis 1164.

Petrus J. C. Coll. ann. 1267. forſan Genitor memorati Henrici.

Ad hanc Regienſem celeberrimam Sedem præſenti anno 1701. Februario menſe à Summo Pont. Clemente XI. evectus fuit OCTAVIUS PICENARDUS Patritius noſter Nobiliſſimus ex Cremonenſis Eccleſię Canonico Theologo, Vir ea virtute, ea doctrina, ea probitate ac morum ſuavitate præditus, ut omni majori honore dignior etiam ſit. De Ipſo in noſtri obſequii teſtimonium italicè ſic cecinimus, ac ſuo loco in tertio Volumine, Deo nos adjuvante, plura dicemus.

ALLA NOBILISSIMA CITTA DI CREMONA

Patria dell'Illuſtriſs., e Reverendiſs. Sig.

MONSIGNOR

OTTAVIO PICENARDI

VESCOVO DI REGGIO &c.

SONETTO.

NE la Stirpe famoſa, e quali, e quante
Schiere d' illuſtri Eroi, Patria vedeſti;
Chi al domeſtico Allor Gigli celeſti
Inneſtò con ſue prove eterne, e ſante.

Chi ſempre Saggio, Retto, e Trionfante
A la Reggia, al Senato, e al Campo aveſti;
Pur mira come un ſol' OTTAVIO à Queſti
Per carriera sì bella or giugne avante.

Ei dal SOMMO CLEMENTE al trono alzato
Di un Sagro Regno, ove il ſol merto arriva,
Scorger ti fà, che Tuo gran Figlio è ſtato.

Tua gloria è pur s'egli di ſe ti priva,
Che degno Padre à nova Patria or dato,
L'onor de ſuoi grand' Avi in Te ravviva.

Di Euſemio Butio Arcade di Roma.

III.

SYnibaldus Burgus II. Nobilitate generis non tantùm, quàm præſtantiſſimo ingenio cognitus ad Placentinam Præturam admiſſus, majora ſe poſſe appetere oſtendit, non majora ab ejus miniſterio deſiderari hunc laudant

Cavitell. in Annal.

Campus in Hiſt. lib. 3. quem vocat Singobaldum.

III.

PInus de Vernaciis ea tempeſtate clariſſimus vir conſiliis, & prudentia admirabilis, dignus enim habitus eſt, qui die 25. Julii prænotati anni Mediolani Prætor centeſimus ſexageſimus ſextus conſtitueretur omnium illorum Civium conſenſu, ut celebratur

A Gal.

A Galvano Flamma ex manip. flor.
A Calco Hiſt. lib. 17.
Corio Hiſt. eodem Anno
Cavitello in Annal.
Campo in Hiſt. lib. 3. qui anno 1306. eum ſcribit Prætorem Placentiæ.

Fuerat primum anno 1289. & 90. Ductor Populi Bononienſis, & anno 1312. Prætor, ut notat *Alidoſius in Libro, delli Podeſtà, e Cap. Bologneſi.*

Florentiæ adæque Præturam rexit anno 1294. ut ex *Scipione Ammirato in Hiſt. Florent. part.* 1 1. *tom.* 1. *lib.* 4. *pag mihi* 191.

Alter Pinus ex hac familia emicuit J. C. Coll. & Patriæ Lector pub. annis 1440. *Breſſian. in Coll. & Syllabo J. C.*

IV.

FRidericus Ponzonus tertius hujus nominis animi magnitudine, & ingenii excellentia, muniiſq; inſignibus ſplendidiſſimus, nam anno 1293. Parmenſem Præturam adminiſtravit anno 1304. Mediolani Prætor eligitur, ubi ſingularia peregit, anno 1307. in Urbe Patavii ſimilem dignitatis gradum conſcendit, qui tandem cum interfuiſſet coronationi ferreæ Henrici VII. Mediolani ſecutæ, inter Aulicos Equeſtres ejuſdem Imperatoris adlectus fuit, ejuſdem meminere

Flamma ex Manip. flor.
Corius.
Cavitellus.
Codex Zabarellius editus cum Hiſtoriis Albertini Muſſuti.
Porteſanus in felic. Patavinis.
Franc. Breſſianus in via lactea, &c.

I V.

JUlianus Marianus Menſe Maii Mediolani Prætor conſtituitur, prudentia, & generoſitate militari conſpicuus, cum ſibi univerſum Populum amore obſtrinxiſſet, ab eodem Ductor acclamatur.

Corius in Hiſt. & Calcus
Ant. Campus lib. 3. *eodem anno.*

I V.

PEtrus Monticellus Ord. Pręd. Studiis Theologicis clarus, & doctrinæ S. Thomæ Aquin. defenſor inuictus, dignitate Paſtorali effulſit, nam à Benedicto Papa XI. ob ſingularis in eum benevolentiæ argumentum ad Comaclenſem Eccleſiam promotus anno 1304. ſcripſit

Super

Super Ariſtotelis Philoſophiam, *&*
Gloſſas ſuper nonnullos Pſalmos.

Ejus ſcripta in Bibl. Ferrarienſi ſervabantur.

Ità *P. Rovetta in Neoterica Bibl. Chronologica Lombardiæ Ord. Præd.* qui Petrum Cremonenſem vocat. Verùm *Abbas Ughellus in Ital. Sac.* Tom. 2. ubi de Epiſcopis Comaclenſibus eum vocat Ferrarienſem, & pro tali reponitur ab *Abb. Libanorio in libro*, *cui tit. Ferrara d' oro &c. p.* 1. cognomine tamen *Monicelli*. *Vincentius Maria Fontana in Theatro Dominic. p.* 1. *cap.* 1. *de Ep. tit.* 194. *num.* 1. eundem recenſet ſine Patria, referens ſe quidem ad Ughellum. Unde cum nullus ex noſtris Chronologis de eo memoriam agat, cenſeo procul dubio fuiſſe Patria Ferrarienſem.

V.

POmpejus ex clariſſima Amatorum familia, quem hìc referre non pigeat, ſi in laudati Buſchetti Epitaphiis hoc de eo proſtat. Ad SS. Jacobum, & Vincentium.

Pompejo Amato Cremon. Civi ; Poetæ ſtudioſiſs., *& in pulchrioribus literis apprimè verſato*, *verè Muſarum Alumno morte ſurrepto die XV. Menſis Jan. Anno Dom.* MCCCV.

V.

ZAnebonus Stanga legali doctrina Illuſtris, ex cujus ſepulchrali inſcriptione in Ædibus Divi Pauli deſumitur, quanti eſſet.

D. O. M.

Zanebono Stanga J. C. qui cum multas, *graveſque ad Sum. Pont. Johannem XXII. ad Reg. Portugal.*, *& Poloniæ legationes obierit*, *rerum uſu*, *& peritia domi*, *foriſque clariſs. Olympia Foſſa Uxor chariſs. non ſine lacrymis P. obiit Ann.* MCCCXVI. *non. Julii ætat. ann. LXIX.*

Breſſian. in Coll. ex Epit. Buſchetti, *ex Syllabo J. C. Coll.* Cavitellus Zanebonum recenſet ad ann. 1311. inter illos, qui ad Henricum acceſſerunt, à quo fuit in carcerem detruſus.

VI.

NIcolaus, ſeù Nicolinus Malumbra J. C. ingenio, & rerum geſtarum magnitudine illuſtriſſimus, vulgavit in jure

Commentaria, *&*
Diſputationes

Joannes Jacobus Crottus in Orat. pro Sfondrato inquit. *Occurrit Nicolaus Malumbra famigeratus Gymnaſii Patavini Magiſter*, *Catonianuſque Rotæ Quirinalis Cenſor*, *qui nonnulla Commentaria*, *& diſpu-*

diſputationes, licet quaſi in totum deperditas concinnavit. Oſſa illius in Civitate Antenorea marmoreo ſepulchro ante fores Ædis Heremitarum poſita ſunt.

Habetur Epitaphium in Mon. Patavinis *Jacobi Phil. Tomaſ.* ut ipſe ſcribit, ad D. Auguſtini Templum in Arca ſublimi è ſaxo rubro.

Edite Nobilibus celſa Nicolae Malumbra
Urbe Cremonenſis ſolers utriuſque Profeſſor
Juris, Cauſidicum doctiſſime, ſtrenue fautor
Juſtitiæ, vivas oro per ſæcula felix.

Ejus Filii fuere Joannes, & Norandinus Juriſperiti in Coll. Cremon. adſcripti, ut *ex Syllabo.*

Alterum Nicolinum J. C. ex hac gente recenſet.

Breſſianus in Coll. J. C. ad annum 1260.

V I.

PHilippus Redenaſcus, rerum antiquarum, morumque veterum ſcientia peritiſſimus, ſcripſit

De Familiis Nob. Patriæ
De rebus inſignioribus Patriæ

Henrico VII. Bohemiæ Regi ob animi dotes, & virtutum comitatem maxima vixit familiaritate devictus.

Breſſian. Virt. Ravi. Hic erat fortaſſe frater illius Jacobi, qui hiſce temporibus vixit Cremonæ inter Primates factionis Ghibellinæ, necati exinde à Guillelmo Cavalcabovio, ut inquit Cavitell. ad ann. 1312.

V I.

JOhanninus de Dovaria in Populis regendis ejus ætate nobilis habitus eſt, hoc anno die decima ſeptima Julii Vercellarum Prætor eligitur, ut notant ſtatuta ejuſdem Urbis.

V I.

POncinus, ſeù Poncius Picenardus, Paduæ primum Magiſtratum, qui Prætura eſt, obtinuit. Prætor eſt ideo ſic dictus, quòd præſit aliis nam *Aſconius*, Veteres, inquit ille, omnem Magiſtratum, cui paret exercitus, Prætorem appellarunt. Hi Prætores autem non ex quovis genere Hominum, ſed ex vera Nobilitate deligendi ſunt, ut ſcribit noſter *Platina de Principe lib.* 2. *cap.* 6. In Picenardo nulla generis, ac virtutis Nobilitas, cum in hoc ſuo regimine, tùm in aliis deſideranda fuit

Auctor Anonymus ex Codice Zabarellio.

V I I.

RAphael Fondulus vixit non inter poſtremos ævo ſuo recenſendus, quippe Medicus, & Aſtronomus clariſſimus fuit, edidit Opera artis medicæ non modicè proficua.

De

De Venenis.
De Morbis oculorum.
De Pulſibus.
Breſſian in Virtu. Rav.

VII.

BErnardinus de Stanghis Sacerdos Rector Eccleſiæ S. Mariæ ad Hortum, in literarum cultu non ignobilis, magnamque ætatis partem, in libris hiſtoricis verſatus, vernaculo ſermone ſcripſit.

Delle coſe memorabili delle Chieſe di Cremona loro origine entrate, che poſſiedono, con le loro obligationi.

Quo ſe opere uſum eſſe fatetur Joſeph Breſſianus in componendo Hiſtoriam Eccleſiaſticam Cremonenſem.

In quodam Propinomio *Hiſt. Geogr. & Poetico Venetiis* 1676. ubi de Cremona loquitur, ejus Author recenſet inter Juris prudentes Inſigniores Cremon. Goffredum, de quo nullibi in rerum natura fuiſſe mihi dilucet.

VIII.

ARmaninus Perſicus in muneribus quidem præfuit diligentiſſimè providus, prius Mediolani Vicarius, deinde Poteſtas electus ab Amico ſuo Guidone Turriano, ibi Supremo Pop. Capitaneo, ut referunt *Triſtanus Calcus lib.* 19. *& Campus hiſt. lib.* 3.

Anno 1323. fuit etiam Prætor Paduæ, ut ex *Codice Zabarellio*. Floruit hiſce temporibus ex eadem antiqua familia, & ut notant recenſiti Scriptores, Gillius Vir prudentia commendabilis, qui cum Supramonte Amato, & Armanino de Summis, ac Jacobo Cavalcabovio Cremonenſibus Patritiis, exortas contentiones inter Parmenſes, & Gibertum de Corrigio ſedavit.

IX.

JUlianus de Summo Placentiæ Prætor conſtituitur, ut ex regeſtis Antonii Campi, qui de eodem ſequens affert monumentum ad literam ex archetypo.

In libro Proviſionum factarum tempore D. Juliani de Summo, Poteſtatis, & Capitanei Civitatis Placentiæ, talis proviſio reperitur MCCCIX. *Indic. nona, die* XXVIII. *Menſis Madii. Providerunt Domini Julianus de Summo Poteſtas, & Capitaneus Communis, & Populi Placentiæ, & Sapientes Præſidentes negotiis Communis, quod negotium D. Sommini de Summo, ſive hæredis, pro quo Ambaxiatores Communis Cremonæ venerunt Placentiam, differatur uſque ad adventum novi Poteſtatis futuri, & inter hæc uſque ad octo dies habeantur, & eligantur per D. Poteſtatem, & Capitaneum, & dictos ſapientes, duo viri providi per quamlibet portam, qui providere, & deliberare debeant ſuper ipſo negotio.*

Valen-

IX.

VAlentinus Hermenzonus ingenio Nobili, & in rebus medicis maximè utilis, quem neceſſum eſt hìc deſcribere, nam hoc in Ædibus Divi Vitalis, nunc S. Geroldi, ut innuit Buſchettus, Epitaphium legebatur.

Valentinus Hermenzonus Cremon. Grecæ, & latinæ linguæ doctiſs. liberalium artium pertiſs. & in arte medendi expertiſs. in hoc tumulo jacet. Obiit anno Dom. Mcccx. *Kal. Januar. Fauſtina Cambiaga uxor dilectiſs. non ſine lacrymis P.*

X.

GUillelmus Cavalcabos, ſive Cavalcabovius ſanguinis nobilitate, divitiarum copia, militaris diſciplinæ diligentia, ac potentia adeo valuit, ut cum Princeps Guelphorum delectus eſſet, dominium Patriæ anno duodecimo ſupra milleſimum, & treceneſimum obtinuerit, nec minus ingenuis artibus eruditus ingenii ſui experimentum in Aſtrologicis, & Geomanticis feciſſe fertur: quamobrem *Jo: Cermenate Mediolanenſis* ejus Coævus in Hiſtoriis ſuorum temporum cap. 47. quarum M. S. in Bibliotheca Ambroſiana à me inſpecta ſervantur, edita exinde à ſæpe laudato Lud. Ant. Muratorio in Tom. 2. ſuorum Anecdotorum anno 1698. loquens de Comite Varnerio Oppidum Soncini aggrediente ſcribit. *nam ſunt, qui aſſerunt Paſſarinum de la Turre ut diſtantibus Caſtris diſperſos Hoſtes vidit contra eos erumpere volviſſe, erupiſſetq; ni Guillelmus Cavalcabos ſydera, & Geomantiæ ſuas figuras ſcrutatus, illa die ſuſpecta timuiſſet caſum ſuum, & Milites jam exire paratos, intra mœnia tenuiſſet, inquiens: Propinqua nobis ſubſidia ſunt, quibus tutiùs pugnare poſſitis.* At pergit Auctor cap. 49. *Guillelmus vitare nequit, quem caſum dabant fata*; nam erga finem addit; *Tunc cunctis ſequacibus Guillelmi Cavalcabovis, qui equo armatus hoſtibus introitum inhibere parabat, adeo crevit pavor, ut ne animum quidem ad pugnam liberum, neq; fugæ memorem caperent. Guillelmus priſtinæ Virtutis, ac ſuæ dignitatis memor, ut Comitem Varnerium, ac ſua ſigna intra muròs videt, paucis eum ſequentibus occurrit ſibi, quem jam frequens turba Teutonum receptum gladiis ſternunt &c.*

Guillelmum innumeri Hiſtoriarum Auctores laudibus efferunt; corrigendus tamen eſt Jacobus Philippus Bergomenſis in ſupplemento, ubi de Guillelmo diſſerit ad annum 1312. Urbis ſcilicet, Patriæ dominium, Henrico Cæſare concedente ſibi deſumpſit. Nam idem *Jo: de Cermenate* tutiori calamo, & eodem tempore, quo hæc agebantur ſcribens, ab hoc omnimodò diſſentit (& cum eo plures alii) oſtendens in odium Henrici, & Gibellinorum, quorum partes Imperator fovebat, captam fuiſſe à Guillelmo Cremonam, ipſi faventibus permultis ex familiis Picenardæ, Summæ, & Perſicæ in Urbe

potentioribus, Jacobo Redenaſco Gibellinorum Principe necato, ac expulſo Galeatio Vicecomite, pro Henrico Vicario.

Apud *Antonium Campum in hiſt. Cremon. lib.* 3. Guillelmi effigies graphicè oculis ſubiicitur expreſſo thorace.

Turreſinus in M. S. hiſt. adfert quoddam ſingulare ſignum familiæ Cavalcaboviæ, ſcilicet gentilitiam notam in omnibus de hac vera ſtirpe fuiſſe paruulam crucem in humero dextero; quod quidem nemini, licèt mirum, unicum mihi videatur me legiſſe recordor apud *Felic. Fabri hiſt. Suevorum lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Comites de Hasburg ab utero matris ſuæ crucem auream in dorſo habuiſſe, hoc eſt pilos candidos, & mirum in modum crucis protractos. Item apud *Abraham Bucholzerum in Chronologia* Joannem Fridericum Electorem Saxoniæ Johannis filium, in lucem editum trigeſimo die Junii anno MDIII. futuri ſui fati omen ex alvo materno ſecum tuliſſe crucem in dorſo aureo colore fulgentem. Alia etiam gentilitia ſigna in poſteris impreſſa divinitùs ad notitiam ſtirpium legimus in annalibus, ut Seleucidarum anchora, lancea Draconteorum, Pelopidarum ex ebore humerus. Ut ex *Dione Chryſ. orat.* 4. *de Regno Sines. Appian. in Syriac.*

IX.

Ponzinus Ponzonus alter ab Epiſcopo ejuſdem nominis, inter Patriæ Principes ſuo tempore relatus eſt, ſemel Vercellarum, & bis Patavii Præturas, tùm armis, tùm literis adminiſtravit, pleriſque aliis titulis inſignitus, & præ cæteris fortiſſimus Parmæ Dux, Conſiliarius, & familiaris Ludovici Imperatoris, & prò Rege Bohemiæ Regius Vicarius, cujus geſta diffusè refert *Franciſcus Breſſianus in opuſculo inſcripto, La via lattea della Famiglia Ponzona*, narratq; ejuſdem obitum die 16. Octobris MCCCXXXVIII.

Ejuſdem etiam meminere cum elogiis

Angelus Portenarius felicit. Padu.
Lavrentius Pignoria de Orig. Paduæ.
Codex *Zabarellius ab Anonymo Patavino relatus*
Hieronymus Brianus Hiſt. Ital. part. 2.
Ant. Campus, qui refert ejus imaginem pectore tenus lib. 3.
Leander Albertus in deſcript. Italiæ
Johannes Nicolaus Dolionus in Amphit. Europæ
Bernardinus Corius in Hiſt. Mediol. & alii plures pariter Chronographi Patriæ.

Literas Vercellenſium ad eum miſſas, cum fuiſſet illius Urbis Prætor electus, haud erit inane pro eruditis ſubnectere.

Magnæ nobilitatis, & potentiæ viro D. Ponzino de Ponzonibus, honorabili Civi Cremonæ, quem decus, & fama plurimum recommendat. Albertus de Cario Poteſtas, Sapientes, & Commune, ac Conſilium Civitatis Vercellarum *ſalutem jucundis proſperitatibus affluentem. Cum intenderemus ad præſens electioni regiminis Civita-*

tis noſtræ, ſex tamen Menſibus duraturum à Kal. Jan. proximè uſque ad Kal. Julii proximi per totam diem convocatis, ac congregatis certis ſapientibus in hoſpitio D. Poteſtatis Vercellarum, quorum ex auctoritate eis data à Majori Conſilio intererat electio eidem benigniſſimam ſalutem, gratiam taliter eorum Sapientium cordibus influxit, quod omnes indiferenter concordes de veſtra legalitate, ac probitate confici ad præfactum regimen Civitatis noſtræ, perſonam veſtram in Poteſtatem Cives eligerunt. Unde gaviſa Communitas Univerſa. Quam quidem electionem de vobis factam, & infraſcripta vobis ſignificanda, & omnia, & ſingula denuntianda per Notarium, & Hoſtiarium noſtri Communis infraſcriptos duximus in præſenti, in quo quidem regimine nos volumus, & debeatis ducere, habere, & tenere vobiſcum veſtris expenſis ſaltem familiam infraſcriptam, videlicet, Socios duos pro veſtris militibus, Judices quinque providos, & legales expertos in Jure, & qui omnes ſint amici & de parte iſta, unus quorum videatur vobis, pro Vicario aſſideat ad conſilia, & officium victualium, viarum, & ſtratarum viagiorum exerceat. Tertius ad exigendum havere Communis, & alii duo in Cauſis civilibus deputati fuerint, qui Judices non ſteterint à tribus annis citrà proximè elapſis ad regimen Vercellarum, quia ita noſtra teſtantur Statuta, & equos decem, quorum tres ſint deſtrati ab armis, & de quibus morte, vel malo aliquid aliquo caſu eveniendo à Communi noſtro non poſſitis petere, vel habere; Nos quoque pro vobis, & equis, & tota veſtra familia pro omnibus expenſis; quas faceretis, veniendo, morando, vel redeundo, volumus vos habere à Communi noſtro de havere ipſius Communis uſque ad quantitatem librarum mille ducentarum quinquaginta PP. noſtræ currentis monetæ palatii, & de toto tempore regiminis prædicti in hunc modum videlicet, tertiam partem in primis duobus Menſibus dicti Regiminis, aliam in aliis duobus Menſibus proximè ſubſequentibus, & ultimam tertiam partem in ultimis duobus Menſibus poſt depoſitum regimen ad Sindicatum cum tota veſtra familia per dies ſex in noſtra ſtabitis Civitate ſub Sindicatoribus unicuique volenti conqueri de vobis, vel aliquo de familia veſtra, de juſtitia reſponſuri, quod ſi infra tertiam diem regimine depoſito, libellus a iquis, vel querela, & de vobis, vel aliquo de familia veſtra coram dictis Sindicatoribus non daretur elapſis illis tribus diebus cum tota veſtra familia, poſſitis recedere de Civitate noſtra totaliter abſoluti, ultra Salarium verò debitum, & conceſſum, ut ſuprà vos aliquis de familia veſtra non poſſitis ullo modo petere, vel habere. Poſtque autem hæc literæ vobis fuerint præſentatæ infra tertiam diem debeatis clarè dictis Notario, & Oſtiario, tenemini reſpondere de hoc acceptando regimine juxta formam, & tenorem præſentatarum literarum, aut illud recuſare, quod abſit. Vos enim cum tota veſtra familia, & equis eſſe debeatis in Civitate noſtra die ultimo Decembris, quo die antequam ad hoſpitium deſcendatis, jurabitis in publica concione Communis noſtri ad Sancta Dei Evangelia ſuper Statutis noſtri Communis attendere, & inviolabiliter obſervare omnia Statuta, Conſilia, & proviſiones edita, editas, edendas, & edenda

ſemper legaliter ſine fraude. Hoſpitium quoque ad habitandum decens, & ſufficiens pro vobis, & familia veſtra dabimus vobis pro noſtro Communi; Item quod quotieſcunque contigerit aliquos Milites Vercellarum, ut extra diſtrictum Vercellarum pro Communi; videlicet à viginti ſupra debeat cum eis unus ex veſtris militibus abſque aliquibus ſolidis recipiendis, à Communi de Salario enim veſtro ultimæ ſolutionis libræ centum p.p. occaſione veſtri Sindicatus, & familiæ veſtræ ad tabulam Campſoris debent poni. Quem obviam Nobilitatem, ac ſapientiam veſtram precandam acceptare velitis, benignè invocata gratia Salvatoris, & ad evidentiam præmiſſorum præſentes literas fecimus ſigillo Communis noſtri communiri. has n. literas vobis mittimus per præſentes duos Euſebium Ozedaliam Notarium Vercellarum, & per Chriſtophorum de Carizio Hoſtiarium Communis Vercellarum vix. moren. qui Euſebius ulterius de præſentatione literarum, & reſponſione veſtra publicum conficiet Inſtrumentum, præterea ad hoc ut regimen veſtrum poſſitis melius perducere ad effectum; Concedimus per præſentes, quod vobiſcum ſervientes duodecim, uno Capitaneo computato, ita quod ſint tredecim pagæ, computata paga duplici, Capitaneo poſſitis ad perfectum regimen ducere, & tenere, habituros à Communi noſtro pro quolibet, & quolibet die ſolidos duos cum dimidio p.p. detracto dacio, quod ſolvitur de quibuſcunque ſolutionibus ad rationem denariorum duodecim pro qualibet libra ſecundum, quod noſtra teſtantur ſtatuta, & qui ſervientes non ſteterint à tribus annis citrà ad ſolidum Vercellarum.

Actum in Domo habitationis D. Poteſtatis Vercellarum coram Teſtibus &c.

Datum Vercellis die Sabb. 8. Novembris Mcccıx. Indict. octava.

Subſcript. Ego Jacobinus Ritius de Oragaria Notarius, & Cancell.

X.

UBertus Foliata, aliis Usbertus, Obertus, Hoſpertus, & Hoſpectus eminentiſſimus Scriptor in Jure Civili, Bononiæ, & Peruſii Princeps inter Magiſtros in ævum commendandus, de quo *Jo: Jacobus Crottus in Orat. pro Sfondrato*, Scripſit.

Ubertus Foliata primus Sedis Peruſinæ Lector, multiplici Solius Baldi laude contentus eſſe poſſet, quum tamen ſcriptis quoque multorum ſui ſæculi eruditiſſimum fuiſſe conſtat. In legibus Opera maxima vulgavit, quæ à doctiſſimis Juriſperitis allegantur. In Conſil. Crim. diverſ. à Ziletto collectis extat undecimum Uberti de Cremona ſuper intelligentia Statuti noſtri loquentis de pœna homicidii.

De eodem *Ludo. Gavitellus in Annal.* ad annum 1303. hæc profert. *Ubertus Foliata J.C. Cremonæ tunc leges docuit Peruſii publico ſtipendio illuc conductus, & qui priùs ibi aperuit Gymnaſium, quod confirmatur à Joanne Baptiſta Gazalupo in Tractatu de modo ſtudendi in utroque Jure documento V. eum tamen appellitant Hoſpertum.*

Alidoſius de Doct. Advenis Bononiæ legentibus vocat illum Hoſpectum, ſeù Usbertum ab anno 1310. uſq; ad 1317.

Fuiſſe

Fuiſſe Bartoli Præceptorem innuit *Joannes Jacobus Turreſinus in Epigr. pro Conſiliis Johannis Bottæ*, ubi.

Lectitet Osbertus Peruſina primus in Urbe
Qui tibi, cum reliquis, Bartole monſtret iter.

Cum hìc de Auguſta Urbe Peruſina ſermo ſit, non poſſum quin addictiſſimi obſequii mei debitum perſolvam nobiliſſimo illius Civitatis Patritio Comiti Nicolao Monti Mellino poeticis ſtudiis, cæteriſq; animi dotibus præclariſſimo, & præcipuè ob laudes facundis ejuſdem carminibus mihi, licèt indigno, attributas.

X.

RUbertus de Cremona, de quo in *Cod. de jure aureorum annullorum*. ibi Baldus poſt Oldradum idem dixit Rubertus de Cremona *per l.* 1. *§. denuntiari, verſ. ſi plures ff. de Vent. inſp.*

Obertus Cremonenſis, cujus quæſtiones in materia legali M.S. habuit Ant. Auguſtinus inſignis J.C. Hiſpanus, è cujus Bibliotheca ipſas enunciarunt in Catalogo J. U. Scriptorum *Jo: Vvolf. Freymonius*, & alii ejuſdem Elenchi Authores pag. 105. annexas quæſtionibus Bartoli, Guidonis de Suzaria, Jacobi Burrii, Ricardi Malumbræ, Dyni de Mugello, & aliorum. Hoſce quidem Rubertum, & Obertum reor unum, & idem cum Uberto.

X.

BUſchettus à Cremona legum Doctor, & publicus earundem profeſſor in Civitate Bononiæ annis 1310. ut habetur apud *Alidoſium de Doct. Advenis*.

X I.

ELiſæus Offredus Medicus, Philoſophus, & Aſtronomus ingenii elegantia, & morum ſuavitate clariſſimus, fortaſſe Avus celeberrimi Medici utique, & Philoſophi Apollinaris, de quo infra: poſteris reliquit

De Vita conſervanda
De Variolis tractat. 1.
Antidotarium de Medicamentis componendis.

Breſſian. in Coll. Med. Crem. M. S.

XI.

CArlinus Madalbertus legum Doctor eloquentiſſimus per iiſdem temporibus floruit, quibus Henricus VIII. Imperator, à quo fuit Equeſtri dignitate donatus, conceſſit publicè

De Indiciis ad Torturam lib. 3.
De Iniuriis, & damnis datis
De Jure Fiſci.

Quan-

Quantum fuerit laudatus à Joanne Jacobo Crotto in Oratione pro Franciſco Sfondrato, nos illud ſubiiciemus, ut de Madalberti doctrina faciliùs æſtimari poſſit. *Taceo ſtrenuos Cauſarum Patronos Egidium, & Carlinum fratres Mandalbertos æterno Alberici Roſati Indagatoris rerum priſcarum fideliſſimo calamo decantatos*.

De eodem Syllabus J. C. de Coll.

Cavitell. in Annal. 1311. eum vocat de Malambertis.

XI.

BUſchettus Caſalorcius Philoſophus, ac perurbanæ eloquentiæ Orator, Bononiæ publicè docuit Moralem Philoſophiam, & Poeſim etiam edidit, & ſingillatim aptè valde, & concinnè ſoluto carmine.

Vitam Cleopatræ Egyptiæ Reginæ

Alidoſius de Doct. Ext.

Breſcian. in Virtu Raviv.

XII.

ZIlliolus de Alegris ex Coll. J. C. Patriæ Vir eximiis honoribus ornatus, Prætor Mediolani hoc anno centeſimus ſeptuageſimus nonus deligitur, in hoc munere alios Cremonenſes magnanimitate, & regimine æquavit, de hoc *Galvanus Flamma ex Manip. flor.*

Breſcian. eum vocat Egidiolum, & tali nomine in Syllabo J. C. reperitur.

XII.

SYnibaldus Perſichellus legum Peritus clariſſimus, apud Clementem V. P. M. Lugduni dignitate Referendarii Apoſtolici inſignitus, nec non à ſubſequentibus Sacrorum Regibus, Joanne ſcilicet XXII., ac Benedicto XII. ſumma exiſtimatione habitus fuit, quippe ab iiſdem, ſupremis muniis in Aula decoratur; De ejus obitu nihil refert *Breſſianus in Roſ. & Viol.*

XIII.

JAcobus de Caſalbutano præclariſſimus ex Patrio Collegio Juriſprudens, Leges Bononiæ docendo, ſumma cum celebritate enituit. Ejus libri fuere

De legitimatione

De Soluto Matrimonio

Poſtremam diem vidit Bononiæ, tumulatus in Majori Phano hac Epigraphe

Sepulchrum D. Jacobi de Caſalibutano de Cremona Utr. Jur.

Per.

Per. & Suorum hæredum, qui obiit. MCCCXXXIII. *Die* XV. *Martii.*

Alidoſius de J.C. Exter.

Breſcian. in Coll. & Authores Syllabi.

XIV.

ANtonius Puteus clari nominis Juriſprudens, Siciliarum Regis Roberti à Conſiliis, & Eques electus, ſcripſit

De Dotalibus privilegiis

De Repreſaliis

De rerum eventibus in Regno Siciliæ.

Hujus memoriam faciunt *Syllabus J. C. & Breſſianus in Coll. Campus in Hiſt. lib.* 3. *pag.* 64. qui memorat eodem actu Jacobum Puteum Antonii Fratrem ſupremis Militiæ muniis præclarum.

XVI.

HOſpectus Cremonenſis, vide Usbertum Foliatam ad annum 1310.

XVI.

FIlonardus de Dovaria, cujus doctrina in ſequenti Epitaphio explicatur, ut in ædibus Divi Petri de Pado olim legebatur, Teſtibus Fælice Buſchetto, & Breſciano in inſcriptionibus.

Hic ſitus eſt Patriæ Ornamentum, & decus, D. Filonardus de Dovaria Philoſophus, & Aſtronomus doctiſſimus, qui obiit IV. *Kal. Martii Anno à partu Virginis* MCCCXVI. *Catharina Triultia Uxor Mæſtiſs. ac de ſe Mær. P.*

XVII.

OTtholinus, ſeu Odolinus Moſerendus ob legum peritiam, qua inter inſigniores J.C. ejus ætatis effulgebat, in Civitate Bononiæ Judex conſedit hoc anno, referente Alidoſio in allegato libro Judicum Bononiæ, qui præter alios Cremonenſes, ſuo loco reponendos, memorat in eodem munere

Gabriel ſine cognomine
Anno 1352. & 53.

Leonardus de Cervis, qui fuit J.C. Coll ut ex Syllabo J.C.
Anno 1354., & 55.

Raphainus de Naxellis pariter J.C. Coll.
eodem Anno 1355.

Joannes Camplanus
1359., 60. 61.

Guillelmus de Comitibus

Noran-

XVII.

NOrandinus Malumbra Nicolini F. inter legum Doctores ſui temporis magnæ celebritatis, Roberti Neapolitani Regis Senator, & à Conſiliis in bona exiſtimatione, & honore habitus fuit, Fratres ejus, celeberrimus Ricardus, de quo permulta, & Joannes eximius & ipſe Juriſprudens fuere. *Breſſianus*, *&* *Syllabi*.

XVIII.

GRiphinus Riparius Juris peritiſſimus, & in ſtudiis bonarum artium præcellens, ſub Ladislao Sarmatiæ Rege Magiſtratibus clarus, & ejuſdem ad Sum. Pont. Nicolaum V. in Urbe Legatus. Fertur quamplura ſui maximi ingenii Opera abſolviſſe, ſed injuria temporum amiſſa.

Authores Syllaborum Coll. J. C.

XVIII.

UGolinus de Scoalochis J. V. D. famigeratiſſimus Urbis Aſtenſis Moderator Supremus, Genuæ exinde Prætor, & in numerum Nobilium Concivium relatus, reliquiſſe dicitur.

In Juſtinianæo Codice Tractatus
De Legatis Piis
De Compromiſſo

Authores Syllaborum, qui antiquis etiam temporibus in Coll. J. C. adſcriptos referunt ex hac familia, Raphain. Secundinum, & Joannem.

Apud ædes Divo Lazaro Sacras, ab eodem Ugolino fundatas in Suburbiis, legebatur hæc inſcriptio *à Buſchetto* relata

Xenodochio huic ſub titulo S. Lazari Fundato à D. Ugolino de Scoalochis J. C. ſub anno MCCCXXXVI. *ad effectum, ut in eo curentur Leproſi, & alii infirmi, ad quem effectum amplum peculium relaxavit Tarſia Goldona Uxor chariſſima, ne tanta hujus Viri pietas deperderetur, hanc memoriam poni fecit hoc anno* MCCCXLVIII. *die* XV. *Septembris*.

XVIII.

ÆGidius Mandalbertus, ſivè Mandelbertus, alii Madalbertus eximius J. C. & Canonicus, atque Cantor Cathedralis, ea præſtitit doctrina, ut nobili ſtipendio Bononiam conductus fuerit ad lecturam Decretalium cum recenſito Uberto Foliata concive, ad cathedram Infortiati vocato, quemadmodum notat *Gherardaccius lib.* 17. *Bononienſium Hiſtoriarum ad annum* 1311. Inſignis etiam probitate compertus, Patriæ Præſul optatur in magno illo Canonico-

nicorum diſſidio poſt Raynerii de Caſulis obitum, quum pars una Capituli Egidiolum Bonſerium, & ipſum Cremonenſem Canonicum, altera Mandalbertum elegiſſet, qui æmulo cedente à Joanne XXII. confirmatus eſt xv. Kal. Auguſti anni 1318. ut ex Regeſtis Vaticanis refert *Ughellus Tom. IV. Italiæ Sacræ*, in Epiſcopis Cremonenſibus, in quorum ſerie quintum, & quinquageſimum facit Ægidium. Quin & ipſe tantam apud memoratum Pontificem gratiam inivit, ut fama fuerit ſacra purpura decoratum iri, niſi Civitatem, quod Ludovico Bavaro Imperatori adhæſiſſet, ſacris interdici contigiſſet. Hinc purpuræ proximus cum Purpurato confuſus eſt. Cardinalem etenim fuiſſe apertè fatetur Ludovicus Cavitellus in Hiſtoriis ad annum 1317., & Blaſius Rubeus in Tabula dyptica Epiſcoporum Eccleſiæ Cremonenſis ad num. 57. ſecus autem docent libri Sacri Collegii ſub Joanne XXII. in quibus Cardinales ab eo Pontifice creati recenſentur, & *eruditiſſimi Contilori Elenchus*; Neutrobi enim (ut notat Ughellus) purpuratus occurrit Ægidius, ſed tantùm Cremonenſis Epiſcopus, qualis fuerat ex ejus majoribus Homobonus Madalbertus, de quo ſuprà, quinquageſimus Patriæ Præſul anno 1215. Cæterùm Ægidius novennio tantum Cremonenſem adminiſtravit Eccleſiam, & ſi quindecim annos Concivibus præfuiſſe Rubeus affirmet, defunctum ſcribens 1332. Quidquid ſit de mortis tempore, curis exagitatus Epiſcopatui ceſſit anno 1327. ut ex Regeſtis Vaticanis notat Ughellus qui XII. Kal. Aprilis ejus anni ſubſtitutum Ægidio prodit Ugolinum illum de S. Marco Parmenſem, quem cum Ugolino Ardengherio itidem Parmenſe ejus ſucceſſore nonnulli confundunt. Porrò ſi non purpuratus, purpura dignus apparuit Ægidius, cum ſcripſit

Opera legalia, ſcilicet *Diſputationes*

Quarum complures extant in Volumine II. Repetitionum, & memorantur à *Joanne Baptiſta Zilletto* in indice librorum Juris edito Venetiis 1566. pag. 53. nec non à *Joanne Vvolfango Freymonio in Elencho Juris Conſultorum pag.* 103.

Item *à Conrado Geſnero, & à Poſſevino in Bibliotheca ſelecta*, ubi de Juris prudentiæ Auctoribus.

Nec enim hic ab Epiſcopo diverſus videtur, quanquam Joannes Jacobus Crottus in Oratione pro Franciſco Sfondrato, nulla facta dignitatis Epiſcopalis à Madalberto poſſeſſæ mentione, ſcribat: *Taceo Strenuos cauſarum Patronos Ægidium, & Carlinum fratres Madalbertos æterno ejuſdem Alberici Indagatoris rerum priſcarum decantatos*, ut vidimus, ubi de Carlino.

Anno ſecundo ſui Epiſcopatus propria auctoritate bona Monaſterii S. Bernardi in ſuburbiis, Monialibus Ciſtercienſibus Cremonæ degentibus adiunxit, ut ex ſequenti reſcripto, quod in eruditorum gratiam ex integro adducitur.

Ægidius permiſſione Divina electus Cremonen. dilectis in Chriſto Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii dicti de Ciſtello Cremonæ, ſalutem in

Domino ſempiternam. Dum omnium ſtatus lugubris, & horrendus Civitatis, & Diœceſis Cremonen. ſe noſtræ mentis oculis repræſentat, præcordiali dolore nimium præmimur, ſed tunc verè concutimur, & tacti dolore cordis intrinſecus in voce graviter dolentis erumpimus, cum audivimus quòd propter proſtrationem Civitatis prædictæ, quæ olim erat plena populis, & domina gentium, multis ornata Monilibus, Moniales, & Deo dedicatæ Virgines ab oculis hominum alienæ, & viventes ſolitariæ ſicut paſſeres, coactæ ſunt, & coguntur ſua clauſtra juxtà Civitatem poſita exire, ſeque in domibus ſæcularium intra Civitatis muros conferre, & ſpoliatæ bonis propriis, non valentes poſſeſſionibus, & redditibus ſuis uti propter guerrarum diſcrimina, & paupertatem nimiam, mendicare eas oportet, & quod ſummè dolendum eſt, per Vicos forſan diſcurrere, & plateas: nunquid hæc audiens lacrymas poterit continere, & ab oculis mentis abſtergere? non utique niſi ſaxeum, vel ferreum pectus habens. Sanè inter alia Monaſteria Monialium depauperata, & in quibus habitare non licet, nec licuit, jam eſt diù propter malignorum incurſus, ut fido relatu percepimus, Monaſterium S. Bernardi poſitum juxtà Cremonam, in quo cum non poſſint, nec potuerint diù cohabitare honeſtè, & tutè ipſius Monaſterii Moniales, tùm quia, ut præmittitur, ipſum Monaſterium extra Portas Civitatis eſt ſitum, tùm quia ferè nihil habent in bonis, cogimur ſuper ipſum Monaſterium ejuſque Moniales, & Dominas, compaſſionis oculos aperire, & ex officii debito de earum Statu, prout eſt poſſibile, ſecundum malitiam temporis providere. Attendentes itaque, quòd hoc melius fieri nequit, quàm ſi dictum Monaſterium, ipſiuſque Moniales, & Dominæ, cum rebus, & poſſeſſionibus ſuis alteri honeſtarum dominarum Monaſterio uniantur, & incorporentur, quamque adhoc nullum eſt Monaſterium aptius, quàm Monaſterium veſtrum, intra quod, ut debuiſtis, ex quadam compaſſione ad habitandum vobiſcum admiſiſtis, jam eſt, ut audivimus, præſentis Monaſterii S. Bernardi Moniales, & Dominas, & quòd tàm ipſæ, quàm vos unum effici affectatis, ſimulq; domino famulari ex noſtra ordinaria poteſtate dictum Monaſterium S. Bernardi, ipſiuſq; Moniales veſtro Monaſterio incorporandas, & uniendas perpetuò duximus per præſentes, cum omnibus poſſeſſionibus, bonis, & Juribus ad illud ſpectantibus, firmam ſpem, fiduciamq; tenentes, quod cum de vobis bonum feratur teſtimonium, & per bona hujuſmodi unio in utriuſq; Monaſterii commodum redundabit: In quorum omnium teſtimonium præſentes fieri fecimus, & in publicam formam redigi per Notarium infraſcriptum, noſtrique Sigilli appenſione muniri. Actum Cremonæ in domo habitationis noſtræ, Anno Domini milleſimo treceteſimo decimo nono, Indictione ſecunda, die ſexta Menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſs. Patris D. N. Joannis Papæ vigeſimi ſecundi anno quarto, præſentibus Cambio Petri de Vico presbytero, Joanne de Ferrariis beneficiato in Majori Eccleſia Cremonæ, presbytero Andrea de Lanzonib. Canonico Eccleſiarum SS. Egidii, & Homoboni, & Antoniolo de Arigonibus Cive Cremonen. teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.

Sub-

Subſcript. *Et ego Andreas Floretti de Civitate Callen. publ. Imp. auctoritate Notarius prædictis unà cum ſuprà ſcriptis teſtibus* Loc. ✠ Signi *interfui, & ea de mandato dicti D. Petri ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meoque ſolito ſigno ſignavi.*

XIX.

RIcardus Malumbra Jacobi de Arena Parmenſis Auditor ſapientiſſimus, utraque Laurea decoratus, in omnium rerum magnarum, atque artium ſcientia verſatiſſimus, Patavinam, & Peruſinam Accademiam, publicè docendo, illuſtravit, aliaque, ut infra, magnoperè inſinuanda peregit. Notiſſima quippè ſunt ejus celeberrimi Ingenii monumenta.

Super Codice lib. 9.
Super Inſtituta lib. 4.
Super toto Digeſto lib. 5.
Quæſtiones Variæ
Conſilia varia tùm in Collectaneis Ziletti, tùm aliorum
Liber ſextus Statutorum Reip. Venetæ additis illis
Jacobi Tiepoli Summi Ducis, annuente altero Supremo
Reip. Moderatore Andrea Dandulo

Verùm audiamus quid de eodem ſentiat, & exprimat noſter *Vida in Oratorio adverſus Pap. Act.* 2. Tertium addo honorifica ſemper cum nominis præfatione nominandum Ricardum Malumbram, cujus admirabilem quandam, & inaudibilem, & penè divinam in legibus interpretandis, equitateque explicanda ſcientiam Bartolus, & Baldus, cæterique poſteriores legum interpretes paſſim in ſuis Commentariis ſummè admirantur. Antonius Butrius autem antiquus J.C. planè atteſtatur, eum fuiſſe omnium Juris peritorum ſuæ ætatis doctiſſimum. Accepimus Patavii publicè maxima Auditorum frequentia, atque conſenſu, Jus civile interpretatum fuiſſe anno à partu Virginis Mcccx. Bartolus idem inſuper eum teſtatur maximis honoribus cohoneſtatum fuiſſe, & in Sacerdotum Cardinalium Collegium ab eximiam virtutem cooptatum refert. Reſpub. Senatuſque, ac Populus Venetus utitur adhuc legibus, quas ille eorum voluntate alter Solon, aut Lycurgus luculentiſſimè præſcripſit: hactenus Vida, à quo percepimus Malumbram floruiſſe inter S. R. E. Cardinales. Venetiis, ubi ſummis refertus honoribus obiit apud SS. Joannis, & Pauli in hanc uſque diem recolitur hoc Monumentum.

Vas Juris, Legumque Jubar ſine compare Doctor
Militis, & Comitis merita ratione Cathedrę
Dotatus titulis Ricardus prole Malumbræ
Malleus es Umbra Patriæ decus atque Cremonæ,
Qui gratus Venetis jacet hic, ſed nuncia laudis
Vivet Fama Viri nullum peritura per ævum.

Ejuſdem legum excellentiam Auctores Juridici omnes poſt eum ſcribentes teſtantur, quos prætereo. At ſolùm Hiſtoricos reminiſcar. In primis autem omittendum non eſt inter præcipuos ejus Scholaſticos Albericum de Roſciate Bergomenſem adnumerari, ut per *Calvum in Scena liter. Script. Bergom.*

Jacobus Philippus Bergom. lib. 13. *ſupplem. hiſt.* poſt nonnulla ſcribit, quòd licet ſui temporis Doctorum Principem nominatum fuiſſe, attamen à Jacobo Butigari, ſeu melius Butrigario, & Baldo hereſi condemnatum fuiſſe, quod idem ſentit cum eodem Bergomate *Abbas Trithemius de Scrip. Ecclesſ.* Verùm nullas adducunt rationes, at potius in ipſis Butrigario, & Baldo maledicentiam, & invidiam oſtendunt.

M. Mantua de Vir. Ill. hæc de eo notat. *Ricardus Malumbra Cremonenſis Juriſconſultus fama ſuper æthera notus, ſæpiſſimè ab interpretibus noſtris citatus, & cujus vitam Severi, ac Jo: Fichardus optimè deſcripſerunt &c.* Inſinuat etiam contrà eum excanduiſſe Barthomæum Capovacenſem Patavin. *Conſil.* 419.

Laudant quidem eum Angelus Portenarius Felicet. Patavin.

Marcus Guatius in Chronico.

Geſnerus in Bib. Inſtit.

Card. Gabriel Paleotus in ſuo opere de nothis, Spuriiſque cap. 1. *num.* 1. affert Malumbræ Conſilium penès Bartholum *lib.* 3. *de Concub.*

Sanſovinus in Hiſt. Veneta lib. 112.

Gazalupus de modo ſtudendi in utroque Jure docum. 5.

Panciroius de Clar. leg. Interpret.

Antonius Riccobonus de Gymnaſio Patavino lib. 1. *cap.* 10.

Ferentillus in diſc. Univer. ad ann. 1321, *& innumeri alii.*

Fontana in Biblioth. legali p. 6. *lit. M.*

XIX.

ALbertinus Colectus, in rebus Mathematicis expertiſſimus, quibus Italiæ Proceribus apprimè gratus evaſit, plures exaravit *Regulas Mathematicas.*

Hoc comprobatur ab ejus inſcriptione Sepulchrali, quæ licèt tumulo amota, ob defectum hujus familiæ, tamen adhuc videtur cum effigie ejus Albertini, & Inſignibus in primo periſtylio S. Franciſci, quæ licèt confracta, ita pluries à me fuit lecta.

Hìc jacet D. Magiſter Albertinus de Colectis in Arte M*athematica peritus, qui obiit die* IX. *menſis Martii* MCCCXIX.

XIX.

JUlius Cæſar Specianus omnium literarum amantiſſimus, cujus dicendi, & ſcribendi vis non modicè effulſit, apud Caſimirum Sarmatiæ Regem à ſecretis egit, & profunda eloquentia compoſuit Opera.

De

De Reipub. dignitate
De Optimo Principe

In Regia Bibliotheca ad tanti Viri monumentum ſervata teſtatur *Breſſianus in V. R.*

XX.

ALbertinus de Laude inter Patriæ Summates, ſive Juriſconſultum ageret, ſive decurionem, ſive Legatum, apud Principes ſemper admirandus enituit, & præcipuè apud Carolum IV. Imperatorem, in cujus obitu multum fuiſſe amiſſum Cremona credidit, & eo magis, quòd ejuſdem ingenii monimenta ob temporum incuriam nunquam deliteſcere debebant.

Authores Syllaborum J. C. de Coll.

Nigreſolus de Anſoldis, aliis de Anſaldis vir magnus, & in legibus interpretandis judicio excellenti, quippe Paduæ effulſit Judex, Vicarius, & Prætor Florentiæ ſuprema Capitanei Populi dignitate diligentiſſimè functus eſt. Terdonæ demùm Vicarius, ut ex ejuſdem Civitatis Statutis, in quibus legitur: *Nobilem, & Potentem Virum D. Nigriſolum de Anſoldis Militem, Legumque Doctorem, Civem Cremonæ, Vicarium Civitatis, & diſtrictus Terdonæ pro S. Rom. Eccleſia, & Regia Majeſtate Hieruſalem Siciliæ &c. anno* 1329. *Indict.* 12. *die Dominico* 26. *Febr.*

Videndus Scipio Ammiratus Hiſt. Florent. p. 1. *Tom.* 1. *lib.* 6. *pag. mihi* 298.

Codex Zabarellius in Anonymo de Præt. Paduæ

Syllabus J. C. Coll. Cremon.

XXI.

MArcheſinus Piperarius optimus legum Doctor, Veterum monumentis optimè inſtructus, & magna in rebus gerendis ſapientia, Bononiæ inter Judices hoc anno adſcriptus eſt, ſcripſit

De Judiciis, & Controverſiis.
De Origine Longobardorum.

Recolitur ab Alidoſio de Præt. & Jud. Bonon.

XXII.

ANna Dovaria filia Nicolai, Boſii Cremonæ Domini Nepotis ævo ſuo præſtantiſſima, & ſupra invidiam glorioſiſſima virago, & matrona, virtutum omnium ſpecimen univerſi Orbis admirationi exhibuit: nam pro meritis Matrimonio fuit copulata cum Philippino Gonzaga Duce fortiſſimo Aloyſii Mantuæ Domini ſecundogenito, ampliſſima, & ditiſſima dote Marito conſtituta, quæ

quidem illam animi ejus nobiliſſimi nullatenùs æquavit. De hac ſcribit *Scipio Agnellus Maffeus Epiſc. Caſal. in Annal. Mantuæ lib.* 9. *cap.* 5. *ſub eodem anno*, *&* *allegat Dainum*.

Ludovic. Cavitellus de eadem Annal. erga finem, ſcribit Feudum Veſcovati tunc juris Epiſcopii Cremonæ fuiſſe permutatum cum illo Jovis aræ vulgò Genivolta, quod pro dote ejuſdem Annæ adeptum fuerat per Philippinum Gonzagam. *Platina in Hiſt. Mantuana* Annam Dovariam male Varenam appellat.

XXIV.

PEtrus de Allegris Abbatis F. utriuſque Juris admodum peritus, ac philoſophicis ſtudiis præter omnium laudem ornatus. Philippus Valeſius Francorum Rex arctiſſima benevolentia eum eſt proſecutus, variiſque legationibus decoravit. Bononiæ quidem Miniſter Judiciis præfuit, & ſcripſit

Conſultationes Legales.
Philoſophiæ opera varia.

Breſſianus in Coll. & in Syllab.
Alidoſius in libro Jud. Bonon.

XXV.

PAſinus de Surdis inter ſummos Oratores, quibus Civitas noſtra efflorebat, connumerandus eſt, in græcis, atque latinis verſatus, nec non utriuſque Juris impensè peritus, pleraque ſcripſit Opera, fuitque Inclytæ Venetorum Reip. à conſultationibus, & judiciis valde notus, memoratur *ab Antonio Campo in Hiſt. ad annum* 1339. inter Reformatores Ordinum Vectigalium.

XXV.

OCtavianus Gulferammus, quo ſuis temporibus non habebatur quiſquam rebus philoſophicis illuſtrior. Ejus ſunt Opera

De Rebus naturalibus Tract. 3.
De Motu Locali
De Methodis, *&*
Commentaria ſuper Ariſtotelem

Breſſian. in V. R.

XXVI.

RAymundus Oldovinus Legum Doctor clariſſimus, quem Patria ſuo tempore maxima veneratione coluit: ſcripſit

De invaliditate Matrimonii
De Uſufructu, *aliaque Opera*, *quæ apud ejus* Poſteros viſa teſtatur *Breſſian. in V. R.*

In Syllabo J. C. de Coll. vocatur Raymundinus.

Johan-

XXVI.

JOhannes Ariſius à Johanne XX. nuncupato XXII. Epiſcopus Teleſinus conſecratur. Hic ille eſt, quem Johannes Genitor meus dilectiſſimus aliquandò indicabat è noſtra Familia, Epiſcopum antiquo tempore extitiſſe in Regno Neapolitano, cujus nomen tantum, ut aſſerebat, fuerat apud noſtros domeſticos relictum. Addebat etiam huic, & aliis noſtris iniuriam fuiſſe illatam, dum affirmabat ex majorum incuria illius nomen Urbis periiſſe, cui præfuerat Antiſtes. Tandem in evoluendis voluminibus *Abbatis Ughelli in Ital. Sacr. Tom.* 8. procul dubio Teleſiæ Epiſcopum adinveni, quæ Urbs eſt, nunc ferè everſa, à Benevento ſuprà 20. milliaria verſus Aliſas, & non longè à Capua, & ibi notat Ughellus ſolviſſe ſubſidium Sacro Collegio anno 1326. die 24. Aprilis, ut ex lib. Solut. Prælatorum Joannis XXII.

Floruit & anno 1403. Joannolus de Arixiis inter Syndicatores omnium Officialium Mediolani tempore Duciſſæ Catharinæ, & Joannis Mariæ filii Mediolani Ducis, ut conſtat ex diplomate, quod recenſet *Placidus Pucinellus Mon. Caſ. in lib. de Fid., & Nobilit. Notar. pag.* 258. (Citatio Pucinelli erronea non est)

Inter Decuriones, ſeù Conſiliarios Cremonæ anno 1441. legitur paritèr alter Joannes ex mea Familia, ut ex Indice Decurionum Patriæ M. S. quæ reperitur in celebri Bibliotheca S. Abbundii Cremonæ.

Animadvertendum eſt antiquitùs, majores meos fuiſſe vocatos Riſſos, Riſios, Ariſios, & Arixios, ut melius probare nitar in ſecundo Volumine.

XXVI.

FUlchinus Schitius J. C. expertiſſimus Luchini, & Joannis Archiepiſcopi Fratrum de Vicecomitibus ex primis Mediolani Regulis à conſiliis, ſatis eruditè ſcripſiſſe dicitur.

De Succeſſionibus ab inteſtato
De inventarii confectione
De Privilegiis dotalibus.

In anteriori periſtylio Cœnobii S. Dominici Cremonæ etiamnum in ſepulchrali ejus lapide legitur

Hoc ſepulchrum eſt Nob., & Egreg. Militis, ac Juriſperiti D. Fulchini de Schitiis, qui obiit anno MCCCLVII. *die* X. *Julii, & Hæredum ſuorum.*

Breſſian. in Coll. &
Syllabus J. C. ejuſdem Coll.

Paulò ante eundem Fulchinum floruit Paſinus Schitius J. C. Coll. Reip. Florentinæ, & mox Januenſis Cauſarum Civilium Auditor. Item Bazinus de Schitis Vic. Generalis Ep. Novarienſis anno 1368. ut ex Statutis Ripariæ S. Julii.

Man-

XXVII.

MAnfredus de Paſqualibus J. C. eximius in Foro, & in cauſis agendis, eiſque judicandis probatus, in Civitate Bellunenſi pro Juſtitia Magiſtratum rexit ſub Joanne Gradonico ſupremo pro Celſiſſima Repub. Veneta moderatore, cui familiari conſuetudine vixit. Suum Sepulchrum ad Divi Lucæ Cremonæ habuit.

In hoc tumulo jacet J. U. D. D. Manfredus de Paſqualibus, qui fuit Juſtitiæ Præcipuus zelator, Patriam ſuam cum ſumma laude rexit, obiit anno ætatis ſuæ LVI. *die* XVI. *menſis Auguſti anno Dom.* MCCCCLIX. *Virginia Redenaſca Uxor mæſtiſs. P.*

Ab Auctoribus Syllaborum vocatur Manfredinus.

Floruit & anno 1361. Nicolinus de Paſqualibus J. C. Coll. Gubernator Ripariæ S. Julii Novarienſis, ut ex Statutis ejuſdem Ripariæ.

XXVIII.

JAcobus Burgus optimus Juriſperitus, & antiquariæ ſupellectilis ſolertiſſimus collector, Bononiæ anno 1323. Judiciis Criminalibus præfuit, confecit Opera

De Officio Prætoris.

De Advocato Criminali.

De Antiquitatibus Patriæ ſuæ.

De eodem *Alidoſius de Præt. & Jud. Bonon.*

Autores Syllabi J. C. de Coll.

XXXV.

ALbertus Truſius antiquitatis valdè peritus, & illuſtrandæ Patriæ cum primis ſtudioſus, ſuæ in ipſum benevolentiæ vim teſtatam fuit cum ſcripſit

De Nobilibus Patriæ Cremonæ Familiis.

In quo probare nixus eſt inter cætera varias Concivium ſuorum gentes à Romanis oriundas, & Cremonæ propagatas occaſione Coloniæ illuc deductæ anno ab J. C. Dxxxv. Ipſius ideò plurimum nituntur auctoritate, qui ſuperinde quicquam monumentis mandarunt, ut Raphael Fabagroſſa, Paulus Zignanus, de quibus inferius, & Joſeph Breſſianus, ut ipſe teſtatus eſt.

XXXV.

DOninus Foliata legum interpres notiſſimus, ac plurimarum rerum exacta cognitione præſtantiſſimus, ad Carolum IV. Cæſarem Auguſtum pro Patria Orator Comitis Palatini, ejuſq; à conſiliis titulo inſignitus. Ejus opera, quæ non infimi cenſus fuere, deſiderantur.

Syllab. J. C. de Coll.

Memo-

Memoratur à Cavitello ad an. 1311. inter eos, qui fuerunt carceri addicti ab Henrico in loco Paterni unà cum Benvenuto, & Nigro itidem de Foliatis.

XXXV.

OTtolinus Picenardus ſui temporis Juriſtarum optimus, cujus nomen exprimit Epitaphium ad Divi Dominici ejus Tumulo inſcriptum

Ottolino Picenardo Jur. Conſ. expertiſs. doctrina, & pietate inſigni Leona Amidana Conjux chariſs. vivens P. vixit Ann. LXIX. *Menſ.* X. *Di.* III. *Obiit pridiè Kal. Junii anno Salu.* MCCCLXXX.

Buſchetus in Epit.
Syllab. J.C. de Coll.
Breſſian in Coll.

XXXVI.

GUillelmus, à Patria, *de Cremona*, dictus Canonum Doctor inſignis Canonicus Decanus Aquilæjæ, ac Brixienſis Epiſcopi Generalis Vicarius, ut mihi conſtat ex opere *Bernardini Fajini* inſcripto *Cælum S. Brix. Eccleſiæ in Catalogo tertio, ubi de Vic. Gen.*

Breſſianus in Hiſto. Eccleſiaſt. eum vocat ex familia Corteſia.

XXXVI.

BErnardinus Poſſolus exiſtimatus eſt ætatis ſuæ doctiſſimus Juriſperitus. Is Judex rerum Criminalium Bononiæ, Ravennæ, & Florentiæ jura dixit, & reliquit libros

De Actione, ejuſque natura.
De Condemnatione Rei.

Alidoſius de Jud. Bonon. Breſſian. in Coll. & Syllabus J.C. de Coll.

XXXVI.

ALbertinus de Sancto Petro Medicus, & Philoſophus præſignis, Ferrariæ docuit publico ſtipendio ductus, Eſtenſibus Marchionibus charus; nam aſſiduis officiis noſtrum concivem foverunt. Evulgavit

De Cauſis caloris lib. 3.
An Medicina ſit ars, vel ſcientia.
De Philoſophia Morali Tract. 1.

In Patria à vita deflexit, humatus in Ædibus Divi Martini, ubi ſcriptum fuit.

Albertinus de Sancto Petro Phyſicus doctiſſimus, Civiſq; Cremon. Vita incomparabili, qui obiit non ſine lacrymis totius Civitatis Anno MCCCLIII., *ætatis ſuæ ann.* LXVII. *hic requieſcit in pace.*

XXXVII.

JOannes de Baris à Soncino ibi publicus Gymnaſiarcha non modicè doctus, compoſuit de Artibus oratoria, & poetica, Commentarios in libros M. T. Ciceronis de Officiis.

In Satyras Auli Perſii, quæ malo fato, pereunte Auctore ab epidemia, igne, ut contagione infecta devaſtata fuerunt, ut ex M. S. *Hieronymi de Baris.*

XXXVIII.

GAſapinus, ſive Gaxapinus Antignatus Legum doctor præclarus, & Bononiæ hoc anno incorruptus latrunculator, ejus opera ſunt.

De Furtis Tom. 2.

De Nocturno Tempore Tractatus. ſcripſit &

Chronicon dictum Lectiflorum, quod refert Gualvanus Flamma in Chronico Majori, initio Libri, cui tit. Politia Novella, recenſens Auctores, unde Chronicon ſuum derivavit, item allegat ejuſdem Gaſapini Gloſſam, ſed ipſum vocando Gaſgapinum.

Anno 1339. Patriæ reformavit Vectigalium decreta.

Ejus meminit Alidoſius in libro Prætorum, Ducum, & Judicum Bononiæ.

Campus in Hiſt. lib. 3. ad an. 1334.

Breſſianus in Coll. J. C.

Author Syllabi J. C. Statutis annexi.

Prodierunt & ex eodem Collegio anno circiter 1400.

Joanninus de Antignatis, &

Thomas de Antignatis, qui anno 1490. uſque ad 92. legit Jura canonica Bononiæ, ut ex eodem Alidoſio in ejus libro J. C. Advenarum, qui publicè leges Bononiæ docuerunt.

XXXVIII.

MApphæus Melius, qui & Maphinus ab aliquibus ſcribitur J. C. & Orator eximius, non minùs ingenii, quàm familiæ corruſcavit ſplendore, patrio Legalium Doctorum aggregatus Collegio majus attuliſſe jubar, quàm retuliſſe compertus eſt. Magnum proinde Patriæ decus effulſit, quam & ſibi maxime devinxit, cum Decurionis munere, tùm variis pro ipſa ad Italiæ Principes legationibus perfunctus, ſcripſit etiam

De differentiis legum, & Canonum

De Fideicommiſſo

De Vita Humana Tractatum

Breſſianus in Coll. J. C.

Syllabus J. C. de Coll.

Hippolythus Calandrinus in ſuo Publio perperam *Suevo pag.* 35., qui refert habuiſſe filios Franciſcum, & Joannem.

Tho-

XL.

THomas Gulpherammus Vir Patritius, & apprimè doctus in Juriſprudentia Singularis, ex qua in Collegio Judicum Patriæ connumeratus, ſcripſiſſe habetur

De Sepulturis Illuſtrium Virorum Cremon.

Item Vernaculo Sermone

De memoria locali diſput. 3.

Breſſianus in Coll. & in V.R.

In Syllabis J. C. Coll. tùm typis edit. tùm M. S. vocatur Thomaſinus.

XLII.

GUillelmus, quem alii ex Familia de Amidanis nobili, & clara, alii de Tocchis appellant Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſcientiarum oraculis, & vitæ Sanctitate celeberrimus, electus Prior Generalis totius Ordinis Florentiæ die 28. Februarii 1326. in quinque ſubſecundariis Comitiis, licèt invitus, plenis votis, & plauſibus confirmatur, nempè Lutetiæ Pariſiorum die 8. Novembris 1329., Venetiis die prima Junii anni 1332. Grinnici Urbis Galliæ Narbonenſis 4. Junii 1335. Senis 1338. Toloſæ die 27. Maii 1341. Eccleſiæ demùm Novarienſi à Clemente VI. Antiſtes præficitur die 16. Julii anni 1342. non abſque indiciis maximæ ejus humilitatis. Nam ipſe anno 1327. à Joanne XXII. oblatam Purpuram Cardinalitiam recuſaſſe fertur, Virum in omnibus maximum fuiſſe ejus Opera indicant

De Auctoritate Apoſtolica lib. 1.

Expoſitiones ſuper quatuor Evangelia

Commentarios in 4. *lib. Sententiarum*

Orationes, & Sermones per tempora &c. &

Novarienſis Eccleſiæ Statuta.

Aliàs ejus virtutes ita exprimit Jacob. *Philippus Bergomenſis in Suppl. Chronicorum lib.* 13. *Ipſe hæc ipſa tempora tùm doctrina celebri, tùm morum Sanctitate, tùmque inſigni eloquentia plurimum decoravit &c. in quo quidem Pontificatu Beatum Patrem Auguſtinum imitaturus duodecim ſui Ordinis Fratres ſecum habere voluit, cum quibus Sacra faciens, canonicas horas nocturnas pariter, & diurnas quotidiè vigili cura exſolvebat &c. Divi autem Patris Auguſtini Corpus à Joanne XXII. Pont. cum maxima privilegii prerogativa obtinuit, ubi & locum celeberrimum unà cum Sepulchro marmoreo celeberrimo conſtruere fecit &c.*

Qua occaſione noſter Guillelmus obtinuerit juxtà Eccleſiam S. Petri in Cælo Aureo Papiæ Cænobium pro ſuis FF. conſtrui, conſule (Amice Lector) *Aloyſium Torrellum in Sæcul. Auguſt. tom.* 5. *ad ann.* 1327. qui fusè tractat de hac materia.

Quæ de eodem ſcribit Elſſius in Encom. Augùſt. opere pretium erit repetere. Narrat ſiquidem eum fuiſſe à Confeſſionibus Galeatii Primi de Vicecomitibus Mediolani Domini, & loquens de Bernardo

nardo Olivario dicit, noſtrum Guillelmum creatum fuiſſe S. R. E. Cardinalem, idque latuiſſe Onuphrium Panvinium, & Ciavonium propter defectum ſubſecutæ publicationis; Suſpicatur inſuper non de Amidanis, ſed ex Familia de Tocchis fuiſſe. Torrellus autem loc. cit. citrà dubitationem ſtatuit, ipſum fuiſſe de Tocchis contrà Ughellum, qui obfirmat eum de Amidanis. Verùm in Tomo 6. ubi etiam de eodem fuſiſſimè ſub annis 1355. nu. 4. circà id ambigere videtur; opiniones ex Toccha Familia ſequitur Lazarus Auguſtinus Cotta J. C. mei amicus eruditiſſimus in ſuo Muſæo Novarienſi, & *in lib.* 2. *Chorographiæ Ripariæ* S. Julii, ut mihi ſuaviſſimis ſuis Epiſtolis confirmavit. Verùm de hac Toccorum ſtirpe haud quaquam apud Cremonenſes compertum habeo, immò nonnulli Patriæ Scriptores, qui de eodem ex compacto pertractant, & quibus adhæreo, vocant eum de Amidanis ſcilicet. Peregrinus Merula in Opere inſcripto *Nobiliſſima raccolta de Cremoneſi in Santità, &c.* qui & ejus ortum memorat circà annum 1280.

Breſſianus in Roſis, & Violis, & in Coron. Viror. Illuſtr.

Cæteri verò Authores, tantum Virum recolentes, ſunt innumeri, & præcipuè omnes Scriptores de rebus Auguſtinianis, inter quos, ut multos omittam, *Pamphilus Sign. Epiſcop. in Chronic. Eremit. pag.* 46. *Ven. Jordanus è Saxonia lib.* 1. *cap.* 18. de vita FF. Antonius Coriolanus in ſuo defenſorio &c. Sanctiſs. Guillelmi obitus fertur ſecutus die 29. Januarii 1353. Novariæ, ejuſque Cadaver Papiam tranſlatum, & repoſitum in Eccleſia S. Petri in Cælo aureo, ubi præclaris fulget prodigiis.

Carolus à Baſilica Petri Ven. Epiſcopus Novariæ *de eo latè lib.* 2. *ſuæ Novariæ &c.*

Petrus Maria Campus in hiſt. Eccl. Placentina lib. 21. ſcribit anno 1332. dum Placentiæ Prior Generalis reperiretur, gravi morbo correptus ob merita Beati Philippi Placentini, cui ſe devoverat, ad primam incolumitatem deveniſſe

Ejus Opera recenſent.

Conradus Geſnerus in Biblioth. Inſtitut. & fuiſſe S. R. E. Cardinalem eum aſſerit

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

Fabianus Juſtinianus in Indice.

Antonius Poſſevinus in App. Sacr. Tom. 1. *&* 3.

Ludovicus Jacob. à S. Carolo in Bibl. Pont. pag. 33.

In Inſula S. Julii Novar. Diæceſis, ubi extruxit pro ſe, ſuiſque Succeſſoribus Palatium, legitur hæc inſcriptio.

MCCCXLVI.

R. in Chriſto Pater Frater Guillelmus de Cremona Ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Epiſcopus Novarienſis, & Comes, fecit ædificari iſtud Palatium

Ad Honorem Dei

Et Sanctæ Novarienſis Eccleſiæ.

Et

Et in Turre Caſtri Veſpalati ejuſdem Diæceſis

Iſtud P. ædificari fecit.

R. P. D. F. G. Epiſcopus Novarienſis

De Ordine

Fratrum Eremitarum S. Auguſtini

Sub A. D. MCCCLI.

In Templo S. Petri in Cælo aureo Papiæ propè januam, qua patet ingreſſus in Aſceterium Eremit. ad lævam ſequens inſcriptio, lapidibus inciſa proſtat

D. O. M.

Guillelmo Viro Nob. Cremon.

Totius Auguſtinianorum Famil.

Priori Generali, Novar.

Demùm Epiſc. Hìc ſine memoria

Dormienti, qui memoratu

Digniſs. hoc S. Aug. Monaſterium

A Johanne XXII. Pont. Max. jam

Conceſſum MCCCXXXI.

Primus ædificabat

Prior, & Patres

Beneficentiæ Memores

Tanto Antiſtiti meritiſſimè

P. P.

M.D.CVIII.

Intra Aſceterium PP. Eremitarum S. Auguſtini in Aula Capituli tabula magna patet, in qua adeſt effigies ejuſdem Præſulis ſtantis, in habitu Epiſcopali, more Auguſtiniano, cum hac Epigraphe in parte inferiori.

Mag. Guilhelmus

Amidanus Nobilis

Cremonenſis, & Ordinis

S. Auguſtini Generalis

Epiſcopus Novarienſis.

Hujus Monaſterii Fundator.

Anno 1327.

XLIII.

MEliorinus, ſivè ut alii Miorinus de Gislandis J. C. vir inſigniter doctus, apud Guillelmum Epiſc. Novar. (de quo ſupra) virtute, & benevolentia maximè valuit, quippè quod venerabilis ille Senex Gislandum exiſtimabat, & ſuſpiciebat. Tanto enim Antiſtite ſuadente edidit

Statuta Ripariæ S. Julii Comitatus Epiſcopi Novarienſis.

Quemadmodum ex eorum proæmio his verbis dilucet. *Infraſcripta ſunt ſtatuta, & ordinamenta facta, edita, & ſeù compilata per ſapientem*

tem diſcretum Virum, Juriſque peritum D. Meliorinum de Gislandis de Cremona Caſtellanum, Prætorem, Rectorem Generalem Inſulæ, & Ripariæ pro Reverendiſſimo D. in Chriſto P. & D. Fr. Guillelmo Epiſc. Novar. & Comite de conſilio infraſcriptorum &c.

In fine hæc habentur: Committimus, & mandamus (ſunt verba Epiſcopi) diſcreto viro D. Meliorino de Gislandis de Cremona Juriſperito Caſtellano noſtro, ut poſſit ſtatuta, & Ordinationes de novo façere, & factas approbare. Anno 1343.

Hæc mihi è literario ſuo penu eſt impartitus humaniſs. æquè, ac eruditiſs. Amicus Lazarus Auguſtinus Cotta de Ameno Novarienſis. Cæterùm de Meliorino habetur mentio *in Syllabis J.C. Colleg. & apud Breſſian. in Coll. J. C. ad ann.* 1317.

XLIII.

Sigiſmundus Ala, cujus inclyti nominis exemplar refert ſequens Epitaphium in ædibus D. Franciſci Cremonæ ab Felice Buſchetto in Collectaneis conſcriptum.

Sigiſmundus Ala Phiſicus, & Aſtronomus Peritiſſimus literis politiſſimis imbutus, ingenii, atque induſtriæ laude ſemper claruit, & ſtudio veritatis cum omni æquitate acerrimè Ann. LXXI. Menſ. XI. die XVI. obiit Ann. MCCCXLIII. *Hortenſia Caracciola Mæſtiſſ. Con. P.*

XLV.

Franciſcus Summus à Piſcina nuncupatus, Juris prudentia clarus, quam legit Bononiæ, ubi etiam ad annos 1371. 72. & 78. 79. Judicandi munus exercuit. Tractavit

De modo argumentandi in utroque Jure, nec non Multa ſuper Codice pro faciliori Studentium methodo congeſſit.

In Regeſtis *Jo. Paſqualis Alidoſii* nominatur, & refertur Inſtrumentum dotale ejus Uxoris, quæ fuit Bena de Pardis à Luca ſub annis 1371.

Breſcianus in Coll. J. C. affert Epitaphium, quod aliàs legebatur in Eccleſia S. Apollinaris Cremonæ.

Hìc humatur Sap. & Egr. Vir Franciſcus Summus J. U. D. Peritiſſimus de Patria optimè meritus, qui obiit die XXVI. Menſis Januarii anno à Partu Virginis MCCCLXXXIV. *Amalthea Anguſſola Conjux fideliſſima de ſe B. M. P.*

Ex quo inferri poteſt, eum poſt ſuum reditum in Patriam, aliam Uxorem duxiſſe, cumque ea obiiſſe.

Eſt & ejuſdem mentio *in Syllabo J.* C. *Coll.*

XLV.

Oldroandus de Oldroandis in humanioribus literis optimè verſatus, ob excellentem doctrinam in Patria magnoperè acceptus, cui præfuit Magiſter, vulgavit.

Ora-

Orationes diverſas
De Natura Hominis Tract.
De Conſervanda pace inter Cives.
Breſſian. in V. R.

XLVI.

ALbertinus Schitius Juriſprudentia, & advocatione percelebris, publici comodi gratia digeſſit
De Exceptionibus dilatoriis, & declaratoriis Juditii lib. 4.
De Executionibus ultimarum voluntatum lib. 3.
De Privilegiis dotalibus lib. 2.
Breſcianus in Coll. &
Syllabus J. C. de Coll.

XLVII.

BAldinus, ſeu Ubaldinus Perſicus vir ſummæ doctrinæ, & temporibus ſuis frugi dictus, poeticæ non jejunus ſcripſit ad Pindari æmulationem pleraque
Carmina
De Vita ſolitaria
aliaque multa, quæ memorat *Breſcianus in ſuo libro inſcripto delle Famiglie Nob. di Cremona*, in quo quidem ex hac præclara Stirpe præter ſuperiori loco recenſitos leguntur
Annis 1272. Jacobus Prætor Peruſii
1287. Ægidiolus Prætor Laudis Pompejæ
1392. Brocardus Prætor Vincentiæ.

XLVIII.

NIcolinus Zermignaſius legum Interpres, Bononiæ Latrunculator ſeveritate, & gravitate non invenuſta perſpicuus, quem auri ſacra fames, ut pleroſque neotericos Judices ad aureas dapes vorandas non movit, vulgavit quidem
De Ornatu Mulierum
De ſoluto Matrimonio
De Reprobatione Teſtium.
Quibus manifeſtè liquet, eum meritò inter ſui temporis Optimos J. C. commendari.
Lud. Zermignaſius ex ſuis Gentilibus tanti Viri gloriam excitat *in Carmin. Italicis p.* 2. *typis Cremon. pag.* 51.
De eodem *Alidoſius in lib. Præt. Jud. Bonon.*
Sillub. J. C. de Coll.

XLVIII.

PRopertius Maggius profeſſione Medicus, magni nominis, ad Archiatri dignitatem in Patria omnium ſuffragiis provectus, compoſuit

De

De Ratione ordinandi Medicamenta
De Humido radicali
De Morbis Muliebribus
De Urinis
De Doloribus Cholicis.

Item italico Sermone opuſculum inſcriptum, *Dilettevole diſcorſo per conſolare gl' Infermi.*
Breſcian. V. R.

L.

BOnifacius Cremonenſis à Patria dictus Sacr. Ord. Præd. ſtuduit Ticini, & Bononiæ, multamque impendit curam in ſanctarum Scripturarum lectione; nam in concionandi facultate præſtantiſſimus, ut inter Principes hujus artis ab hiſtoriis, ab exemplis, ab argumentorum inventione haberetur, ut de eo *Altamura in Bibl. Dominicana.* Scripſit

Volumen magnum Sermonum de Tempore.
Sermonum de Sanctis
Sermonum Quadrageſimalium, Volumen verè aureum, ut ſcribit *Rovetta in Bibliotheca Chronologica*, valdè laudatum ab Alphonſo Fernandez in concertatione Prædicatorum
Sermones de B. V. in præcipuis ejus Feſtivitatibus editos fuiſſe innuit *P. Maraccius in Bibl. Mariana Tom.* 1.
Ejuſdem meminere præter allegatos, *Poſſevinus in App. Sacro Tom.* 1.
Gozeus in Catal. Vir. Illuſtr. Dominic.
Joannes Michael Plodius Bonon. in libro inſcripto, Vite degl' Huomini Illuſtri di S. Domenico 2. parte Papiæ apud Jacobum Ardizzonum, & Joannem Baptiſtam Rubeum 1613. memorat Bonifacium ſub anno 1507., & facillimè hallucinatur, cum alii Authores eumdem ponant ſub anno MCCCL enuntiato.
Antonius Senenſis in Chronico Pariſiis 1585. *pag.* 57.

Ab eodem *P. Rovetta* ſub anno 1507. refertur alter Bonifacius de Cremona, & allegat Antonium Senenſem, de quo ſuprà in Bibl. Ord. Verùm eundem eſſe opinor, de quo fuit mentio, cum opera recenſita conveniant in unum ſub utroque, & ſic errorem ob Chronologiæ confuſionem eveniſſe dubium haud eſt.

L.

THomas de Malumbris Juriſprudentiæ ſtudio addictus, ſuſcepta laurea, Collegium Ampliſſimum Patriæ indeptus eſt, accuratè compoſuit

Super Infortiatum volum. 2.
Super Inſtituta Regulas faciliores.
De modo bene vivendi

Breſſian. in Coll.
Syllabus J. C. Coll.

Gre-

L.

GRegorius de Cremona, ſuppreſſo familiæ cognomine, Religioſorum more, Auguſtiniani Ordinis S.T.D, Orator, ac probæ & laudabilis vitæ, compoſuit *Sermones Feſtivos*, quos antiquis characteribus pagina hædina conſcriptis in 8. vidi in Cancell. Bibl. S. Auguſtini Cremonæ.

Lud. Cavitellus *in Annal. ſub anno* 1452.

Antonius Poſſevinus App. Sacr. tom. 2. *& ubi de hac Bibl. in tom.* 3.

P. Aloyſius Torrellus in Sæcul. Auguſt. tom. 5. *ſub anno* 1350. *nu.* 45.

P. Philippus Elſſius in Encom. Auguſt.

L.

GAſparinus Stanga inter Patriæ Juriſperitos non poſtremam cathedram occupavit. Judicis miniſterium in Civitate Ferrariæ exercuit, & profundè literariæ communicavit Reipublicæ

Problematum Legalium lib. 6.

De Ordinaria, & delegata Juriſdictione lib. 4.

De Legitimatione filiorum.

In ædibus amplis Divi Auguſtini ejus cineribus erectum fuit hoc monumentum

Sepulchrum Nob. Viri D. Gaſparini de Stangbis Legum Doctoris, & ſuorum deſcendentium, qui diem ſuum clauſit extremum MCCCL. *die* V. *Novembris.*

Ejuſdem comminiſcuntur *Turreſinus in M. S. cum laudibus.*

Breſcian. in Coll. J. C. &

Syllabus J. C. Coll.

L.

JOannes Boninus Gadius, ſeu Gazius, cujus Nobile Epitaphium affert Jacobus Phil. Thomaſinus ex Mon. Patavinis ad Divi Auguſtini Templum Patavii in Urna marmorea ſublimi loco.

Dominus Jamboninus de Gazo Cremon. Doctor. Pariſienſis ſcientiæ Medicinæ eſt hic ſuperius, & ſui ſunt hic inferius.

Supra hoc monumentum extat adhuc ſtatua fictilis Antonii Gazii Philoſophi, & Medici, de quo in Athenis Patavinis agit idem Author, & cujus in Mon. Patav. ſcribit pariter Epitaphium ad Divi Franciſci.

Antonius Gazius Philoſophus, & Medicus inſignis, qui obiit 1528 cujus opera ſunt, ut notat *Iſrael Spacchius in Elencho Medicorum ſub titulo Coronæ floridæ Lugduni* 1514. *Ærarium ſanit. Auguſtæ* 1546. *de Vino. ibidem & eodem anno.*

De Purgationibus Baſileæ apud Henricum Petri 1541. *in fol. & alia.*

In manuſcriptis hiſtoricis *Jacobi Gadii* penès me exiſtentibus fol. 83. hæc leguntur, quæ de Joannebonino claram reddunt notitiam, &

idem Author teſtatur de anno 1526. ſibi fuiſſe tranſmiſſa à Nobilibus de Gadio degentibus Paduæ.

D. Jo. Boninus filius ſupradicti de Ventura, dum eſſet ætatis annorum undecim, mortuo patre, quorundam Nobilium Cremonenſium inſtigatione Crmona unà cum reliquis de ejus familia pulſus fuit.

Et Caſtrum Gazii, quod eſt in Territorio Cremonæ in Plebatu Sancti Jacobi cum nonnullis aliis ejus Caſtris ſibi ſubripuere, Gaziumque ipſum evertere, & reliqua ejus bona, & domos, quas in Urbe Cremona poſſidebat, fuerunt in publicum Ærarium confiſcata. Deinde hic Dominus Jo. Boninus à Matre ejus D. Donella de Pedezzocchis de Brixia, cuidam Abbati Monaſterii Pratalia ejus Dominæ attinenti miſſus fuit, & à præfato Domino Abbate Pariſios tranſmiſſus, ubi artibus, & Medicinæ operam dedit, & gradum doctoratus accepit: Poſteà verò Venetias venit, Inde à Commune Paduæ rogatus, ac publica mercede conductus, ad legendum in hoc Gymnaſio Philoſophiam ſe contulit, hìcque vitam finivit, & apud Eccleſiam S. Auguſtini ſepultus eſt in monumento ſuperiori.

L.

CInellus de Summo J U. D. Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonicus, Antiquitatum Patriæ ſtudioſiſſimus Indagator conſcripſit,

L' Origine delle Chieſe della Città, e ſua Dioceſi.

Le Vite de Veſcovi di Cremona dall' anno 54. *di Chriſto fino al tempo di Sicardo Caſelano.*

Verùm morte correptus librum imperfectum reliquit *Joſeph Breſſianus in Virtu. Ravivat.* affirmat omnia Auctoris Opera anno 1624. deveniſſe ad manus Julii Mannæ Cremonenſis Patritii.

Apud Tumulum ejuſdem in Eccleſia Divi Hippolythi, nunc Sanctæ Barbaræ, & Venturatæ aliàs erat, quod ſequitur

MCCCLXVIII. *Idibus Junii Cinelli Summi Viri Prudentiſſimi, ac Juſtiſſimi hìc oſſa ſua ſepulta ſunt anno ætatis ſuæ* 68.

Et in fronte fornicis Eccleſiæ Majoris Cremonæ verſus Januam tendentem ad Viam herbarum nuncupatam

MCCCXLII. *Indict.* XI. *de Menſe Julii hoc opus perfectum eſt ſub Dominio Mag. DD. Joannis, & Luchini Vicecomit. Civit. Mediolan. Cremonæ,*

Generalium DD. exiſtente ſolo Maſſario, & Rectore Laborerii hujus Eccleſiæ Red. Viro D. Cinello de Summo Canonico hujus Eccleſiæ per manus Magiſtr. Franceſchini, & Zanini de Taſellis Fratrum de Introitu oblationum S. Mariæ Sextariorum, ac reddituum cepi, & Cuſtodiæ Plateæ Cremonæ ad honorem Dei, & Beatæ V. M. & præfatorum magnificorum DD. & Communis Cremonæ.

Animadvertendum eſt, in gratiam Eruditorum, ſuper illis verbis in hac inſcriptione appoſitis *Reddituum Cepi*, ſignificari proventus, qui ex vico Cepi Fabricæ Eccleſiæ Cathedralis aſſignati ſingulis annis

nis ad hanc diem percipiuntur; Antiquitùs in hoc loco (ut in præfatione innuimus, & notat *Spighellus in Lexico Juris*) erat Officina armorum, quæ Cremonæ exercebatur Imperantibus Divis Cæſaribus Auguſtis. Cypus enim Græcè ſignificat mucronem, falcem, bipennem, & reliqua id genus armorum, Authore Suida.

Cato Melius Alexandri F. Aſtrologus eximius, Matheſim, & Aſtronomiam ad multos annos publicè profeſſus eſt in Patria, multa cum ſui nominis gloria. Scripſiſſe dicitur.

Sermones Aſtrologicos.

Commemorant ipſum *Hippolythus Calandrinus Parm. in ſuo* Publio perperam *Sueco pag.* 32. *& Joſeph Breſcianus lib. M. S. de fam. Nob. Cremon.* cujus etiam effigiem in ſuo Muſæo reliquit.

L.

NIcolaus Ranzinghus, ſeù Rezinghus, inter celebriores ſui temporis Juriſperitos memoratur à Ludov. Cavitello in Annal. eo anno, quo Cremonenſes habuerunt Guardaſtallum à Corrigienſibus, juxtà adiudicata per Luchinum Vicecomitem.

Joannes Baptiſta Gazalupus in tractat. de Mod. Studen. in utroque Jure docum. 5. memorando nonnullos JJ. CC. Illuſtres nominat Nicolaum Cremonenſem quem reor hunc eſſe, vel Nicolaum Malumbram, de quo ſuprà.

LI.

RAymundus de Archidiaconis Legum Doctor peritiſſimus, qui per plures annos extitit Vicarius Generalis Joannis de Vicecomitibus Mediolani Archiepiſcopi, & Domini Anno 1327. fuit in Collegio adſcriptus, ut refert *Breſſianus in Coll. Syllab. J. C.*

In libro, cui tit. *Antiqua Ducum Mediolani Decreta collecta per Doctiſs. Senatorem Bonetum*, tria emanarunt decreta, quorum in fronte legitur Noſtri Archidiaconi nomen.

LIII.

ISachinus Perſicus J. C. ex Coll. in cauſis agendis primam poſuit ætatem, deinceps ad Dignitates perductus, Italiæ Summatibus valdè gratus, & in exiſtimatione provectus quo ad vixit. Scripſit

De verborum obligatione lib. 4.

De pactis, & conventionibus lib. 4.

De executionibus ultimarum voluntatum lib. 2.

Inſcriptio, quam ſubdo, ornabat ejus tumulum in Ædibus S. Mariæ Ægyptiæ nuncupatæ nunc dirutis, propè Templum Divi Petri de Pado.

Iſachini Perſici J. C. Clariſſimi, doctrina, & pietate inſignis, cujus fide, & ſapientia Patriæ ſuæ conſulvit, hìc corpus tumulatum quieſcit, Obiit pridiè Kal. Maii anno MCCCLIII.

Ex Syllabis J. C. Coll.

MCCCLIII.

GAleatius Roncadellus ſua ætate vir admirabilis, ſi Buſchetti Epitaphiis auſcultamus, hoc enim nobis exponit, proſtans in Ædibus Michaeli Archangelo dicatis.

Galeatio Roncadello Phyſico, Philoſopho, & Aſtronomo doctiſſimo, & in hac Patria amantiſſimo, qui obiit nonagenarius prid. Id. Sept. anno Hum. Sal. MCCCLIII. *Nicolaus, & Bertonus Nep. Patruo chariſs. PP.*

LV.

GUillelminus Fraganeſcus Nicolini F., de quo referam, quę *Joannes Jacobus Turreſinus* adducit in Opuſculo ſuo inſcripto *Fraganiſcorum Nobilitas*. Guillelminus celebris apud omnes Juris Conſultus in album Judicum Cremonæ relatus eſt in porta Natali, & in Decurionum ordinem cooptatus, ut ex Statutis anni 1355. manuſcriptis tempore Barnabæ Vicecomitis, ubi adſunt ducentum Decuriones; Iſte poſteà Patavium, & Senas profectus, utrobique publicè leges profeſſus eſt, & ab utraque Accademia Doctoratus laurea inſignitus: mox cum in Patriam rediiſſet, ſenio confectus eò devenit, ut cauſas, ſi quæ fortè ei obtigiſſent judicandæ, ſperneret; libros denique venderet, & quidem plurimi, nt ferebat ætas illa, Nam Clementinas cum gloſ. ab eo emit Alexander Guiſcardus etiam Juriſconſultus Cremonenſis pretio florenorum quinq; aureorum, ut de his omnibus ad unguem conſtat per Nicolinum Foſſam Notarium annis 1373., & 1374. quæ protocolla nos habemus.

LVI.

FRanciſcus de Anſaldis dictus de Cavallieris F. Nigriſoli, de quo fit mentio ſub anno 1323. J. C. in alma Univerſitate Bononienſi publicè leges fuit interpretatus, nec non in Collegio Judicum cooptatus anno 1343. de eodem *Joannes Nicolaus Paſqualis*, *Alidoſius in ejus libro inſcripto, Li Dottori Bologneſi di legge. Bononiæ penès Bartholomæum Coccum* 1620., & in libro Canonicorum Bononiæ pag. 36. hæc leguntur, *Vendita, che fà il ſapiente, & eloquente Me. Franceſco Dott. Fidel. Nob........ d' Anſoldi, ò Anſaldi di Cremona, e Cittadino Bologneſe del* 1357.

Hoc anno 1335. fuit iterùm dominium Cremæ ab Azzone Vicecomite traditum Cremonenſibus, ut affirmat *Alemanius Finus in Hiſt. Cremæ lib.* 2.

LVI.

JOannes de Oldovinis ſapientiſſimus legum Doctor de Patriæ Collegio, hoc anno Vicarius Nob., & Potentis Viri Gotofredi de Sexto Poteſtatis Mediolani, tempore Bernabovis, & Galeatii

Domi-

Dominorum Magnæ illius Urbis, ſub quo emanavit die 25. Maii Decretum Cauſarum Civiliũ in Civitate, & Suburbiis Mediolani. Ejuſdem mentio eſt in libro inſcripto, Antiqua Ducum Mediolani Decreta, collecta *per Petrum Paulum Bonettum Cremon.*, de quo ſuo loco

Breſcian. in Coll. J. C.

LX.

STephanus Geroldus antiquus antiquitatis amator, anno 1360. in unum Volumen collegit

Epitaphia Inſignia Cremonæ

Quorum memoriam allegat Franciſcus *Breſcianus in Via Lactea Familiæ Ponzonæ pag.* 106. *nu.* 6.

LX.

DIonyſius Plazonus Vir fuſæ eruditionis, inter noſtros Grammaticos, & Poetas relatus eſt. Publicè in Patria docuit, & poſtremùm reliquit pergrande Volumen, in quo

Regulas ad literas latinas ediſcendas.

Epiſtolas, Epigrammata, & alia.

In Ædibus Divæ Sophiæ Sacris, dum obiit, habuit Epitaphium.

Dionyſius Plazonus Grecæ, Latinæ, & Hebraicæ linguæ ornatiſſimus, Liberalium artium peritiſſimus, acumine ingenii, rerum cognitione, & inſigni morum probitate hìc jacet cum Eriilia Ruberta ejus Uxore chariſſima. Obiit anno ætat. ſuæ LXVIII. *Prid. Non. Martii* MCCCLXXI.

Inter Decuriones Cremonæ fuerunt adſcripti ex hac Gente

Anno 1588. Lucius, &

1634. Balthaſſar Capitaneus.

LXI.

PAmphilus Muſſus præclari nominis Medicus, multis, ac variis honoribus illuſtratus tùm alibi, tùm in Patria, edidit

De Humido Radicali lib. 2.

De rebus non naturalibus lib. 2.

De Vairolis Tract. 1.

Breſcianus in Coll. Med.

LXII.

ANtoniolus Zanaſius Juriſperitus Alexandriæ, & Novariæ Præturas adminiſtravit, Conſiliarius Barnabæ de Vicecomitibus, ex Mediolani Regulis, plura ſcripſit

In Codice Juſtiniani

Raptum Europæ carminibus latinè cecinit, & alia.

Breſcianus in Coll. &

In Syllabo J. C.

Mauri-

LXII.

MAuritius Chizola Medicus Philoſophus, & Aſtronomus nuſquàm ſatis laudatus. In Patria Medicinæ Præceptor pluribus Voluminibus abſolvit.

De Practica Medicinali lib. 2.
De Nomenclatura ſimplicium medicamentorum lib. 2.
De Pulſibus lib. 2.

In Divi Matthiæ Ædibus legebatur, *ut ex Buſchetto*,

Egr. Artium, & Medicinæ Doctor D. Mauritius Chizola Comes Palatinus, Philoſophus, & Aſtronomus peritiſſimus in hoc tumulo requieſcit in pace Anno MCCCLXI. III. *Kal. Febru. ætatis ſuæ anno* LXXI. *Lucia Mozzanica Uxor mæſtiſs. non ſine lacrymis H. M. P.*

LXII.

RAymundus, ſeù Raymundinus Cavitellus præclariſſimus Legum Interpres, in Nobilioribus Italiæ Gymnaſiis Magiſter, & præſertim Ticini, Peruſii, & Ferrariæ multarum vigiliarum opera compoſuit, nempè

De Verborum Obligatione lib. 4.
De legali Studio adipiſcendo lib. 2.
De Feudis lib. 1.

De Patriæ antiquitatibus memorabilibus nonnulla Volumina, quibus deindè uſus fuit Ludovicus Cavitellus ex ejus pronepotibus in conſcribendis Patriæ Annalibus.

De eodem idem *Cavitellus ad ann.* 1362.
Antonius Campus Hiſt. lib. 3.

LXII.

CLearcus Guarnerius, cum facilitate ingenii inter Principes Italiæ Medicos Chirurgos excelleret, vulgavit

De Chirurgia lib. 3.
De Cura Vulnerum externorum lib. 2.
De Emplaſtris componendis tract. 1.

Laudatur à *Breſciano in Virtu. Rav.*

Hoc anno mortales reliquit exuvias

Ugolinus de Sancto Marco Parmenſis Ord. Pręd. ſepultus in Choro Ædis S. Dominici Cremonæ, cum Epitaphio adhuc exiſtenti in lapide, in quo ejus effigies.

Fr. Ugolinus de S. Marco de Parma Ord. Prædicat. Ep. Cremon. hic jacet, obiit die XVII. *Menſis Aprilis Anno Dom.* MCCCLXII.

Tho-

LXIII.

THomas Cropellus, ſeù de Corpello in utroque Jure Conſultiſſimus Generalis Vicarius Barnabovis, & Galeatii fratrum de Vicecomitibus Mediolani DD. ut habetur ex libro, *cui tit. Antiqua Ducum Mediolani Decreta*. Ejuſdem virtutis perhibet teſtimonium *Franciſcus Zava in Epiſt. Famil. lib.* 3. ad Andream Cropellum, in qua ſcribit. Tecum excogita quanti ſit honos, qui à literis proficiſcitur, qui per Thomam Cropellum veſtrum J. C. celeberrimum domi veſtræ celebratus, novos hujus nobiliſſimæ laudis hæredes requirit.

LXIV.

RAynaldus Perſichellus humaniorum literarum profeſſor, Muſarum cultor, à Græcis Poetis, & præcipuè à Pindaro carmina in latinos numeros mirum in modum convertit. Sunt namque ejuſdem plura

Epigrammata

Item ſoluta oratione

De Italiæ Antiquis, & Clarioribus Urbibus

De Vita Solitaria.

De Hominis diſcurſu diſput. 3.

Breſſian. in V. R.

LXIV.

VAlerianus Anguſſola bonarum literarum illis temporibus cultor ſelectiſſimus, Cremonæ publicè Rethoricam explicavit, ſcripſitque

Regulas ad humaniores literas addiſcendas.

Item quamplura ingenii, & elegantiæ clariſſima evulgavit indicia in Voluminibus.

Epiſtolarum, ac

Epigrammatum.

Idem ubi ſupra.

LXIV.

ANgelus Felinus Rhetor ornatiſſimus propter egregiam diſciplinarum cognitionem in Patrio Gymnaſio ad docendum delectus. Scripſit eruditè

Epiſtolarum diverſarum Volumina

Sermones morales, & alia

Breſſian. in Vir. Rav.

LXV.

LAntelminus Riparius Utr. Jur. Doctor eximius, legum Conſultor, & Advocatus domi, foriſque excellenti doctrina, ac non ſingularis prudentiæ cõmendatione ſe geſſiſſe traditur. Compoſuit

De

De Teſtamentis, & Codicillis lib. 3.
De Donationibus cauſa mortis lib. 1.
De Legatis piis lib. 1.
De Succeſſoribus ab inteſtato lib. 2.

Ex Syllabo J.C., in quo alter Lantelminus prognatus ab hac Nob. ſtirpe J.C. & Decurio recenſetur ad annum 1410., ex Vicinia S. Donati ſub die 12. Aprilis.

LXVIII.

THomas de Zacchariis Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor Græcæ, Hebreæ, Syriacæ, & Chaldeæ linguæ profeſſor, & in antiquis diſciplinis verſatus magni laboris ejus ſunt opera

De Partu Mulierum lib. 5.
De Cœna, & Prandio lib. 2.

Item alia permulta ex Hebræo illuſtravit volumina ad rem medicam attinentia. Cum octogeſimum annum ageret, periit, ſepultus in ædibus Divi Donati cum Inſcriptione.

Thomas Zaccharias Philoſoph. Doctiſs. Phyſ. Egre. omnique virtutum genere ornatiſs. hic requieſcit in pace; Obiit anno hum. Sal. MCCCLXVIII. V. *Kal. Auguſti. Penelope Ugolana Ux. Mœſtiſs.*

LXX.

CÆſar Pallavicinus inter nobiliſſimos ſuæ ætatis Medicus illuxit, & verus Anarghyrus in egenis Patriæ curandis. Poſteritati etiam vivit hiſce Operibus.

De Præſervatione à morbo Peſtilentiali lib. 3.
De Tumoribus præter naturam
De Subſtantia Virtutum naturalium
De Differentiis Pulſuum
De Accidenti, & Morbo.

In ædibus Divi Jacobi Humiliatorum, nunc Inclyto Cler. Regul. S. Pauli Collegio iniunctis olim legebatur, ut innuit *Buſchettus.*

Jacet intus ſub hoc lapide Egreg. Art., & Medic. Doctor D. Cæſar Pallavicinus, qui ſpiritum ſuum reddidit Creatori die XV. *Novembris Ann. ſalut.* MCCCLXXXIX. *Conſtantia Borromæa Uxor Meſtiſs. Hoc M. P. F. Breſcian. in Coll. Med. & Virtu. Ravi.*

LXXII.

ANtonius Guiſcardus, ſeù de Viſcardis Legum Doctor in Curia Romana notiſſimus, à Gregorio XI. Hierarcha Epiſcopus Nicomediæ, Bithyniæ Urbis à Bizantio 60. milliar., nuncupatur. Demùm à Joanne Galeatio Vicecomite Mediolani primo Duce, qui lectiſſimos in quacunque doctrina Viros conquirebat, ad Ti-

cinenſe

cinenſe Gymnaſium vocatus, ibi leges Canonicas ſubtiliſſimè docuit. *Paulus Morigia Hiſtor. Mediolan. lib.* 1. *Hiſtor. cap.* 23. ſed perperam Cremonæ Epiſcopum vocat. Morigiam ſecutus fuit *Breſcianus in Corona Vir. Illuſtr.* ſed correctius in Roſ. & Viol.

LXXIII.

HOrtenſius Panevinus honeſtis artibus Græco, Hebræo, & Arabo idiomate eruditus, in Patria publicè Grammaticen profeſſus eſt. Scripſit (*ut notat Breſſianus in Vir. Rav.*

Diſſertationes Morales

Totius Inſubriæ eventus.

LXXV.

CAtellanus de Mezaprilis, ſeù de Medioaprili ex Collegio J. C. Patriæ, Præturam Maceratenſem peregregiè geſſit. In libro inſcripto, *La Regia Picena &c.* Pompei Compagnoni in Indice Chronologico Præſidum Maceratæ inter annos 1374., & 76. recenſetur hoc nomine, & cognomine. *Catelano de Mediis Cremoneſe Podeſtà*, verùm à *Breſſiano in Coll.* ad annnm 1380. de Medioaprile, & in Indice antiquo Juriſconſultorum de Coll. ſub porta S. Laurentii de Mezaprilis vocatur. Floruerunt ex iiſdem Collegio, & gente, Andreolus 1267., & 1371. Bartholomæus.

LXXVI.

RObertus Goldonus, cujus laudes perhibet Epitaphiſta Buſchettus in ſuis Collectaneis, in Eccleſia S. Cataldi extrà mænia nunc diruta.

Roberto Goldono Philoſ., & Aſtrologo Doctiſs. Pietate, moribus, eloquentia claro, Juſtitiæ defenſ. Defuncto ſuæ ætat. anno LXXVI.
Claudius Frater Mon. hoc erexit ann. MCCCLXVI. *Menſe Octobris.*

LXXVI.

NIcolaus de Cremona nuncupatus, legali doctrina percelebris, de quo Joannes Baptiſta Cantalmajus Eugub. Arcis Areæ, & Carpiſiarum Comes J.U.D. in Syntaxi Sacræ Rotæ Rom. Auditorum. Romæ ex Typograph. Andreæ Phei 1640. pag. 27. ſic habet. *Centeſimus Quadrageſimus Octavus Nicolaus de Cremona.....*

Auditor anno 1376. *Rub. fol.* 3. *nu.* 5. *ubi abſque tempore, & conſtat uſque ad annum* 1381. *ex Proœm. Deciſ. nov. ubi in numero Auditorum illarum deciſionum enumeratus, & ipſum refert Bellamer. Coneld.* 198. *in fine, hactenus Cantalmajus.*

Comes Auguſtinus Fontana in Amphit. Legali litera C. *vol.* 1., ſcribit hunc fuiſſe S. Rotæ Romanæ Auditorem, ejuſdemque

Deciſiones haberi in corpore ejuſdem S. Rot. Rom. deciſ. impreſſarum.

Hunc reor eſſe Nicolaum Zanaſium, de quo infra.

LXXVI.

JOannes Cremonenſis à Patria nuncupatus Ord. Min. S. Franciſci, quem Vvadingus in Annal., & Haroldus in Epitome anno enunciato inter ejus Ordinis Illuſtriores, & Doctiores Viros enumerat ſub num. 3.

LXXVII.

ALphonſus Cattaneus Ord. Min. S. P. Franciſci Theologus in legendo, & docendo præclarus. Scripſit

De Sacramento pœnitentiæ lib. 3.
De modo viſitandi Infirmos lib. 2.
De modo devotè pſallendi.

Hæc habet *Breſcianus* in libro prænominato Virtù Ravvivata. Verùm *Gonzaga*, *Rodulphus à Toſſignano Vvilot*, *&* *Vvadingus* de eodem nihil habent.

LXXVIII.

ERſilius Breſſianus Chirurgiæ Doctor expertiſſimus, totique Inſubriæ notus, compoſuit accuratiſſimè, ut *Breſcianus* eodem libro aſſerit,

De cura Vulnerum
De Unctionibus, *&* *Emplaſtris conficiendis.*
Et alia ſimilia.

LXXVIII.

AMilcar Ciria Mathematicam, & Aſtronomiam publicè in Patria profeſſus fuit, & ſcripſit

De Uſu Ephemeridum lib. 1.
De Fluxu, *& refluxu Maris*
De Aſtrologia Judiciaria lib. 2.
Compendium curſus Sphær. Cæleſt.

In Eccleſia Divi Abundii Cremon. nactus eſt ſuis cineribus locum inſcriptum

Amilcar della Ciria Aſtronomus, *&* *Mathematicus doctiſſimus*, *Animi Virtute*, *& celebris literis floruit. Obiit Kal. Novemb. Anno* MCCCLXXVIII. *ætatis ſuæ ann.* LX. *hic jacet.*

Breſſian. Virtù Rav., qui allegat Buſchettum in Epitaphiis Cremonæ.

LXXIX.

LUcas de S. Petro ritu Sacerdos, doctrina Philoſophus, Vir alioqui honeſtiſſimis moribus. Scripſit

Super Phyſicam Ariſtotelis lib. 3.
Super Politica ejuſdem.
Compendium omnium Sententiarum Plutarchi, *& Diogenis.*

Idem Breſſianus.

Simon

LXXIX.

SImon à Cremona Ordinis S. Auguſtini Theologus Doctiſſimus, Vitæ incorruptæ, & Religionis exemplar, adeò ut Beati Prænomine à pleriſquè vocetur, Patavii denaſcitur circà finem anni 1390. de quo Joſeph Pamphilus Epiſ. in Hiſt. Auguſtiniana ſcribit. Simon de Cremona Vir Divinis ſcripturis eruditus, & liberalium artium non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Scripſit ad inſtructionem Simplicium Concionatorum non ſpernenda opuſcula, de quibus extant infraſcripta.

Ad Antonium Germanum ſuum Presbyterum Sermones Feſtivi totius Anni lib. 1.

Sermones ſuper Evangelia Dominicalia totius anni lib. 1.

Sermones ſuper Epiſtolas lib. 1., qui Sermones adhuc ſervantur Romæ, & Patavii in Bibliothecis Ordinis. Edidit quoque

Quæſtiones, & expoſitiones Sententiarum, item

Quæſtionem de Sangu. Chriſti, & de Indulgentiis Portiunculæ. Obiit tandem Patavii, & in Eccleſia Ordinis ſepultus eſt.

Verùm in celeberrima D. Auguſtini Cremonæ Biblioth. ſervantur ſequentia ejus opera à me viſa, & recognita, nempè Libri duo lignea compage vincti, & hædina pag. M.S. in 4. cui tit. rubeo charactere ſignatus hiſce verbis. *Iſti Sermones compilati ſunt per R. P. Mag. Simonem de Cremona, Sacræ Paginæ Profeſſorem Ordinis FF. Heremit. S. Auguſtini* 1380. *in Feria* 4. *Cinerum, alii duo ſimiles in* 4.

Sermones Quadrageſimales.

In folio verò

Sermones Feſtivi Tom. 1.

Sermones Dominicales Tom. 1.

De Indulgentiis Aſſiſii Tom. 1.

Super Ep. Divi Pauli Tom. 1.

In 4. *libros Sanctorum Tom.* 1. cui adduntur *Conſtitutiones Clementis Papæ V.*

Quorum librorum partem adnotat *Anton. Poſſev. in Tom.* 3. App. Sacr. ubi in fine tractat ex profeſſo de memorata Bibliotheca.

Edidit & *de præcipuis Deiparæ Feſtivitatibus Sermones*.

Collationes mortuorum in Evangelia, & Epiſtolas totius anni. Romę in Bibliotheca Ducis de Altemps.

Thomas de Herrera in ſuo Alphabeto Auguſtiniano, quem ſequitur *Marracius Lucenſis in ſua Biblioth. Mariana*.

Antonius Poſſevinus in Bib. Select. Tom. 1. *lib.* 2. præter alia dicit ſcripſiſſe de Studiis Theologiæ Scholaſticæ lib. 3.

Idem *in Appar. Sac.* aſſerit diù Venetiis concionando, magno cum fructu operam dediſſe; & *Tom.* 3. inter Scriptores ſuper Epiſtolas Divi Pauli ipſum refert.

Jacob. Phippus Thomaſinus in Bibl. Patavina M. S. ſcribit extare in Biblioth. FF. Conventualium S. Urſulæ Sermones Feſtivos, & Ad-

notationes ſuper Evangelia Dominicalia ejuſdem Authoris, quam *Aubertus Miræus Bruxellenſis in ſuo Auctario de Script. Eccleſ. cap.* 433. *in folio excuſam anno* 1484. *Beutlingæ teſtatur*. In Bibliographia Inſigniori Mediol. Ambroſ. inter M.S. id hoc titulo ſervatur. Simonis de Cremona Sermones. In fine. Explicit opus Quadrageſimale F. Simonis de Cremona Ord. FF. Heremitarum S. Auguſtini, & completum per F. Petrum de Tridento Ord. FF. Prædicat. die 9. Menſis Januarii 1413.

Pau. Morigia Hiſt. Orig. Relig. ſub cap. 53. aſſerit Simonem in Regno Neapolitano, & præſertim in Campania fuiſſe ejus Ordinis optimum Reformatorem Congregationis, ut ajunt Carbonariæ, quam ſanè opinionem impugnat P. Torrellus in ſęcul. Auguſtinian. tom. 6. ad annum 1419. nu. 11. vocando Morigiam Authorem parvi ponderis. Verùm *Cruſenius in 3. parte Mon. Auguſt.* idem ſentit cum Morigia

Philippus Elſſius in Encom. Auguſt. plura de eodem, & eum deceſſiſſe ann. circà 1390., & de eodem

On. Panvinius in Chronolog. Eccleſiaſtica, ſub annis 1337 eum vixiſſe memorat.

Abb. Trithemius de Scriptor. Eccleſiaſt.

Caſimirus Oudin Præmonſtratenſis in Suppl. de Script. Eccleſ.

Carraciolus in Neapol. Sacro.

Idem *Aubertus Miræus de Origine Canonic. Regul.*

Auguſtinus Florentinus Camaldulenſis, cum duobus ſupra recenſitis idem ſentiunt, ut Morigia circà Congregationis Inſtaurationem.

Sixtus Senenſis in Bibl. lib. 4.

Fabianus Juſtinianus Genu. in Ind. univerſali Alphab., *& in Tract. de Sacra Scriptura.*

M. Hiero. Vida in Orat. adverſ. Pap. Act. 2. pag. 46.

Ludovicus Cavitellus Annal. ſub annis 1348.

Peregrinus Merula in Opuſculo Virorum Cremon. Sãctitate Inſigniũ pag. 32

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica, ubi de his, qui Harmonias Evangeliorum ſcripſerunt

Geſnerius in Bibl. Inſtituta, *& Verderius in Supplemento* ejuſdem Bibliothecæ.

Idem Nicolaus Cruſenius in Monaſticon Auguſtinian. p. 3. cap. 13.

Guillelmus Eyſengrein de Nemeto in Catal. Teſtium Veritatis. Dilingæ per Sebaldum Mayer 1565. *ad annum* 1396.

Paulus Langius in Chronic. ad annum 1342. eum vocat Prædicatorem altiſonum.

Theophilus Spizelius in Sacr. Illuſtr. Bibl. arcanis retectiſque, *& alii.*

LXXIX.

JAcobus de Caballis patria Cremonenſis, ſeù Vercellenſis *ab Ughello in Italia Sacr. Tom.* 4. vocatus, inter Epiſcopos Vercellenſes adnumeratur, intruſus quidem, ut ipſe ait, in Epiſcopatum ad exclu-

excluſionem Joannis de Fliſco annis 1379. fuit exindè ad Severinenſem Epiſcopatum promotus à Joanne XXIII.

Marcus Antonius Cuſanus in Hiſt. Ep. Vercell. eundem appellat de Cavallis, ſeù de Caſtellis, & ſcribit à nonnullis Cremonenſem dici. Nil aliud verò apud me, niſi, quòd Gens Caballa floruit inter noſtræ Urbis Patritias ex catalogo decurionum.

LXXIX.

RAphainus de Zaccariis Juriſprudentia celebris, Collegium Patriȩ indipiſcitur hoc anno. Vir quidem rara doctrina præditus, multoque rerum uſu ſubactus à Cabrino Fondulo Cremonæ Domino in Conſilia ſecretiora accitus eſt. Sciebat Cabrinus in Raphaini electione perire Principatum, dum ſine delectu præficiuntur indigni, & quòd nemo ad Magiſtratum promovendus eſt ea tantum de cauſa, ut illi, ſed multò magis, ut ſubditis benè ſit; In improbi enim poteſtate quicquid poſitum eſt, in medio periculo eſt, cum nihil ſit periculoſius mala voluntate. Suæ ſpecimina virtutis indigitavit ſcribendo

Conſiliorum Vol. 3. & opera varia

Breſſian. in Coll. J. C., & Syllabus J. C. Coll.

LXXX.

MArcus Antonius Guarnerius ex meorum Levirorum familia, (in qua nunc vigent omnium doctrinarum, & morum ornatiſſimi Franciſcus Maria S. T. D. & inſignium ædium SS. Nazarii, & Celſi in Patria Præpoſitus, ac Joſeph Soc. Jeſu) ut ejus virtutis ſpecimina indicaret, non tantùm publicè in Patria docuit, verùm & edidit opera maximè utilia, quæ porrò ex antiquis monumentis habere non potuimus. Remanet verò apud Fel. Buſchettum, & Breſſian. ſequens Epitaphium ex illis celeberrimi Templi S. Petri de Pado.

Marc. Ant. Guarnerius Gymnaſiarca eloquentiſs. mortalis obiit, immortalis abiit anno ætat. ſuæ LXVIII. VII. Kal. Junii ann. D. 1380. Horatius F. Patri chariſs. P.

LXXXI.

JOhannes Taverius, ſivè Taberius celeberrimus J. C. & Aſtronomus peritiſs., qui publicè, mandante Johanne Galeatio Vicecomite I. Mediol. Duce, in Ticini Univerſitate laudabiliter docuit. Scripſiſſe fertur.

De Polo Arctico, & Antarctico.

Breſſian. in Coll. J. C.

A Georgio Pilono in Hiſt. Bellunenſi ſub anno 1381. memoratur iſte Johannes, ſed cognomine de Traverſiis, qui legit Papiæ.

Ab

Ab eodem recenſetur ſub anno enunciato Bartholomæus de Medio-aprile Cremon. legum Doctor præclariſſimus illius Urbis Rector. Et anno 1382. Nicolaus Bombeccarius pariter Cremon. J. C. ipſomet munere inſignitur.

LXXXI.

ANtonius Milius in Juriſperitorum ordine accitus virtute, & induſtria nemini ſecundus, Joannis Galeatii, & Joannis Mariæ Filii Mediolani Ducum animos ſibi obſtrinxit, ut inter prædilectos non ultimum locum obtinuerit. Quamobrem ipſe Ducali nomine Bergomi Civitatem Leonello Vicecomiti eam ſuſcipienti, pro Maſtino Barnabovis Vicecomitis Filio conſignavit. Anno 1390. præfuit Bellunenſi Civitati annis 1409. à die 2. Octobris uſque ad diem 12. Novembr. 1412. extitit Præfectus annonæ Mediolani, ut in *Syllabo relato à Cavatio*.

Memoratur à *Georgio Pilono in Hiſt. Bellunenſi*.

LXXXIII.

ANtoniolus de Ariſiis ex meis Majoribus utique commendandus, Secretarius ex prædilectis Joannis Galeatii Vicecomitis Mediolani Domini, cujus meritorum atteſtationem, & Ducis liberalitatem exhibent Tabulæ, & literæ patentes ejuſdem Principis penès me, ab exemplo ſuo extractæ è quodam libro rubeo ſignato A. reddituum Poſſeſſionum Papiæ Sereniſs. Principis D. D. Ducis Mediolani &c. tranſcripto anno 1399. aliàs penès Antoniolum de Serenio Rationatorem in fol. 129. ex quo, ut multa prætermittam, habetur.

Cum Illuſtriſſimus D. D. noſter Dux Mediolani &c. Papiæ, & Virtutum Comes, ac Piſarum, & Senarum Dominus ſui ſolita munificentia, & liberalitate gratioſa dignatus fuerit Nobili Viro Antoniolo de Ariſiis Secretario, nec non Zanello de Binaſco Officialibus, & negotiorum geſtoribus ſuis concedere, & donare communiter aquas, & omnia ſcholaditia, de quibus, & prout ſeriatim per literas præfati D. patentes, quarum tenor ſubſequitur, latiùs apparet.

Nos Dominus Mediolani &c. Comes Virtutum, Imperialis Vicarius Generalis complacere volentes Prudenti Viro Antoniolo de Ariſiis Secretario, nec nō Zanello de Binaſcho Officialibus, & negotiorum Geſtoribus noſtris, eiſdem de ſpeciali gratia concedimus, & donamus communiter Aquas, & omnia Scholaditia cum aquis Mariſchorum, & Lacuum, quæ ſunt à Foſſato diviſæ noſtræ ſitæ in Campanea noſtra Papiæ, ſuperveniendo decurſus Trevolzium, & quæ deſcendunt, & deſcendere poſſunt in dictum diviſum à ſoratore magiſtro infra Pratorum de Mariſgnago, & Calinago aliquantulum infra Molendinum de Calignago juxtà ſtratam Pratorum, & tendente verſus Villam longam, & volumus etiam, quòd quoties aquæ, & ſcholaditia Pratorum exiſtentur à dicto Soratore ſuprà per

vos

vos Factores, ſeù Fictuarios noſtros, vel eos, qui tenebunt dicta prata ex ſuprabundantia nitentur, ſeù fugabuntur per diviſam prædictam, quòd prædicti Antoniolus, & Zanellus illas habeant, & recipiant, & eis uti, & gaudere poſſint, & debeant abſque aliqua alicujus contradictione, vel impedimento ad conducendum verſus Turrem Inſulæ, & eis omnibus aquis communiter gaudendum, & uti fruendum liberè abſque alicujus contradictione, & eas trahere ad, & per quemcunque locum nobis non nocivum pro eorum utilitate, & ad eorum libitum, omni impedimento, & moleſtia ceſſantibus in perpetuum per ſe, ſuoſque hæredes, & quibus dederint tenendum, & poſſidendum.

In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus, noſtri Sigilli munitione roborari. Dat. Papiæ die ultima Novembris 1383. *ſept. Indictione Signat. Andreolus, & ſubſignata per Franciſcum della Eccleſia, & Beneventenum de Caſulle.*

LXXXIII.

FOlchinus de Borſonibus in Grammaticæ literis mirificè ornatus, nec non ſtudiis poeticis apprimè excultus. Servantur adhuc in celeberrima Bibl. Ambroſiana ſua virtutis monumenta M.S. lit. C. num. 141.

Epiſtolæ, & Carmina ad excellentem Phoebicolam Mag. Modium Parmenſem &c., & ad Joannem Piſanum Grammaticum Parmenſem.

Ibi pariter habentur nonnullæ Epiſtolæ ſcriptæ ab eodem Modio, ut ſuis utar verbis. *Ad Mag. Folchinum de Borſonibus celebrem Grammaticum* Cremonenſem.

LXXXIII.

PAſquinus de Capellis probi, ac præſtantis ingenii Vir, priùs in albo Cauſidicorum Patriæ deſcriptus, exindè Johannis Galeatii Vicecomitis Mediol. domini à Secretis; quantus in arte ſcribendi eſſet, habemus ex ſuis

Epiſtolis, quæ inter pretioſiora Bibliothecæ Ambroſianæ M.S. cuſtodiuntur.

Cum Johanni Galeatio conſilio ſemper, & opera, ac omni fide conjunctus eſſet, pro eo ad Galliarum Regem ablegatus, ipſa legatione feliciter expleta in immota ſui Principis gratia, pacato ſemper animo aquievit. In fine cujuſdam Epiſtolæ habentur hæc verba. *Confecta in tranſitu de Galliis remeando, & data Papiæ 7. Decembris* 1382.

Ad eundem Paſquinum, Collutius Pirrius, Magdalena de Seraphinis, & alii ſcribunt, ut ex iiſdem M.S.s.

LXXXIII.

GUllielmus Centuaria, ſed aptiùs de Centueriis Ordinis Min. Conv. S. Franciſci ſummus Theologus, in Accademia Ticinenſi profeſſor, ac omnifaria eruditione doctiſſimus, à Bonifacio

IX

IX, in primis Placentiæ, & demùm Papiæ Inſulis datus.
De eodem ſcribit *Antonius Campus Hiſt. Cremo. lib. 3. anno* 1391. hiſce verbis.

Inter cætera. *Scriſſe queſto Vener. Padre alcune preclare Opere di Teologia, ed'imparticolare ſopra i quattro libri delle Sentenze, non ſono però queſti libri uſciti in luce, ma ſe ne trovano alcuni ſcritti à mano in carta peccora appreſſo à Frate Aurelio Novarino Cremoneſe, à cui ſono pervenuti i libri di Frate Paolo Faerno parimente Cremoneſe, che è morto, mentre io ſcrivevo queſte coſe della noſtra Città &c. Vedeſi nella Chieſa di S. Franceſco di Cremona l'effigie di queſto Reverendiſs. Veſcovo ſcolpita in marmo nel monumento, che per opera di ſuo Fratello gli fù erretto.* Verùm, qua craſſa incuria, ignoratur, effigies ipſa ſepulta ſit.

Magni hujus Auctoris duo libri ſervantur in Bibl. PP. Conventualium S. Franciſci Cremonæ, holoſerico tegmento compacta hædinis paginis M.S. & illita minio, & quidem ſingula paginarum quingentarum in folio magno à me inſpectis, quæ ſunt in Veſtibulo operis hiſce notis rubro charactere ſignatis.

Incipit prologus quarti libri Sententiarum Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Fratris Guillielmi de Centueriis de Cremona, Ordinis FF. Min. S. F. Profeſſoris Pariſienſis, & Epiſcopi Papienſis. Anno 1400. cum Joannes Galeatius Vicecomes Virtutum Comes Mediolani Dominus erigendi Placentinis Gymnaſium publicum facultatem conceſſiſſet, auctoritatem Guillelmo noſtro ibi Epiſcopo conferendi doctorales Laureas utique dedit.

Hujus Guillelmi meminit *Cavitell. Annal. Cremon. anno* 1391., cognomine tamen Centenariæ. *Breſs. in Corona &c. lib. pr. p. 2. & P. Toſignanus in Chronica Ordin. Franc. pag.* 319. *Poſſevinus in App. Sac. Tom.* 1. *Stephanus Breventanus in tract. Terræmotus M.S. in Bibl. Ambroſiana lit. S. nu.* 128. *lib.* 6.

Lucas Vvading. de Scriptor. Ord. Min. plura de eodem ſcribens, ejus obitum ſecutum fuiſſe Cremonæ apud Minores, & ſepultum circà annum 1404.

Antonius Maria Spelta in Hiſt. Ticinenſ. ubi de Epiſcopis, & præcipuè quòd ornaverit Officium S. Syri ejuſdem Urbis tutelaris, & inibi Hymnum ejuſdem recenſet in laudem S. Syri, aliorumque Ticinenſium Epiſcoporum vitæ Sanctimonia celebrandorùm. Oſtendit inſuper errorem Antonii Campi circà tempus ejuſdem promotionis ad Epiſcopatum, quem peræque notat. Idem *Vvadingus Annal. Minor. Tom.* 4. ſub anno 1383. nu. 3. cujus verba pro majori eruditione meminiſſe non tædeat. *Hoc anno die* 14. *Januarii aſſumpſit Urbanus ad Epiſcopatum Placentinum in Italia, Comitatus titulo inſignem, Fr. Gulielmum de Centuariis Cremon. inſignem Theologum &c. Electus fuit ante biennium communibus Canonicorum Suffragiis, & precante Joanne Galeatio Vicecomite Tyranno Mediolani, ſed Urbanus Pontifex alium volebat huic Eccleſiæ præficere, & Clemens Antipapa alterum inſuper deſignavit Epiſcopum, Galeatio utrique Pontifici reſiſtente,*

ſtente, & electi jura defendente, tandem obtinuit, ut confirmaretur. Sedit hic Guillelmus annos circiter tres, poſteà translatus ad Epiſcopatum Ticinenſem.

In Hiſtoria Eccleſiaſtica Placentina *Petri Mariæ de Campis lib. 3. in Regeſt. Privilegiorum, & literarum*, extat litera, quam exaravit Guillelmus Capitulo Cathedralis Placentiæ in ſua electione ad Epiſcopatum.

Venerabilibus Viris Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Placentiæ Fratribus, & amicis chariſſimi Frater Guillelmus de Centueriis electus Epiſcopus Placentinus: Venerabiles Viri, & fratres chariſſimi. Ad gaudium præſentibus veſtræ claritati notifico, Illuſtr. Principem, & Magnificum DD. Comitem Virtutum die ultima Menſis Januarii proximè præteriti, per ſpecialem Curſorem ab Egreg. Doctore D. Anſelmo Advocato Cameræ Apoſtolicæ ejuſdem D. Anſelmi literis ad hoc miſſum, & per eaſdem literas accepiſſe Sanctiſs. DD. Urbanum, divina providentia Papam ſextum, me die XIV. prædicti menſis ad Placentinam Eccleſiam promoviſſe: Quod ego ipſe ab eodem Doctore per ſuum curſorem, & per ſuas literas mihi miſſas cum reverentia, & hilaritate ſuſcepi. Super quare Illuſtriſs. D. Princeps gratia, & humanitate lætatus eſt, quod ſimiliter vobis ſcribo, ut qui ſimul conjuncti ſumus, pro eo in Domino exultemus: Rogans charitatem veſtram, quatenùs pro me apud ipſum Deum velitis veſtris precibus intercedere, ut omnia negotia ſubditorum, & mea ſpiritus, & hominis exterioris initiet, dirigat, & in ſua pace confirmet; Me cum fiducia requirentes opportunis temporibus, ſi qua pro veſtris bonis voluntatibus ſum acturus, quas Chriſtus ſemper ſua clementia dirigat in agendis. Dat. Papiæ die 2. Menſis Februarii 1383.

Laudes, quas de tanto viro profert Divus Bernardinus Senenſis, negligendæ non ſunt, & præcipuè in Tom. 2. ſuorum Operum pag. 400. ad annum 1354. loquens de Concilio Fratrum Minorum Florentiæ: *Ad quod utique convenerunt multi valentes Viri, inter quos fuit Mag. Guillelmus de Cremona, qui poſteà utique fuit Epiſcopus Papiæ, vir inſignis ſcientiæ, & magnæ famæ.*

LXXXIV.

Ziliolus, ſeù Egidiolus, aliis Gelliolus de Cavitellis doctiſſimus J. C. ex Patriæ Decurionibus, Peruſiis, & Patavii Legum Phrontiſtes ſingularia in Jure compoſuit, nempè

De Fideicommiſſis lib. 4.
De Ligitimatione Tract.
De Dato in ſolutum lib. 2.

In Bibliotheca Maynolda Cremonæ vidi Librum antiquum M. S., cujus hic eſt titulus

Notabilia ſingularia in Textum, & Gloſſam ſuper tit. ff. ſoluto Matrimonio, rubricata per D. Ziliolum de Cavitellis de Cremona legum Doctorem.

Ibidem nonnulla *Conſilia in jure*. Item
Conſilium Collegii Paduani J. U. DD., quod fuit miſſum ad Civitatem Peruſii, occaſione quæſtionis præcedentiæ ibidem tunc vertentis de facto, & fuit compoſitum per me Zeliolum de Cavitellis de Cremona Legum Doctorem, tunc legentem jura Civilia in dicta Civitate Paduæ ann. 1384. *de Menſe Auguſti.*
Conſilium alterum legitur in Conſ. Crimin. Ziletti ad num. 40.
Conſilium alterum ab eo ſubſcriptum, ſcilicet Conſilium ſeptimum Raphaelis Fulgoſii, in quo agitur, an citatio ſit de ſubſtantia in Laudo ferendo, & quid ſi eſt appoſita clauſula, quod poſſit procedi parte præſente, & abſente.
Johannes Jacobus Crottus in Oratione habita in laudem Franciſci de Sfondratis anno 1520. de eodem ſcribit *Ægidiolus Cavitellus, nec meam, nec cujuſpiam limatioris commendationem expectat, quem ſuæ Repetitiones, Conſulta, Tractatus propè diem typis, impreſſoris ſolertia præſtantis, Collegæ noſtri Joannis Baptiſtæ ejus Trinepotis tradendi, miro præconio decorabunt.*
M. Hieronymus Vida in Oration. adverſus Pap.es Act.s 2. Poſt hunc Gelliolum Cavitellum virum ornatiſs. cujus reſponſis, atque Sententiis ſubſcripſit Baldus, & ſe adſtipulari ingenuè confeſſus fuit cum honorifica tanti Viri præfatione.
Lud. Cavitell. Annal. ſub anno 1419. Ægidiolus Cavitellus *Atavus meus J. C. celeberrimus, & qui publicè docuit leges Peruſii, Patavii, Ferrariæ, ejuſque reformatis ſtatutis, quæ etiam nunc ſunt in uſu, & multis aliis Civitatibus Italiæ, & multa compoſuit in Jure, obiit die* 20. *Martii, ejuſque corpus tumulatum fuit in Sacrario Eccleſiæ Divi Bartholomæi culta per Carmelitas.*
Angelus Baronius de Urbis Cremonæ laudibus, & alii.
Antonius Riccobonus de Gymnaſio Patavino de eodem mentionem non habet, quum tamen libro primo cap. 11. ſub anno 1383. memoret quendam Zelium Caſalem, qui cum Franciſco Carrarienſi Venetias profectus, in componendis pacis legibus inter Venetum Senatum, & Ludovicum Ungariæ Regem, dubito num hic Zilius ſit noſter Ziliolus Cavitellus equivocè ſumptus pro Zilio Caſali.
Alex. *Lamus in Somnio cant. 2. ſtroph. 9.*
Floruit ex eodem Coll. Nicolaus Ægidioli filius die ſeptima Junii 1420. in Coll. receptus, ex ſupremis Conſiliariis Leonelli Eſtenſis Marchionis Ferrariæ.

LXXXIV.

ALbertus Riparius ex Canonicis Eccleſiæ S. Ægidii propter ingenii, atque eruditionis elegantiam magnopere claruit. In Philoſophicis verſatus, compoſuit magna cum laude
De Natura Animalium Cæleſtium, Terreſtrium, & Aquatilium
De Natura Plantarum
Breſſian. Virtu. Rav.

Zui-

LXXXIV.

ZUinus Roncadellus familia maximè Illuſtri natus eſt; Nedum ſuaviſſimis fuit moribus, ſed & eruditiſſimis literis inſtructus, & præcipuè in Philoſophicis, & Aſtronomicis clariſſimus. Ex ejus operibus fuere

De Imaginum Cœleſtium ſignificatione
De Horis Planetariis.

In Muſæo Franciſci Breſſiani extat Effigies Zuini inter alios Cremonenſes Viros inſigniores depicta.

In carminibus *Zavæ* commendatur Andreas Roncadellus vivens annis 1575. & ſuum Mæcenatem appellat.

LXXXV.

JOannes de Capellis inter ſuæ ætatis Viros in legibus præſtanti ſcientia fuit. In Collegium Juriſperitorum Patriæ receptus, publicè leges docuit in Civitate Placentiæ. Anno 1385. Mediolani Proviſionum (ut ajunt) Vicarius, ut notat *Carolus Hier. Cavatius in Catalogo Vic. Proviſ.* præmiſſo ipſius Voluminí inſcripto. *Alleggiamento dello Stato di Milano &c.*

De eodem Umbertus Locatus de Orig. Placentiæ.
Antonius Campus lib. 3. Hiſt.
Petrus Martyr Campus Hiſt. Plac. lib. 18.
Syllabus J. C. de Coll.

LXXXV.

EDoardus Muſſus ex Can. Regul. Theologus, Philoſophus, ac omni religioſa virtute præditus, propriæ diligentiæ monumenta reliquit

Tractatus ad Lamentationes Hieremiæ Prophetæ
Ad Lectiones Job.
De Mentali Oratione

Breſſian. in V. R.

LXXXV.

NIcolaus Zanaſius, de quo ſcribit *Abbas Ughellus Italia Sacr. tom. 6.* Juriſprudentiæ doctrina tùm probitate vitæ, & longa in Romana Curia experientia Vir longè clariſſimus, cum eſſet Epiſcopus Brixienſis, ab Urbano VI. Pont. Max. miſſus eſt Neapolim, ut à Carolo III. Rege juramentum fidelitatis pro Romana Eccleſia ſuſciperet, quod fæliciter peregit Kalendis Maii 1381. & Regiam gratiam inivit, tùm & Beneventano Archiepiſcopatu donatus eſt 1382., & poſt annos duos, defuncto Ludovico, ad hanc Neapolitanam Eccleſiam translatus eſt. Quinque omninò annis integra fama virtutis in ea dignitate vixit, quandoq; varia, aſperaque for-

tuna exagitatus cum defunćto Carolo Rege Ladislaum filium veneratus in Ludovici Andegavenſis manus incidit, qui illum à ſua Eccleſia exulare compulit anno 1381. in Patriam Cremonam ſe recepit, in qua ex animi mærore diem ſuum obiit 25. Auguſti 1389. ſepultus in Cathedralis Sacello Corporis Chriſti cum his carminibus in marmore exaratis.

Quem cernis Nicolaus erat de Zanaſiorum
Stirpe ſatus, Doćtor Canonis Egregius
Juſtitiæ ſpeculum, decus, & lux ampla Cremonæ
Corde humilis, patiens, officioſa ſalus.
Serviit Eccleſiæ Romanæ tempore longo,
Præſulibus gratus, Cardinibuſque ſuis.
Hunc tres Pontificem dignis ſucceſſibus Urbes
Promeruere ſuum, mirificumque Patrem
Brixia prima, ſequens Beneventum, tertia regni
Et caput, & Sedes Inclyta Partenope.
Cumque vocante Deo, meritis maturus, & annis
Optaret jungi cætibus Angelicis
Annis oćtoginta novem, cum mille trecentis
Præteritis ex quo Virgo Deum genuit.
Auguſta quina, vicena luce Sepulchro,
Depoſuit corpus, regna Superna petens.

Joannes Baptiſta Caraffa Hiſt. Regn. Neapol. p. 1. qui cum aliis malè Guindacium, & non Zanaſium appellat

Marius Vipera in Chronologia Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Beneventi.

Bernardinus Faynus in libro, cui titulus Cælum S. Brixienſis Eccleſiæ.

Floruerunt ex hac gente Anno 12564. Jacobinus J. C. Obitii Eſtenſis Legatus apud Adrianum IV. & 1350. Emanuel J. C. Johannæ Reginæ Neapol. admodum charus.

Scriptores omnes de rebus Cremonenſ., & alii de eodem.

Hoc anno 1385. Johanni Galeatio Vicecomiti Cremona ſui regiminis habenas tradit, ad quas contrećtandas eum ipſa invitavit benignitate, ac prudentia tanti Principis unicè illećta.

LXXXVI.

PEtrus Cavalcabovius ex Vitellianæ Marchionibus ſummi quidem loci, inter primores eo tempore Juſtitiæ Miniſtros Florentiæ Præturam adminiſtravit.

Scipio Ammiratus Hiſt. Florent. ad annum 1386. *part.* 1. *tom.* 2. *lib.* 15. *pag. mihi* 779.

Perperam nominatur Prior Dominus Viaglanæ *ab Anonymo Hiſt.* cujus opera prodiere cum illis *Albertini Muſſati in lib.* 7.

Bar.

LXXXVI.

BArtolinus Goldonus Medicus, & Philoſophus perquàm egregius Grecanicæ, & Chaldeæ elocutionis gnarus interpres, multa ſcripta medica vulgaſſe dicitur, & ſingillatim

De Præſervatione à Venenis
De Febribus, Urinis, & Vermibus
De Tumoribus mammillarum
De Doloribus, & fluxu ventris.

Breſſian. in Coll. Medic. M. S. ſervato penès D. Franciſcum ejus Filium, nec non in Opuſculo *Virt. Rav. inſcripto.*

LXXXVI.

AMilcar de Datis ſapientia, & dignitatibus in Romana Curia perſpicuus, Apoſtolicus Referendarius ab Urbano VI. eligitur, apprimè profuit illis duriſſimis ſchiſmatum temporibus.

Breſſian. in Hiſt. Eccleſiaſt. M. S.

Ex nobiliſſima gente Data à florentiſſima Urbe Florentiæ Nobis progenita, Heroes in literis plerique emanarunt, quos inter

Leonardus Datus ex Adminiſtro Generali totius Ordinis Prædicat. à Martino V. ad purpuram auſpicatò, de quo adi *Abbat. Ughellum Ital. Sacr. Tom.* 3. ubi etiam Julianum Datum S. Leonis Epiſcopum comperies, & nonnulla hujus Familiæ Epitaphia.

Auguſtinus Datus ex Commentatoribus Virgilii in Æneidem, ut habetur in ejuſdem Virgilii Operibus caſtigatis per Petrum Bembum, & Andream Navagerium. Venetiis apud Juntas 1552.

Georgius Datus, qui hiſtorias Val. Maximi hetruſco idiomate traduxit. Venetiis 1564. penès Fratres de Guerra.

Carolus Datus inter principes literatos hujus ſæculi connumerandus, qui Nobilitate, virtute, & meritis offertus, æternam ſui nominis famam eſt aſſecutus, quorum Operum Catalogus legendus eſt apud Gregor. Letum in Ital. Regnant. Tom. 1.

Euſtachius Datus Vexillifer Reip. Florent. ann. 1425. recenſetur præter alios à Scipione Ammirato in Hiſt. Florent.

Nicolaus Datus hodiæ Regiæ, ut ajunt, Cameræ Neapolitanæ meritiſſimus Præſes, politioris literaturæ ſplendor, ibi anno 1693. in Typographia Johannis Franciſci Paci vulgavit librum italicè prænotatum, *Frammenti Storiali del Tribunale della Real Camera di Napoli*, illumque dicavit Potentiſſimo Carolo II. Hiſpan. Regi.

LXXXVI.

PEtrus de Cremona nuncupatus ex Heremitis Divi Auguſtini Orator illuſtris celeberrimi Simonis Auguſt. à Cremona coævus, Vir ſimplex, & rectus non autem ex illis, de quibus

quæ-

quæritur *Anſelmus* inquiens. Videmus & Clericos, & Monachos Altarium ſtipendiis non contentos, mercimonia exercere, interceſſiones vendere, Viduarum munera captare &c.

Concionum librum exaravit, quem vidi in Bibliotheca Divi Auguſt. Cremonæ, antiquis notis conſcriptum in hædinis chartis, cui initium rubeis literis eſt. *Iſtud opus compilatum fuit per F. Petrum de Cremona tunc Prædicatorem in Conv. Laudæ Ordinis FF. Heremitarum S. Auguſtini Tom. 1. in* 4.

P. Philippus Elſſius Belga Bruxellen. in Encomiaſt. Auguſt. Bruxellis ex Typogr. Franciſci Viviani 1654. *de eodem.*

Antonius Poſſevinus App. Sacr. Tom. 2. in Append. & ubi de Bibliotheca Cremonenſi Auguſt.

LXXXVI.

MAximianus de Oſcaſalibus Legum, & Philoſophiæ Magiſter publicus in Patria ſcientiarum lector, ſcripſit

De Animæ Immortalitate

Commentaria in Convivium Platonis

De plurimis Philoſophorum ſententiis diſcurſus

In Jure quidem

De legitima agnatorum Succeſſione

Breſſian. in V. R.

LXXXVII.

CHriſtophorus Stanga)
Bartholomæus de Puteo) Juriſperiti
Guielminus de Mozanica)
Joanninus de Surdis
Gratiolus de Stavolis
Nicolinus Foſſa
Antoniolus de Gambinis
Thomaſinus de Trepinis Cauſ. Coll.

Zuchellinus de Zuchis, omnes Viri Nobiles, & Sapientes. In nomine Omnipotentis Dei, & Beatæ V. Mariæ, nec non Beatorum Himerii, & Homoboni Tutelarium Patriæ ſub regimine Joannis Galeatii Vicecomitis Mediolani, & Cremonæ Imperialis Vicarii Generalis Potente Milite, legumque Doctore Arahone de Aurea Januenſi condiderunt, & ex ordine diſpoſuerunt Statuta noſtræ Civitatis, impreſſa ex inde Brixiæ per Boninum de Boninis de Raguxia anno 1485. die 14. Novembris, & accuratiùs recuſa Cremonæ per Chriſtophorum Draconium 1588. additis quamplurimis &c. cum Indice rerum memorabilium copioſiſſimo &c.

Chriſtophorus Stanga primo loco memoratus, virtute, animo, & magni-

magnificentia emicuit, ut juſſus fuerit pro Joanne Galeatio Mediol. Duce legationes ſuſcipere ad Bonifacium IX., & Benedictum XIII. Romanos Hierarchas, nec non ad Vinceslaum Imperatorem pro arduis pertractandis, è quibus reverſus ſumma cum laude totiùs ditionis Mediolanenſis Generalis Locumtenens cōſtituitur.

LXXXVII.

ROlandus de Summo quanta virtutum gloria præſtiterit, antiqua monumenta nobis confirmant. Legum Doctor Patriæ Collegium ſplendoribus auxit, ac Decurionatum. A Conſiliis Joannis Galeatii Vicecomitis, eiuſdemque in Urbe Senenſi Ducalis Vicarius, rebus, & dictis adeò emicuit, ut diſſenſiones inter Galeatium, & Bertoldum de Sabaudia obortas pro Juribus Caſtri Serpenſis, Arbiter ad eas ſedandas fuerit declaratus. Anno quidem 1406. die pr. Aprilis Mediolani Proviſionum (ut dicitur) Vicarius delectus fuit, *ut in Regeſto Cavacii*

Breſſian. in Coll. J.C. & Syllabus &c.

LXXXVIII.

GUillelmus Stradivertus in Juriſperitorum Patriæ Collegium hoc anno admittitur, Cabrini Fonduli Cremonæ Domini Conſiliarius, & à Secretis, vulgavit

Conſultationes legales.

In Eccleſia Divi Andreæ fuit humatus ſub hac inſcriptione.

Hodie mihi, cras tibi, Viator reſpice finem, Gulielmus Stradivertus J.C. præſtantiſs. ſibi, ſuiſque Hæred. Hìc ſitus eſt, Obiit anno MCCCCXXXIX.

Breſſian. in Coll.

In Syllabo vocatur perperam de Stradauntis.

LXXXVIII.

ÆGidius, ſeù Ægidiolus Riparius Licentiatus, in Jure Civili magnam nominis celebritatem in Juriſprudentia adeptus eſt Collegium Patriæ hoc anno ingreditur, & anno 1413. quo Sigiſmundus Imperator Cremonenſibus publici Licæi erectionem conceſſit, in prima Juriſperitorum ſede Magiſter efſloruit, ut fertur, tractavit

De Scriptura privata lib. 2.

De Iniuriis, earumque remediis

De Tortura, & Teſtibus examinandis

Breſcian. in Coll.

Syllabus J.C. de Coll., nec non Tabula Juriſperitorum M. S. penès me &c.

Joan-

LXXXIX.

JOannes Boninus, ſeù Zamboninus Bellottus ex Collegio Juriſperitorum clariſſimus, in legibus enucleandis adeò dicitur præſtitiſſe, ut inter optimos ſui temporis Cauſarum Patronus habitus ſit. Nil aliud porrò de eodem nunc remanet, quàm ſequens Inſcriptio ad Divi Dominici in Sacello B.V. Roſarii ſacro.

Hoc eſt ſepulchrum Egr. Leg. Doctoris Zambonini de Bellotis, & Hæredum ſuorum, qui conſtruere fecit hanc Capellam in remedio Animæ ſuæ, & ſuorum defunctorum Ann. MCCCLXXXIX.

Ex Syllabis J. C. *de Coll.*

LXXXIX.

BArtholomæus Puteus J. C. inter primarios legalis diſciplinæ profeſſor ævo ſuo connumeratus; nam ob ſingularum juriſprudentiam, & rerum gerendarum peritiam in Patria plurimi factus, publico decreto electus eſt Sapientiorum unus, cum quibus Cremonenſium leges in trutinam revocaret, & pro arbitrio mutaret, & novas, ut expedire videretur conderet. Ita ejus, & aliorum judicio, ut innumius paulò ante, atque authoritate meliorem in formam redacta fuerunt Statuta Civitatis Cremonæ. Extant & ejus Opera

De Praxi Judiciali Centuriæ XL.
De Legitimationibus lib. 4.
De Primo, & Secundo Codice lib. 10.
De Protectione Pupillorum, & Viduarum.

Item Italicè *Tractatum de Principe Chriſtiano.*

Hinc, & extrà Patriam in pretio habitus. Bononiæ, & Brixiæ jura dixit, nec non & à Pandulpho Malateſta Vicarius Generalis in Urbe Fani conſtitutus, totiuſque Marchiæ Anconitanæ in Gubernatorem ſelectus.

De eodem *Campus in Hiſt. lib.* 3. *pag. mihi* 64.
Alidoſius in Libro Prætor, & Jud. Bononiæ ad annum 1402. & 3.
Syllabus J. C.

LXXXIX.

LEonardus Aſellius Poeticæ, & Oratoriæ ſtudio illuſtris factus eſt, magna ingenii ſui laude carminibus compoſuit

Jovis Transformationes, eaſque ſacravit
Jo: Galeatio de Vicecomitibus Principi Mediolani.
Item *de Victoriis contrà Turcas.*

In Ædibus S Syri ſepulchrale monumentum habuit ſignatum.

Leonardo Aſellio Poetæ doctiſſimo, doctrina admirabili, & eloquentia claro. Deo vocante ex hac vita omnium mærore deceſſit: Anno Dom. MCCCXCVIII. *die* VIII. *Maii Hortenſia Anguſſola Ux. Mæſtiſs. P.*

Domi-

XC.

DOminicus Cremonenſis ex præſigni Prędicatorum Ordine Concionator facundus, cujus cognomen haud quaquam compertum habeo, varia ſuæ eloquentiæ teſtimonia reliquit, ut auctor eſt *Leander Albertus lib.* 4. *de Vir. Illuſtr. Inſtituti Dominicani.*

XC.

BArtholomæus Maggius ea tempeſtate cæteris præeminebat peritia legum, & hiſtoriarum, unus ex ſexdecim Buleutis Ugolini de Cavalcabobus Cremonæ Domini. Scripſit luculenter

Conſultationes Legales

De Rebus Italiæ memorabilibus

Statuta Collegii J. C. Cremonæ, quibus ad hanc diem utimur.

De eodem *Syllabus J. C. Collegii*

Floruit & anno 1471. alter

Bartholomæus Maggius J. C. Coll. Decurio, & Fabricæ Eccleſiæ Majoris Præſtes.

XC.

AUguſtinus de Nuceis è Soncino Ord. Prædicatorum S. Dominici Alumnus, Divinis, & humanis literis, optimiſque moribus excultus, in Patria primus obtinuit Dominicanum Cœnobium apud Ædes S. Jacobi, ſibi à Regentibus Rempublicam conceſſum, quorum animos aureis eloquentiæ vinculis obligaverat. Scripſit, referente *Hieronymo de Baris ex Chronico Soncini M. S.*

Conciones

Confeſſionale

Hiſtoriolam Patriæ: quam allegatus Baris, ut aſſerit, proſecutus fuit.

Ex hoc Conventu Soncini plurimi ſanctitate, & literis floruerunt, ut apponam ſuis locis, non ſunt tamen prætereundi

Ludovicus Sablius, magnus Theologus, qui fuit Cong. Prædicatorum in Inſubria Generalis Vicarius circà annum 1430. ex eodem Authore, corrigendo Fliſcum in Luct. Soncin. ubi eum appellat Univerſalem Prædicatorum FF. Generalem.

Angelus de Toziis etiam ipſe Soncinas omni ſcientiarum genere ornatus.

XC.

ÆGidiolus Bordigallus non contemnendus in conſcribendis Hiſtoriis, quibus noſtra in Urbe præſtitit: nam ſcripſit

Chronicon,

Quod allegat *Turreſinus in M. S.* ubi de Ugolino Cavalcabovio loquitur.

XC.

PEtrus Pavarus Poeta, & Philoſophus mira elegantia, parique ingenio peritiſſimus, literarum humaniorum, ut vocant, Concivibus Adoleſcentibus tradidit Præcepta; ſunt ejus libri

De Origine Urbium Italiæ
De Arte Rhetorica
Orationum Vol. 2.
Epigrammatum lib. 3.

XC.

BArtholomæus Piſcius Utriuſque Juris Peritus, hoc anno in Coll. adſcribitur, poſtmodum intimus Cabrini Fonduli à Conſiliis creatur. Nos latent ejus Opera, verùm *Franciſcus Zava* in Epiſt. nuncupatoria Orationis Jo: Baptiſtæ Raynoldo Mediolani Sen. Excellentiſs. Præſidi appellat hunc Bartholomæum Togatorum clariſſimum, & de eo

Breſcian. in Coll.

XCII.

DOminicus de Dominicis Carmelita, in Inſula Cretenſi Epiſcopus, Scithiæ Theologus celeberrimus, ſcripſit inter alia Vitam B. Rolandi de Mediceis Heremitæ, cujus lipſana conduntur in Ædibus S. Laurentii Civit. Buxeti, aliàs ex Diæceſi Cremon.

Breſcianus in Hiſt. Eccleſiaſt. M. S.

P. Daniel à Virg. Maria in ſuo Speculo Carmelitano Tom. 2. *n.* 3206. *de eo multa fatur*

Joſeph Maria Fornarius Carmelita in ſuo diſertiſſimo Volum. inſcripto *Anno memorabile de Carmelitani, &c. Mediolani per Carolum Federicum Galiardum* 1688. *pag.* 380. de hoc Antiſtite plura exprimit, ad quem Lector confugere potes, ubi laudibus quoque elatum Cænobium Carmeliticum Cremonenſe reperies.

*Jo: Baptiſta de Lezana in Annal. Beatiſs. Virg. de Monte Carmelo Tom.*4.*Romæ typis Jacobi Phei* 1656. ſub anno Chriſti 1394. recenſet noſtrum Dominicum, nec eum Epiſcopali dignitate effulſiſſe indicat, eumque celebrat laude hac præcipua. *Vir fuit doctus, & in Religione celebris anno* 1369. *Lector Biblicus pro tertio anno in Studio Tholoſano ordinatur, & in Capitulo Generali Aquenſi anno* 1372. *Lector Sententiarum inſtituitur.*

Poſtmodum Viennenſis, Bambergenſis, & Lombardiæ eligitur.

Biſcaretus de hoc ipſo agens, narrat eum, dum Francofurto Coloniam proficiſcebatur, plurimas Sanctorum Reliquias obtinuiſſe, atque Cremonam detuliſſe; Has etiamnum in ſacrario aſſervant Carmelitæ. Obiit 4. Auguſti 1400.

Affert

Affert idem *de Lezana tom. allegato*, quendam B.Blaſium Carmelitam Epiſcopum Cremonæ, auctoritate Philippi Meſii in Compend. Sanct. Ordinum &c. cap. 4. ſed paulò poſt ejuſdem Auctoris hallucinationem corrigit, cum nullus umquam B.Blaſius ſederit in Epiſcopatu Cremonæ.

Anno 1340. florebat inter Decuriones Patriæ Franciſcus de Dominicis, ut ex Regeſto &c.

Antonius Poſſev. in Appar. Sacr. recolit alterum Dominicum de Dominicis Epiſcopum primum Torcellarum, deindè Brixianum, qui plura condidit opera vivens anno 1478.

XCII.

MAtthæus Ponzonus Philologus, ac Philoſophica diſciplina percelebris, Vvenceslao Cæſ. Auguſto gratiſſimus fuit, qui illius virtute oblectari conſuevit, evulgavit

De Subjectis Scientiarum
Commentaria ſuper Ariſtotelem
De rebus naturalibus Tractatus, &
Univerſalia Imperatoris acta

De eodem Marian. in Comment. rerum Cremon.
Franciſcus Breſſianus in Via lactea Fam. Ponzonæ.

XCII.

UBertus Foliata J. C. ex celeberrimo Patriæ Collegio alterius Uberti Avi legalem virtutem emulatus, egregio calamo pandidit

De Officio Prætoris lib. 1.
De differentiis legum, & Canonum lib. 2.
De Fideicommiſſo lib. 2.
De Reprobatione Teſtium lib. 2.
De favoribus Pupillis præſtandis lib. 1.

Ex Syllab. J. C. Coll.

XCIII.

JOhannes Stanga inter J. C. CC. ſuorum temporum clariſſimus, die 28. Septembris 1393. in albo Juriſperitorum deſcriptus, ac præcipuè dilectus ab Ugolino de Cavalcabobus Cremonæ Domino, ſumma familiaritate cum eo vixit, publicè leges Concivibus interpretatus eſt.

Turreſinus in M. S. Hiſt. de eo cecinit.

Juriſconſultos inter non ultimus Urbis,
Et ſua ſi noſces tempora primus erat.

Breſcianus in Coll. J. C.
Syllabus J. C. Coll. M. S. indubitatæ fidei penès nos.

Præter alios Stangas nobiliſſimos, ex eodem Coll. annis circiter 1321. floruit alter Joannes.

X C V.

GRegorius Azanellus, ſivè de Azanello Petri Medici Inſignis Frater inferiori loco recenſendi, in Aula Johannis Galeatii Vicecomitis verſatus, non modicè eruditus ſcripſit *Epiſtolas*.

Ex his unum ſpecimen extractum ex Codice M. S. S. Bib. Ambroſianæ Sign. S. num. 263. nobis humaniſſimè conceſſit ſæpiſſimè laudatus Muratorius, in ſequenti Epiſt. quam libentiſſimè híc ſubnecto, tùm ob ſinceram ſolemnitatum narratiunculam, quando Jo: Galeatii Ducali titulo fuit inſignitus, tum quia Andreolo de Ariſiis ex meis Majoribus directa, ut legitur.

Ad Spectabilem mihi Patrem, & Dominum Andriolum de Ariſiis Illuſtriſs. Principis Johannis Galeaz Ducis Mediolani &c. Comitis Virtutum honorabilem Cancellarium.

Ducalis ſolemnitatem tituli, quo noſtrum Illuſtriſſimum Principem Johannem Galeaz Majeſtas Cæſarea inſignire dignata eſt ſcire non ambigo, Spectabilis mihi Pater, & Domine ſitibundus expectas. An autèm tantam aggredi materiam debuerim perplexus multum prò, & contrà multimodè cogitavi; Hinc enim me à propoſito diſtrahebant inſulſus ſtylus, tenuis eloquentia, ingenium rude; inde nota dudum, & cognita humanitas tua ſcribendi præbet audaciam. Horum utrumq. præponderans propoſui tandèm arripere calamum, & niveam papyrum cùm corrigibili tua ſupportatione ſulcare. Sanè ex vocatis ferè totius Orbis Principibus Dominis, & Communitatibus convenerunt Mediolani, ut hunc novum Ducem Italiæ Decus feſtivarent, & colerent: Illuſtris Marchio Montisferrati, ejuſq; Germanus Miles Gullielmus, Magnifici Comes Antonius de Urbino, Franciſcus Miles, & Jacobus Fratres de Carraria, Illuſtris Ugo de Saluciis, Reverendus, & Spectabilis Epiſcopus Meldenſis, & Seneſchalcus de Dugo, Oratores Regii, & plures Notabiles Ambaxiatores, Siculi, Venetiæ quoq; Florentia, Bononia, Piſæ, Senæ, Ferraria, Peruſium, Lucha, & Savona per ſuos honorabiles Nuntios. Cæteri verò juſtis intervenientibus cauſis accedere nequivere.

Hi omnes die Dominica ſummo manè futurum tùnc Ducem de Caſtro Portæ Jovis uſq; ad S. Ambroſium præcedenti mirabili hiſtriorum, & muſicorum numero cùm amæniſſimis, & concordibus ſimphoniis cómmodatiſſimè comitantur. Erat in platea Sancti Ambroſii de verſus Cittadellam excelſum, & decorum quadratum Tribunal, undiq; ligamine rotundo vallatum, coopertumq; inferiùs tàm alſas, quàm gradus redolenti ſcarlata. Cælum ornatum erat brocato auro rubicundo. Hic magnificus Miles Beneſius *Cumſinch.* Locumtenens Cæſareus præſtolabatur futurum Ducem, ut intronizaret eum. Stabant proximi lateri ſiniſtro tribunalis per jactum lapidis ſtrenui viri, Paulus de Sabellis Roma-

Romanus Princeps, & Ugolottus Miles dè Blancardis cum ſtricta acie equitum quingentorum, ut plateam illam numeroſis refertam gentibus cuſtodirent; Magnus namq; Coneſtabilis ægrotabat. Adventat futurus Dux, adventant & cæteri. Beneſius futurum Ducem benignè recolligit, & in eminentiori collocat, apud ſe à ſiniſtris loco tribuneo. Cæteri tàm Prælati, quàm Domini, & Oratores Notabiles intrà dictum Tribunal ordinatè reſident. Bareria autem imperialis à dextris tenetur per Bohemum militem Beneſii ſocium; Quartilata autèm à ſiniſtris per Ottonem Militem dè Mandello; Ibi Ducalis Conceſſionis prælecto privilegio, Dux ipſe futurus ſacramentum præſtat genuflexus in manibus Cæſarei Locumtenentis Regali nomine. Locumtenens ejus dorſo Ducale mantellum imponit bavaratum Vayro, undiq; à ſummo per brachium, eumq; introducit, ſeù intronizat gemmali infula pretii ducentorum millium florenorum. Felix Lombardia, inquam felix, & iterùm felix, quæ tàm diù multis, & magnis oppreſſa calamitatibus optatum Ducem, & filium inveniſti; hic namquè ſemimortua jam membra tua reformabit, & ſuffocatum dudum priſtinum florem tuum orbi reſtituet.

Conſident ambo Locumtenens, & novus Dux. Prælati verò multi intrà Tribunal cùm aliis poſiti, hymnos gloriæ altiſſimo ſonore porrigunt. Succeſſivè Rev. Pater Epiſcopus Novarienſis profundiſſimum, & admirabilem ſermonem recitat, non minimam rem Ducalium laudum. Poſt hæc auditis Divinis Officiis, Locumtenens, & Dux equos aſcendunt, ſuprà quorum capita octo electi milites, totidemque Scutiferi inſignem deferunt baldechinum hoc ordine. Univerſitas tàm Dominorum, quàm Oratorum, & aliarum diverſarum gentium eos ſequitur uſque ad antiquam Curiam, in cujus introitus fronte dictæ Baveriæ affiguntur, Imperialis videlicet à dextris, & quartilogera à ſiniſtris. Ibi in capite Curiæ reſpiciente ejus valuas, poſita erat ampla, & ingens menſa, ſuprà quam ſtabat Cælum pulcherrimum Drappis contextum aureis. Medio dictæ menſæ ſe offerebat excellens, & mirificum Ducalis argentariæ ornamentum. Ab utriſque verò capitibus ſingula minoris, & inferioris argentariæ fulcimenta. Pro aliis Dominis proceribus, & legatis Dux medio menſæ conſedit, & ejus dextro lateri primus L. T. Cæſareus, ſecundus Marchio Montis Ferrati, Tertius primus Notabilior de Venetiis, quartus de Florentia, quintus notabilior de Bononia, ſextus Jacobus de Carraria. Siniſtro verò lateri primus Epiſcopus Meldenſis, ſecundus Comes Campaniæ, tertius Comes Antonius de Urbino, quartus Franciſcus Miles de Carraria, quintus Guilielmus Miles de Monteferrato, ſextus unus ex Oratoribus Siculis. Cæteri autem tàm Domini, quàm Oratores ad alias inferiores menſas à lateribus Ducalis menſæ intrà conſederunt. Dum ità omnes diſcumberent, pincernæ ad officia ſua ſe parant, & diverſimodis ferculis menſas ornant. D. de Montegandio, & Polenſii

lentii Comes ea duci porrigunt, & in menſa collocant, & quodlibet ferculum aſſociat tibicinum ingens ſtridor. Pars primi ferculi fuit porculi deaurati cùm frondibus, & alia fuere innumera, & ſerventium multorum diſtincta officia, quorum omnium ordinatam ſeriem papyrus tota non caperet; Sumpto prandio, reliquum diei illius choreis, & tripudiis conſumatur. Sequenti die Lunæ deputati ad enſiludium arma induunt, & in curia ſe oſtentant. Die verò Martis hi ad numerum trecentorum in duas diviſi partes rubeam ſcilicèt, & albam ſub erectis ſuis baveriis enſiludii campum introeunt, ubi propoſitis victoriæ pretiis ad valorem florenorum mille, ſinguli vires accumulant, & ad victorioſam laudem anhelant. Factis ità ex ipſis duabus aciebus, dato ſigno pugnæ, irruunt omnes, & crebris ictibus arma circumſtrepunt. Marchio acerrimo vectus equo campum circumvolat, nunc iſtum, nunc illum feriens, & plures alii. Inter cæteros Galeaz Miles de Grumello, & quidem Miles Bohemus Beneſii Socius, qui per dimicantes iter ſibi enſibus faciebant, mirabiliter ſe geſſerunt. Tandem completa pugna enſiludii, pretium dictis Galeaz, & Bohemo Militibus datum eſt. Poſtera die Mercurii Joſtris intenditur, quibus præ ceteris interſunt idem Galeaz de Grumello, Seneſcalcus de Dugo, Buciquandus, Galeaz de Porris, Balſarrinus de Puſterla, Marchio, & Germanus ſuus Guilielmus, Comes Polentii, Rizardus de Pepolis Miles. Nec defuit ſtrenuus, & animoſus Miles Nicolaus de Tertiis, qui indutus faciem pileo Campaneæ cum Corneta parva, ſinciput occupante, miram juventutem in ſene monſtrabat. Hujus autem joſtræ pretium formalium videlicet valoris florenorum mille Marchio idem tulit. Adeſt ultima feſtiva Dies Jovis per alios tàm milites, quàm ſcutiferos notabiles in quantitate magna joſtris ſimilibus intenta eſt. Cujus dictæ reportavere pretium Bartholomæus videlicet Frater Menghini de Bononia, & Joannes Robella unus ex ſcutiferis Marchionis, Bartholomæus, videlicet curſerium florenorum centum, & Joannes alium ducentorum. Eodem die Dux quinq; Oratores ex Senenſibus militavit. Qualiter autem unuſquiſque enſiluſor, & pariter Joſtrator ſe geſſerint, & quot ab equo dejecerint, quique proſtrati fuerint, tranſeo, quià tanta prolixitas faſtidiret potiùs, quàm juvaret. Unum tamen non omiſerim. His feſtivitatibus tanta virorum affuit multitudo, ut hìc eſſe quaſi tota mundi machina cerneretur. Quod meis vidiſſe temporibus ſatis lætor. Vale utinam ſemper fælix, meque quæſo habe continuò tuæ gratiæ recommiſſum. Mediolani X. Sept. MCCCLXXXXV.

XCVI.

ELiſæus Foſſa Ordinis Carmelitici ſcriptor haud ignobilis ſua ætate habitus eſt, ſpiritalia ſectatus digeſſit

De Oratione Mentali

Plera-

Pleraque Opera ſimilia.
Breſſian. Virtù Rav.

Ex hac Stirpe multi in Decurionatu fuere; nam annum adusq; 1387. inter alios Antonius Foſſa adnumeratur.

XCVI.

ANtonius de Schitiis Juriſprudens, unus & ipſe ex Sexdecim Ugolini de Cavalcabobus Senatoribus in Coll. J. C. adſcriptus fuit de Menſe Auguſti 1396., ut ex Syllabo M.S. publicè leges docuit in Patria, & in illis permulta ſcripſit Volumina

Sepelitur in Ædibus Divi Gregorii nunc SS. Triadi ſacris, ubi legitur hæc inſcriptio

Sacrum ſpectabilis, & ſapientis Legum Doctoris D. Antonii de Schitiis, & Hæredum ſuorum MCCCCXXXIV.

XCVI.

GRegorius de Stephanis Juriſperitorum in Collegio deſcriptus anno 1380., non tàm ſuæ Patriæ, quàm exteris conſiliis profuit. Nam Mediolani die decima ſeptima Auguſti 1396. Proviſionum Vicarius, ut ajunt, electus eſt, ut in Regeſto *Caroli Hier. Cavatii*, de quo jam diximus.

Inſignem inter Cremonenſes fuiſſe hanc familiam indicat agri noſtri Vicus *Domorum de Stephanis* appellatus ad ſextum lapidem.

Ex Collegio J. C. prodiere pariter de hac gente

Nicolaus 1264.
Homobonus 1267.
Franciſcus 1306.
Antonius 1355.
Georgius 1392.

Modò verò hujus inclytæ ſtirpis ſplendorem extinctum deplorare poſſumus; ſed magis lugendum eſt, dum mente revoluimus ſummam quandam hactenus, & præclaram floruiſſe familiam, à quibus poſteri adeo degenerarunt, ut omnimodè nobilitatem dedecorare, quinimò deperdere videantur. Ubi enim Togati eorum majores in Patria, tanquam omnium virtutum ſydera, coruſcabant, nunc ipſi doctoralia inſignia in opprobrium trahunt, vitiorumque omnium, & ignorantiæ tenebras offundentes lucem ſummæ eorum propaginis in culinarios fumos verterunt.

XCVII.

INnocentius Muſſus in Aula Romana virtutum luminibus micans, à Bonifacio IX. P. M. inter Referendarios Apoſtolicos adſcribitur, aliiſque præclaris muneribus donatur.

Breſſian. Hiſt. Eccleſ. M. S.

Da-

XCVIII.

DAmianus ex Nobiliſſima Carrarienſium familia Patavii ſuperiori ætate potentia, ac opibus præclariſſima, cum S. Patris Franciſci Seraphicum amplexus fuerit inter Minores Obſervantes, ut ajunt, inſtitutum, multos annos in Cænobio S. Angeli Cremonæ incorrupta religione, doctrina, ac pietate vixerit, & ſanctiſſimè obierit, inter meos ſcriptores adoptandus eſt, ut potè Civitate Cremonenſi ex jugi contubernio, & miraculorum claritate, in hac Urbe patratorum, pro meritis donandum. Scripſit, ut inſinuat *Vvadingus de Scriptor. Ord. Min. lit. D.*

Egregium Tractatum contra Mulierum fucos, & vanitates

Eo pariter in loco hæc ſcripta *Vvadingus* reliquit. *Scriptores Patavini Scardeonius, & Portenarius Beatum appellant. Obiit Cremonæ magna opinione ſanctitatis, honorificè reconditus in arca lapidea an.* 1401.

De hoc eodem agit *Arcturus in Martyrologio Franciſcano ad diem* 20. *Decembris*.

Oh utinam Damianus etiam contrà calamiſtratos, ac profligatæ prorſus verecundiæ Adoleſcentes muliebri, ac molli ornatu abutentes ſcripſiſſet, ut *Seneca lib.* 1. *Controverſ.* eorum labes deploravit. *Ad muliebres*, inquit, *blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditiis noſtrorum Adoleſcentium ſpecimen eſt*, quos pæclarè corrigit Iſocrates ad Demonicum Regem. *Cura, ut in veſtium ratione cultus, atque honeſtus ſis, non autem immodici ornatus ſtudioſus: honeſti enim eſt magnificentia, laſciviæ autem ſe ornantis ſuperfluitas, & redundantia.*

XCVIII.

PEtrus Botta ſacris literis, & eloquentia ſummus, ex Religioſis Humiliatis ad Præpoſituram generalem ejus Ordinis non tantum ſuis meritis, quàm Joannis Galeatii Vicecomitis Primi Ducis Mediolani officiis evectus. Summoperè enim ab eodem Principe diligebatur. Triennio præfuit dignitati, & anno 1418. obiit in Ædibus S. Abundii, ut Sepulchrum cum Epitaphio

Hìc jacet P. D. Petrus Botta Præpoſitus generalis FF. Humiliatorum, qui obdormivit in Domino VI. *Kal. Septemb. ann. Dom.* MCCCCXVIII. *ætatis ſuæ* LXIII.

Hæc habet *Joſeph Breſſianus in lib. M. S. cui tit. Virtù Ravvivata p. p.* qui allegat loquentes de eodem Fabagroſſam, P. Æmilium de Auguſtis in Annal. ejus Relig., & Buſchetum in Epitaphiis

Beltramus Burgus alter Præpoſitus Generalis ejuſdem Ord. legitur in eodem libro ſub annis 1309., qui refert eoſmet Authores de eo ſcribentes.

PP. Humiliati Cremonæ poſſidebant Ædes Divæ Catharinæ, ubi nunc PP. Camaldulenſes à me jure meritò ſemper excolendi, illas

S. Abun-

S. Abundii, ubi hodie Ven. PP. Theatini, nec non illas Divi Jacobi, ubi nunc Collegium Cleric. Reg. S. Pauli, ut *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ ſcribens de Eccleſ. S. Abundii.*

Contigit hujus Ordinis ſuppreſſio anno 1570. Sanctiſs. Pont. Pio V. ſedente, ejuſque primordia fuere anno 1296. B. Joannis Novocomenſis opera primum inſtituta, & plurimum promota.

XCVIII.

BOttinus (ſeu Bettinus, ut alii) de Cremona, legens Phyſicam extraordinariè, &

Joannes de Cremona legens Auctores, & de Coll. Cremon. ac

Joannes alter de Cremona Doctor Grammaticæ, Rhetoricæ, & Philoſophiæ, publicè profitebantur in Gymnaſio Placentino, ut *Umbertus Locatus in libro de Origine Placentiæ Cremonæ impreſſ.* 1564. *apud Vinc. Conctum*; ubi de Univerſitate ſcientiarum, & Studio Placentino ſub annis 1398. Joanne Galeatio Vicecomite Mediolani Primo Duce, Placentiæ Domino.

Antonius Campus lib. 3. Hiſt. Cremon.

Petrus Maria Campus Hiſt. Placent. lib. 18.

Joannes de Cremona ſecundus in Ordine procul dubio erat Joannes de Capellis ſuperiori loco recenſitus.

XCIX.

UGolinus Cavalcabovius Vir inter Italiæ Principes adnumerandus, ut optimè innuit Torreſinus in Opuſculo M. S ſæpè allegat. cum optimè noſſet ſuos Avos Vitellianæ Marchiones etiam Cremonam Patriam ad imperium ſuum adjunxiſſe, ſecutus veſtigia Guilelmi, & Jacobi gentilium ſuorum nuſquam vixit, quin ubique liberalitate, munificentia, & humanitate omnes ſuæ ætatis facilè anteiret; ob hoc unum omnibus tàm externis, quàm Civibus adeò charus, ut cum poteſtate, & dominatu omnium rerum ſumma digniſſimus putaretur, & illius ſibi unuſquiſque dominium expeteret, ac noſtri præcipuè, qui civi ſuo quàm Mediolanenſi parere malebant. Quare cum in ſuſpicionem veniſſet evertendi ſtatus à Joanne Galeatio Mediolani Duce carceri mancipatus delituit ſpatio Semeſtri, è quo emiſſus mortuo Duce cum Mediolani omnia peſſum irent, & Jo. Maria Ducis filius ſuis magis, quàm hoſtibus odio eſſet, unus electus eſt Ugolinus à Cremonenſibus, Cremenſibus, Parmenſibus, Bergomenſibus, Brixianis, & Laudenſibus, qui totius nationis Guelphæ in Longobardia defenſionem, & certamen ſuſciperet, quod ille non aſpernens maluit in Patria tutò vivere, quàm alibi dubiè moliri. Effecitque, ut in publico Conſilio, prævalente ſuorum ſectatorum copia, dominium Cremonæ ſibi deferretur, id etiam percupiente Leonardo Summo, non autem Joanne, ut ſcribit Ca-

vitellus, factionis Maltraverſæ Duce, acriter tamen reclamante Gibellina parte. Qua de cauſa tunc apertè agnitum eſt, quis favore, quis odio autem Ugolinum proſequeretur, & cum omnia tumultibus repleri viderentur, ratus Cavalcabovius nihil diferendum, nec tempus conterendum, ſe ſe in urbem intulit decem ſtipatoribus millibus fretus. Duo millia Monticolarum ultra quingentos ducebat Otho Parmenſis è Tertiorum familia, & Petrus Rubeus. Accedebat Bartholomæus Benzonus ſexcentorum Cremenſium agmen ducens. Lauda quoque ſuos miſerat Johanninus Vignatus, ſcilicet mille ac inſuper quadringentos Viros ductore Jacobo Vignato ejuſdem Fratre. Sequebantur mille ſupra octingentos Brixienſes, quibus præerat Pandulphus Malateſta. Duo Bergomatum bellicoſa millia Suardi Duces agebant. Ugolinus denique mille, ac ſeptingentis Cremonenſibus aderat munitus. Poſtremorum ductores erant hinc Guillelmus, inde Carolus ambo Cavalcabovii. Hi omnes factionem Guelpham referebant duplicato exercitu, cujus partem conſcripſerant pro invadendis Urbibus hoſtium. Alii reliqua quoque partim in Caſtris, & partim Oppidis aderant parati. Hi igitur anno 1403. nocturno tempore accedente die S. Jo: Baptiſtæ ſacra, non verò ante diem ultimam Junii, ut inſinuat Cavitellus citatus, mænia Cremonæ ingreſſi ea parte, quæ Forum Boarium ſpectat, maximo tumultu Gibellinos omnes adoriuntur, ejiciunt, domos vaſtant, fortunas dirripiunt, prædam ſibi dividunt tanta omnium aviditate, ut & ſequens dies tota in capiendo perducta ſit, quam quidem perpetuò infauſtam dicere poſſunt centum, & viginti ſex nobiles Gibellini Cremonenſes; totidem enim fuerunt, qui militaris furoris in prædam conceſſere. Illud quidem notandum Guelphos, licèt in locupletes armati ſint, hoſtes terrore ſuffocarint, domos uſſerint, vaſtarint, à cæde tamen quo ad eos fieri poterat abſtinuiſſe. Eos enim oderat Ugolinus, qui ſanguinis effuſione delectabantur, malens de vivis triumphare, quàm de mortuis tropheum erigere. Intereà pulſis Gibellinis eorum bonis Fiſco applicatis, ac ejectis Joanne Caſtilionæo Prætore, & Georgio Cribello Arcis Præfecto ex univerſæ Civitatis arbitrio in Eccleſia Cathedrali Dominus Cremonæ, totiuſq; Agri electus eſt.

Octo Cives inter alios Judices, & Advocatos Fiſcales delegit ſuper bonis Gibellinorum, ut eorum creditoribus ſatisfieret. Hi fuere

Albertinus Malabottus
Guidinus Fuſellus } de Porta Natali

Belingus Guiſcardus
Joanninus Bonettus } de Porta Pertuſii

Jacobinus Stavolus
Paulus Taliabos } de Porta S. Laurentii

Bernardus Zaccharias
Andreas Foliata. } de Porta Ariberti.

His

His tamen interdixit, ne unquam ſententiam ferrent, niſi re cum quatuor Juriſconſultis, qui eſſent è numero Conſilii ſecreti, communicata. Hoc quidem Conſilium ſecretum, ita enim appellabatur, ex ſexdecim J.C.C. Cremon. in Collegium cooptatis conſtabat, videlicet quatuor ex qualibet Porta per Ugolinum electis. Hi autem erant

Bartholomæus Scurtarus Bonifacius Guiſcardus Antonius Schicius Leonardus Gratius Prætor Caſtrileonis	de Porta Natali
Gaſparinus Vernatius Leonardus Summus Gulielminus Mozanica Joannes Bonus Belottus Prætor Soncini	de Porta Pertuſii
Bartholomæus Madius Marchiſinus Stanga Joannes Stanga Mainardus Divitiolus Prætor Piceleonis	de Porta S. Laurentii
Melchior Capellus Joannes Caballus Bartholomæus Piſcius Bartholomæus Soreſina Prætor Vitelianæ	de Porta Ariberti

Condidit & tempore ejus Dominii, quod vix tertium annum attigit *Statutorum Volumen*.

Juſtitiæ zelator eximius jura omnibus voluit inconcuſsè adminiſtrari. Mihi quidem ad manus pervenit ejuſdem diploma exempli ſequentis.

Ugolinus de Cavalcabobus Vitelianæ Marchio, Cremonæ Dominus Generalis. Spect., & Egreg. Militi D. Comiti Franciſco de Zaffonibus Poteſtati noſtræ Civitatis Cremonæ noſtro dilecto.

Spect., & Egr. dilecte noſter. Copiam ſupplicationis nobis exhibitæ parte Bonini de Bombecariis, & D. Franciſchinæ de Bombecariis, Abbatiſſæ Monaſterii S. Sixti noſtræ Civitatis Cræmonæ, vobis mittimus his inſertam, cujus attenta continentia volumus, & vobis mandamus, quatenus dictis ſupplicationibus in, & ſuper contentis in ſupplicatione prædicta jus faciatis ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, cavillationibus, & frivolis exceptionibus quibuſcunq; rejectis per modum, quòd dicti Supplicantes cauſam non habeant cum juſta quærimonia ulterius ad nos recurrendi. Datum Cremonæ die ultima Februarii MCCCCIV.

Subſcripta Praſius &c.

Erat quippè Monaſterium S. Sixti (nunc ſuppreſſum) in Via inter Ædes Divi Antonii Abbatis, & Divi Abundii jam erectum per Sixtum Mantuanum Cremonæ Epiſcopum.

In Ugolini pietatis teſtimonium adhuc proſtat Sacellum in Templo Divi Auguſtini B. V. dicatum, in cujus externo pariete cum inſigniis familiæ leguntur.

Hanc Capellam conſtrui, & ædificare fecit Spect.lis, & Generoſus Miles D. Ugolinus de Cavalcabobus Vitelianæ Marchio ad honorem, & ſub vocabulo B. V. M. current. Annis D. N. J. C. MCCCLXXXXIX. *die* 1. *Aprilis.*

Malo tandem fato Manerbii in Agro Brixienſi ab Euſtorgio Vicecomite captus, & Mediolanum miſſus, dum, arrepta è carceribus fuga, Dominium Patriæ ſibi rurſus addicere meditabatur, à Cabrino Fondulo poſt internecionem Caroli Andreaſij, & Cæſaris de Cavalcabobus in Caſtro Macaſturnæ non abſque ingrati animi noxa fuit interemptus.

Franciſcus ille Zaffonus Mirandulanus Cremonæ Prætor, de quo ſuprà, & quem Antonius Campus vocat de Gaſonis anno 1451. Menſe Januario publicè ex juſſu Caroli de Cavalcabobus obtruncatus fuit capite ob ſuſpiciones non leves de Vicecomitibus in Urbem revocandis notatus, quod fortaſsè innuit aliquantulum carpens *Cæſar Contardus Genuenſis in ſuis limitationibus in l. unicam. C. ſi de moment. poſſ. fuerit appellatum limit.* 11. *adverſus Judicem nu.* 7.

Subſcripſerat enim iſte Prætor unà cum Simone Garimberto Parmenſi Maleficiorum Judice ſententiæ, qua capite plecti juſſerat die 23. Junii 1404. innocentiſſimos Cremonenſes Gibellinos, ſcilicet Johannem Sfondratum Proavum Card. Franciſci, Petrum Caaucium ex Cauuciis S. Apollinaris, Antoniolum Laccam S. Nazarii, Giorginum, & Maſeninum ex familia Oldoina, Bartholomæum, & Johannem de Sancto Petro, Johannem Pavarum, Marchinum Sfondratum, & Bedinum Molam.

De Ugolino Auctores innumeri, & perperam *Leander Albertus in Ital. deſcript.*, ubi & illum necatum inſinuat à Fondulo in Caſtro Macaſturnæ,

XCIX.

JOhanninus Bonettus, ut ſupra recenſitus inter Judices, & Advoc. Fiſcales ſuper bonis Gibellinorum ab Ugolino Cavalcabovio conſtitutus, Juris apprimè peritus, & idem inſignis prudentiæ vir magno habitus in pretio. Scripſit

De Privilegiis Fiſci.

Aliaque Opera digeſſit hucuſq; deſiderata

Ejuſdem meminit *Turreſinus in Hiſt. M. C.*

MCCCC.

LEonardus Picenardus J. C. ex innocentia vitæ, ex juris peritia, & ex prudentia laudem promeretur, tàm candidè, & ſyncerè Civibus de jure reſpondebat, ut paſſim exiſtimaretur Civitatis lumen. Mantuam ſe contulit, ibique velut peregrina arbor alieno ſolo inſita, cui & terræ, & Cæli fælicitas arridet, ita uberes Juriſprudentiæ fructus edidit, ut tantæ Urbis Prætura fuerit decoratus. ſcripſit

Con-

Conſultationum legalium plura volumina

Avus hujus Leonardi erat alter Leonardus occiſus à Guillelmo Cavalcabovio anno 1312. die 16. Maii, ut indigitat *Campus Hiſt. lib.* 3.

Hic vir planè clarus juriſprudentia, & Prætoria dignitate, ſed clarior Sanctitate Prolis, genuit Eliſabetham ſacram illam Virginem omnium virtutum ſimulacrum, & inſignæ ſanctitatis ſpeculum; Hæc cum à teneris ſe ipſam Virgini Deiparæ conſecraſſet, illiuſq; ſervarum habitu induta, ſepoſitaque procul omni humanitatis ſpecie, dum aſſiduis jejuniis, & cilicio naturæ ſtimulos obtunderet, & animo inter orandum ad alta raperetur, vixit cum non mediocri ſanctitatis fama, Prophetiſſæ Spiritu, & miraculis inſignis, uſque ad trigeſimum octavum ætatis annum, quo tempore, ut Eccleſiaſtica teſtatur *Doneſmundi* Mantuana Hiſtoria, concentu Angelico ad ſuperos evocata, Virgineum Deo reddidit ſpiritum, ut de ipſa ſcripſit doctiſſimus Octavianus Picenardus Senatus Excellentiſs. Mediol. Princeps in Oratione habita undecimo Kal. Martias 1613. qua die Ampliſs. Jud. Cremon. Coll. Sigiſmundus Picenardus ingreſſus eſt. Deque eadem ſelectiſſima Virgine innumeri Authores, & præcipuè, qui de rebus geſtis à Religioſiſſimis B. V. M. Servis ſcribunt.

Videndus eſt piiſſimus Maraccius in Liliis Marianis cap. 4. pag. mihi 91.

Liceat etiam ad uberiorem legentium eruditionem hìc addere Teſtamentum conditum ab eadem Virgine, cujus exemplar mihi perhumanè commodavit P. Bonaventura Zanucchius S. T. M. Ord. Servorum multiplici ſcientiarum genere præſtans.

In Chriſti nomine Amen. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione quintadecima, die quinto decimo Menſis Julii tempore Sereniſs. Principis, & DD. Federici. Divina ſibi favente Clementia Romanorum Regis, & ſemper Auguſti Mantuæ in Eccleſia S. Barnabatis, & in Capella qu. Magnifici Jacobi de Bononia penès Altare majus dictæ Eccleſiæ in Contrata Unicorni, præſentibus Magiſtro Andrea fil qu. M. Jacobi de Mediopane de Cremona Cive, & habitat. Mantuæ in contrata Cigni teſte noto, & idoneo, qui manu propria corporaliter tactis ſcripturis, delato ſibi juramento per me Notar. infraſcriptum dixit, aſſeruit, affirmavit, ac ad Sancta Dei Evangelia juravit, ſe benè cognoſcere infraſcriptos ejus conteſtes, & infraſcr. D. Teſtatricem, ac de ipſis omnibus, & ſingulis plenam notitiam habere, & veram cognitionem &c. Joanne Paulo filio M. Joannis Mantuani textore pannorum lanæ Cive, & habitatore Mantuæ in contrata Bovis, Joanne Franciſco fil. qu. Thomæi à Tobaliis Cive, & habitatore Mantuæ in ſupraſcripta contrata Bovis, Michaele fil. qu. M. Jacobi à Coradis Cive, & habitatore Mantuæ in contrata Cigni M. Antonio Sartore della Juſtina fil. qu Joannini Cive, & habit. Mantuæ in contrata Bovis, Illario fil. qu. Jacobi de Illariis Cive, & habit. Mantuæ in contrata Bovis ſupraſcr., omnibus & ſingulis Civibus, & habitatoribus Mantuæ,

ac

ac ſubeuntibus onera, & factiones cum Communi Mantuæ, Teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter, & rogatis per infraſcriptam D. Teſtatricem.

Ibique Nob., & Pudica Soror Eliſabeth Ordinis Servorum D. Sanctæ Mariæ fil. qu. Spectabilis Viri Leonardi de Picenardis de Cremona Civis, & habitatrix Mantuæ in contrata Cigni, per Dei gratiam ſana mente, corpore, & intellectu, & timens humana natura omninò fragilis, & caduca, & nolens inteſtata decedere, ne inter ejus poſteros lis aliqua oriatur, ſuorum bonorum diſpoſitionem per præſens nuncupativum Teſtamentum ſine ſcriptis in hunc modum, & formam facere procuravit, in primis namq; Animam ſuam Omnipotenti Deo ejuſque Glorioſiſs. Matri Mariæ Virgini, totique Celeſti Curiæ triumphanti piè, & devotè comendavit, corpus verò ſuum, ſeù Cadaver, cum anima ab ejus corpore fuerit ſeparata, juſſit, voluit, & mandavit collocari, & ſepeliri debere in Eccleſia Servorum D. Sanctæ Mariæ de Mantua in Sepulchro ipſius D. Teſtatricis Patris, quod debet fieri in Capella ſubtus Campanile dictæ Eccleſiæ ſub vocabulo S. Bernardini, vel alibi in dicta ejus Eccleſia pro ut infraſcriptis ejus Teſtatricis Commiſſariis videbitur, & placuerit, Item legavit Teſtatrix antedicta Jurelegati Ven. Ordini Congregationis Fratrum Obſervantiæ D. S. Mariæ habitatorum in Conventu S. Barnabæ de Mantua, ducatos trecentos aliàs ſibi D. Teſtatrici relictos per dictum qu. D. ejus Patrem pro dotibus ipſius D. ſibi dandos, & ſolvendos per infraſcriptum ejus hæredem infra terminum trium annorum incohandorum à die obitus ipſius D. Teſtatricis, qui ducati trecenti expendi debeant in una poſſeſſione, quæ poſſeſſio nunquam poſſit vendi, nec ſuppignorari aliquo modo, cum hoc, quòd Ordo Fratrum prædictorum teneatur, & obligatus ſit celebrari facere poſt mortem ipſius Teſtatricis duo anniverſaria ſingulo anno, unum videlicet pro animabus Parentum ipſius D. Teſtatricis, & alterum pro anima ejuſdem D. Item teneatur, & obligatus ſit Ordo prædictus celebrari facere Miſſas S. Gregorii, & Miſſas B. Mariæ Vig., & totum Officium Mortuorum in dicta Eccleſia pro Anima ipſius D. Teſtatricis incontinenti poſt ejus obitum, & de dictis Miſſis S. Gregorii, & B. M. V., & Officio Mortuorum dictus Ordo celebrari facere teneatur ſemel tamen poſt ejus obitum. Item legavit, & reliquit D. Teſtatrix prædicta pro anima ipſius præfato Ordini Breviarium unum aliàs ſibi emptum ex parte Jocalium ipſius D., & caſu, quo D. Urſina ejus Teſtatricis Soror, & Uxor Nob. Viri Bartholomæi de Gorno vellet dictum Breviarium pro ea ſolvendo tamen pretium ipſius Breviarii, tunc juſſit, voluit, & mandavit ipſa Teſtatrix dictum Breviarium æſtimari debere, & pretium ejuſdem expendi debere in una planeta danda dicto Ordini pro Miſſis celebrandis, in omnibus autem ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, & actionibus quibuſcunque præſentibus, & futuris, ubicunque ſint, & eſſe reperiantur, & tàm in legitima, paternaque, maternaque ſuum ſibi hæredem univerſalem inſtituit, & eſſe voluit Stephanum ejus D. Teſtatricis Fratrem, & filium qu. Leonardi de Picenardis Civem, & habitatorem Mantuæ in contrata Leonis vermilii, cum hoc, quòd ſi dictus Stephanus nollet, & ſeù recuſaret dare, & ex-

burſare

burſare dicto Ordini dictos ducatos trecentos infra dictum terminum pro dicta poſſeſſione emenda, tunc, & eo caſu præfata D. Teſtatrix ſuum ſibi hæredem univerſalem ſubſtituit, & eſſe voluit Ordinem anteſcriptum loco dicti Stephani in hæreditate prędicta, ſuos autem fideicommiſſarios, & executores omnium pręmiſſorum, juſſit & eſſe voluit, ac ordinavit D. Teſtatrix ſupradicta Ven. D. D. Vicarium Generalem Congregationis dicti Ordinis, & D. Priorem ſupradicti Conventus Obſervantię, qui tunc pro tempore erunt, nec non ſupraſcriptum Bartholomæum de Gorno, & D. Urſinam ejus Uxorem, & Sororem ipſius D. Teſtatricis, et hoc ſuum ultimum Teſtamentum, et hanc ſuam ultimam voluntatem eſſe voluit, juſſit, et mandavit Teſtatrix antedicta, quod, et quam valere voluit jure teſtamenti valere voluit, juſſit, et mandavit Teſtatrix prædicta Jure Codicillorum, et donationis cauſa mortis, et omni meliori modo, via, jure, forma, et cauſa, quibus magis, & melius de jure valere poteſt, et tenere, caſſans, irritans, et annullans omne aliud Teſtamentum, et omnem aliam ultimam voluntatem per eam hactenus conditum, et conditam, ac jubens, et mandans hoc ſuum ultimum Teſtamentum, et hanc ſuam ultimam voluntatem cęteris aliis prævalere. Ego Joannes Petrus fil. qu. Egr. Viri Ser Antonii de Signorettis Civis Mantuæ publicus Imp. auctoritate Notarius ſupraſcr. omnibus, et ſingulis præſens fui, et rogatus ſcribere ſcripſi.

MCCCC.

MElchior de loco Plebis Trium Literarum Joannis Tenitor. Cremon. vulgò *Pieve Terzagno*, valdè doctus, Vir in Jure Canonico, & Civili, qui degit Peruſii, ut eruitur ex Conſilio celeberrimi J. U. D. Marci Angelelli Peruſini, quod inſeritur in Conſil. matrimon. *Collectis per Joannem Baptiſtam Zilettum Vol.* 1. *conſ.* 5. ad quod remitto Lectorem, ubi ſatis lepidum comperiet eventum, cum mihi ſufficiat dicere, Melchiorem Virum fuiſſe valdè doctum, ut memoratur ab eodem Scriptore.

MCCCC.

ALexander Stradivarius in abſolvendis carminibus plurimùm præſtitit, Græco, Hebræo, ac Perſico idiomate præditus ſatis eruditè, & eleganter vulgavit

Carmina varia lib. 3.

De antiquitate Regum Longobardorum, & alia, quæ innuit Breſſianus in V. R.

MCCCC.

PEtrus de Sexto Eccleſiæ S. Silveſtri Cremonæ Rector, non tàm pietatis, quàm ameniorum literarum ſtudioſus prodiit

Epiſtolas plures, quæ unà cum reſponſis ad eundem leguntur in ſæpè laudatis M.S. Bibliothecæ Ambroſianæ, ut nobis humaniſſimis pariter ſuis Epiſtolis confirmat Lazarus Auguſtinus Cotta.

Am-

MCCCC.

AMbroſius Boccolus
Raphael de Raymundis Legum Doctores, & publici Interpretes in Gymnaſio Placentino, unà cum
Antonio Reſta Phyſicæ Magiſtro
Recenſentur *ab Antonio Campo in Hiſt.Cremon. lib. 3. ad hunc annum.*

III.

FRanciſcus Regatius (non Aregatius ut alii,) Jacobo, & *Apollonia de Oculo auri* non obſcuris parentibus ortus, fortunæ dotes animi virtutibus excedens, magnus in Minorum Ordine emerſit. Græcæ ſiquidem, & Hebraicæ linguæ, humanique pariter, & Divini Juris peritus, idemque Concionator inſignis, Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolanenſium Duci acceptiſſimus, ex Cuſtode Provinciæ Bononienſis, atque Parmenſis, Bergomi Epiſcopus creatus eſt, Bonifacio IX. ſedente 16. Kal. Januarii 1403., ut conſtat ex Actibus Conciſtorialibus, licèt noſter Cavitellus ad eam dignitatem aſſumptum contendat anno 1415. Ad Conſtancienſe Concilium profectus, contrà Hæreticos acerrimè diſputavit, & elegantiſſimas habuit orationes, quibus maximam inivit gratiam Sigiſmundi Rom. Imperatoris. Idemque illi fæliciter evenit apud duos, & triginta S. R. E. Cardinales, Patriarchas quatuor, ſeptem & quadraginta Archiepiſcopos, ac Epiſcopos centum ſexaginta, qui cum aliis Viris Summatibus ibi intererant. Compari pietate ſingularem excernens doctrinam, peculiari devotione proſequebatur B. V. M. cui dedicavit Ædiculam in Monte aureo, ubi Deipara ipſa mirabiliter apparuit, vernantibus circundata roſis pridiè nonas Januarii 1417. & Monialium Cænobium extructum eſt. In ejuſdem quoque Deiparæ honorem Bergomenſe Templum Minorum de Obſervantia, precibus S. Bernardini Senenſis, nuncupavit titulo S. Mariæ Gratiarum, ſolemniterq; conſecravit anno 1427. ſui verò Inſtituti Monaſterio adiecit Eccleſiam Parochialem S. Euphemiæ. Cum autem Bergomenſibus optimè præfuiſſet quatuor, & triginta annos, obiit 1437. Idibus Auguſti, non verò anno 1417., *ut Leander Albertus* in deſcriptione Italiæ, nec anno 1427. ut *Vvadingus de Script. Ord. Min.* Cum frequentibus amantiſſimi populi lacrymis ſepultus eſt ad S. Franciſcum ejus Urbis. Scripſerat

Theologica
Orationes Varias
Conciones ſuper Evangelia
Homilias Dominicales totius anni,

Et alia quamplurima, quæ omnes ambire, paucos autem iiſdem frui notat *Vvillot in Athenis Franciſcanis;* Præter memoratos perhonorificam mentionem faciunt ejuſdem

Jacob.

Jacob. Philip. Bergom. in Supplemento.

Campus in Hiſt. Cremon.

Blaſius Rubeus in Tabula dyptica Ep. Cremon. ubi de Conſtantio Fondulo

Jodocus Hondius in deſcript. Italiæ

M. Guacius in Chronico primæ edit. Venetæ pag. 300.

Antonius Poſſevinus in App. Sacr. Tom. 1.

Stephanus Breventanus in Tract. Terræmotus M S. in Bibl. Ambroſ. lit. S. num. 128. *lib.* 6. *Lectorem in Ticinenſi Univerſitate fuiſſe ſcribit.*

Lucas Vvadingus citatus Tom. V. annal, & in Bibl. Scriptorum Seraphicæ Relig., ubi tamen perperam unicum Franciſcum Regatium in duos Bergomenſes Epiſcopos cruentè diſſecat, & ſepelit, unum ut diximus 1427. alterum 1475. confundendo etiam cognomina.

Abbas Ughellus Tom 4. *Ital. Sacr. ubi de Epiſ. Bergom. nu.* 54. *de Agregatiis cognominat*

Jul. Cęſar de Solis in Poematio de Cremonę laudib.

Toſignanus in Chronico Ord. Franc. pag. mihi 316.

Aroldus in Epitom. Annal Vvadinghi

Breſſian. in Corona, & in Roſ. & Viol.

P. Calvus in Ephemerid. Bergom. lib. 1.

Floruit alter eodem fermè tempore Franciſcus de Regatiis Politianus, ut notat *Ughellus in Epiſc. Aretinis Tom.* 1. *Ital. Sacr.*

IV.

CArolus Cavalcabovius Aloyſii F., Octaviani Nepos, & Guillelmi Cremonæ Domini Pronepos Marchio Vitellianæ Joannis Vineati Laudæ Principis Gener, ut innuit, *Defendens Landius in diſ.* 10. qui Patruum Ugolinum in Cremonenſium Imperio firmaturus, Dux lectæ Guelphorum manus Patriam egregiè propugnavit ab inſultibus Aſtorgii, vel (ut alii ſcribunt) Hectoris Vicecomitis, aſſeclarumq; Gibellinorum, ſed Ugolino, dum Guelphis Brixienſibus ſuppetias ferret, hoſtium inſidiis capto, ad Avitum evehitur dominium, in quo & prudentis Principis nomen aſſecutus eſt. Sed tantùm ſeſquiannum dominatus eſt quandòquidem à Cabrino Fondulo, quem multis affectum beneficiis, & arce Macaſturnæ donatum familiariter adhibebat in pacis, & belli conſiliis perfido convivio exceptus in arce prædicta, nec quicquam de inſidiis veritus die 24. Julii 1406. immaniter confoſſus eſt, & unà cum Andreaſio J. C. de quo erit ſermo, & aliis de Agnatione, ut retulit ad eum annum Cavitellus noſter. Non Martem modò, ſed & Phæbum coluit, militaribus exercitiis literaria conjungens maximè Poetica inter ea ſunt.

Carmina Italica ad Bartholomæam Matulianam Poetriam Bononienſem.

Membranis commiſſa leguntur in veterum Rhythmorum Vernaculorum Codice quartæ formæ pag. 87. qui fragmentario Poetico inſcriptus, & Joanni II. Bentivolo Bononienſium Principi à Rhapſodo nuncupatus pervenit ad manus eruditiſs. Laur. Legati ex Muſæo Ovidii Montalbani; ut ipſe refert pariter in fragmentariis ſui Lycæi Herculis, quo ex loco huc ad verbum adducere non piget ejuſmodi Poematium, tum ne aliquando pereat Concivis Reguli monumentum, cum ut conſtet inter primos Italiæ Poetas Auctores Cremonenſes non deſiderari, Tuſciſque Camænis, vel in ipſarum infantia inſignes in Patria noſtra non defuiſſe cultores. Ut ſequitur ergo concepti Caroli Verſiculi hunc titulum præſeferunt.

Illuſtriſſimi Principis, ac Magnifici D. D. Caroli Cavalcabovis Cremonæ Marchionis Cantilena elegantiſſima ad Excelſam, & Magnificam DD. Bartolomæam de Matugliano.

IO ti priego per quel vivo Sole,
Che fà ſplendore alli Cieli, à la Terra,
Che tu te pieghi alle vere parole;
Le lagrime, e l' dolor, che l' cuor mi ſerra,
E ſe per ben ſervir grazia s' acquiſta
Deh' trai l'anima mia di tanta guerra.
Non eſſer cruda più, che n' hai la viſta,
Perciò che di pietà dipinta ſei
Vaga, leggiadra, benigna, & honeſta
Io te priego per que vivi Dei
Luna, Sole, Pianeti, & Elementi,
Che non mi facci più cridar omei.
Pregoti, che leggendo i meſti accenti,
Habbi pietà del mio penoſo ſtato,
E porgi fine à miei gravi tormenti.
Pregoti per l' Arcier Nume bendato,
Che contento nel foco mi fà ſtare,
Che di farmi languire haggi peccato.
Pregoti per le lagrime sì amare
Se mai in Donna ſi trovò mercè,
Che l' cuor di ſaſſo deggi temperare.
Perochè Amante mai con maggior fè
Non ſervì Donna, non ſervirà mai,
Più ch' io t' hò fatto, e t' amo più di me.
Io te priego Donna, ſe già mai
Ti porſe il mio ſervire alcun piacere,
Che la tua pace ſcacci ogni miei guai.
Io te priego ſol per ben volere
Se ad amor volſe Donna alcun ſoggetto
Ch' un poco gl' occhi tuoi laſſi vedere.
Io te priego, ſenza mai difetto

Tro-

Trovarſi in me per darmi queſta doglia,
Che me lo manifeſti con tuo detto.
O mia ſpeme in cui tende ogni mia voglia,
Ti prego humil ben mille volte, e mille,
Che di aſcoltarmi un poco non ti doglia.
Io ti priego per quelle faville,
Che traſſe Dido di cotanta pena,
Che le tempeſte mie rendi tranquille.
Io te priego, per la Greca Elena,
La qual paſsò d'ogni bellezza il ſegno,
Che tu ti volgi à me dolce Sirena.
Io te priego, benche non ſia degno,
Pur di veder l'aſpetto tuo gentile,
Che l' mio parlare non ti venga à ſdegno;
Pregoti per quel guardo Signorile,
Che me ritraſſe all'ombra del bel volto,
Che mi ſoccorri col tuo vago ſtile.
Io te priego poi, che l' cuor m' hai tolto,
Che tu diſpieghi il bel parlar ſovave,
Che mi legò, libero eſſendo, e ſciolto.
E ſe il mio dir Madonna ti par grave,
Volgi il penſiero alla mia pena amara,
Di cui più cruda altro Amator non have.
Così io ti prego, ſe mai ti fù cara
Coſa del mondo, che per lo tuo amore
Facci riſpoſta gratioſa, e chiara.
Tu ſei la Dea ch'adoro, & il mio cuore
Porta ſcolpita d'or la tua figura,
E l' tuo bel nome mai per me non muore.
Che quanto il giorno, e poi la notte dura,
Te ſempre invoco, e pur plorar mi lice,
Che tu del mio languire hai poco cura.
O delle pene mie ſola radice,
Ma ſole, e più del Sol bella t'adoro,
Dea, che ſola mi puoi render felice.
Sappia ciaſcun, che tu ſei mio teſoro,
Lume celeſte al mio terreno ingegno,
Beltà divina, per cui m' innamoro.
Onde io ti prego, che non m' habbi à ſdegno,
Mà, ch' à me gl'occhi tuoi placidi giri
Con quel piacer, che vince ogni diſdegno.
Se à te ſola cagion de miei martiri
Conſacrai, perche Amore il ſen ſi ſcalde
La lingua, il cuor, le lagrime, i ſoſpiri
O luci tante, ò fiamme ardenti, e calde,
Ch' aſcondon que begli occhi, ove dimora

Amor con le tue gioje intere, e ſalde.
Non sò ſe verrà mai quel tempo, e l'hora,
Ch'à faccia à faccia io ti diſcopra il cuore,
E ti racconti ogni mia angoſcia ancora.
Però, ch'io vivo ſolo al mio dolore,
E non sò con chi pianger le mie pene,
Per non parlare, ò dir contro il tuo honore.
Con più vò inanzi, il cuor mancando viene,
Però prima che morte m'habbia vinto,
Porgi la pace al dolor, che mi tiene.
Moſtrami il viſo di pietà dipinto,
E di gradir gl'ardori miei t'invoglia,
Se non fia ſegno, che mi brami eſtinto.
Le dolci rime tue ſcemin la doglia,
Ch'è per precipitarmi à Regni bui,
E pietà di chi t'ama in te s'accoglia.
Ch'io ſempre benedir potrò colui,
Che ti formò cotanto Signorile,
Per dar tormento, e tu ſai bene à cui.
E dirò con che induſtria Amor gentile
Fabbricò la perſona tanto adorna,
Che di bellezza paſſa il ſommo ſtile.
Perche è divin quel bel, che m'innamora,
Come alito di Ciel grato è l'odore,
Che la tua bocca ſpira ad hora ad hora.
Quegl'occhi vaghi moſtran lo ſplendore
Del Sol, quando più ſplende in due partito,
Anzi due Soli ſon del Ciel d'Amore.
In quel bel petto un mar di latte addito,
Che i ſcogli ſuoi di vivi gigli infiora,
In cui Venere il ſeggio hà più gradito.
Amor con quanta brama aſpetto ogn'hora,
Il dolce tempo, ch'alquanto conforte
La mente afflitta, ch'in pena dimora.
Tal hor leggiera mi ſarìa la morte,
Sentendo che d'Amor sì grave è il peſo,
Che non credo altra ſia più dura ſorte.
Perche io non muoja, ſol mi tien ſoſpeſo
Lo ſperar che tù deggia conſolare
Il mio miſero cuor, ch'è tanto offeſo.
Onde à te viene, e ſol ti vol pregare
La Rima con ſoſpir, fatta, inceſſanti,
Che l'Servo tuo non vogli abbandonare.
Più grave pena non ſentir gli Amanti
Di quella, che l'mio cuor ſempre flagella,
Che ogni diletto mio rivolto hà in pianti.

Mà

Mà la mia lingua homai più non favella,
Perche lo ſpirto ſuo manca tra via,
Ch' à pena eſprimer puote: Io moro ò Bella.

Quin & non ingratum futurum cenſeo, ſi reſpondentis Bartholomęæ Carmina adiunxero, cum ad Caroli noſtri laudes faciant, & fortè non alibi legantur, quàm in memorato *Fragmentario Poetico pag.* 179.

Excelſæ, ac Magnificæ Dominæ D. Bartholomęæ de Matugliano Cantilena elegantiſſima ad Illuſtriſs. Principem, ac Magnificum DD. Carolum Cavalcabovem Cremonæ Marchionem.

INclito, generoſo, e chiaro Duce
CARLO CAVALCHABUE, vero Marcheſe
Di Viadana, in cui gran fama luce.
Magnanimo, benigno, alto, e corteſe,
Di Cremona degniſſimo Signore,
Antico honor del Lombardo Paeſe.
Bartolomea con riverente cuore
A te ſi raccomanda, à te ſalute
Manda, qual ſi conviene al tuo valore.
Io hò nelle mie man le carte havute,
Piene delle gran lodi, che mi dai,
Degne, più che di me, di tua virtute.
Come tu ſei uſato, mandat' hai,
Vidile riverente, e con effetto
Di tutto il cuor quelle conſiderai.
Hor voleſſe l' Altiſſimo, e perfetto
D'ogni coſa fattor, ch' io fuſſi tale,
Quale il desìo al tuo merto hà concetto.
Ma pur quanto l' poter mio picciol vale
Commenderò le tue virtuti ornate
Non ſimile al tuo ſtil c' hà ſi grand' Ale.
Ch' io non potrei volar ſe non m' aitate
Alto, quanto convienſi, ò dolce Orfeo,
O gran Clio, tu che dai rime pregiate.
Ergi l'ingegno mio tu ſacro Deo
Apollo per quel don, che riceveſti
Ne biondi crini al gran fiume Peneo.
La mente mia tanto à poggiar s'appreſti,
Che l'alte tue virtù, Carlo dir poſſa,
Come le baſſe in me tu deſcriveſti.
Il tuo genio gentil ti diede moſſa
Sol per l'inſtinto natural, che viene
Da l'antiqu' alma, e gran virtù commoſſa.
Peroche nel ſuo ſtil ſempre ritiene
Di ſe gioconda, e glorioſa fama
E virtù ſola in gentil ſen conviene.

L'ani-

L'animo pellegrin ſempre à ſe chiama
Le coſe grandi in virtù luminoſe,
In cui l'eterno honor tien verde rama.
In te, Signor Magnanimo, tal coſe
Veggonſi ogn' hor, maſſime quando honori
Quelle, che ſon per fama glorioſe.
E benche di quel numero io ſia fuori
Pur mi piace hora aſſai, che così creda,
Che l' tuo ſuon d'un gran frutto ſian già i fiori.
Mà, tu Signor, d'antiqua vertù reda
Sia da me ringratiato quanto merta
La tua bontà, che ſempre in meglio rieda.
Ch' l' tuo ſuon valoroſo mi fà certa
D'eſſer aſſai più, ch' io non mi credea
Nelle coſe di fama ornata, e ſperta.
Ne fuor d'oneſto Amor mai Citerea
Non punſe l' cuor co l' vago ſtral de l'oro,
Ma Diana tenuta hò per mia Dea.
Le ſublimi virtù di queſta adoro
E nelle tele mie, non come Aragne
Le figuro ſovente, e le coloro.
Godo eſprimendo ancor l'opere magne
Di Lucrezia famoſa, il cui morire
E vita, à chi di tal morte non piagne.
Piacemi aſſai leggendo ancor d' udire
Di Virginio, ch' ucciſe la figluola,
E di Peſcennio il giuſto, e caſto ardire.
L'animo ſempre à queſta virtù ſola
Tien al fren del deſio la caſta mano,
E l' fragil ſeno à le cadute invola.
M'è grato udir, che Ponzio Anfidiano
Svenò la figlia impura, e l' pedagogo,
Come fecero Attilio, e Serviliano.
Marco Claudio Marcel vedo ch'al giogo
Poſe Scantinio, e vedo quel Tribuno
Contro Marco Letorio; onde io mi sfogo.
D'annoverar gli eſempi ad' uno ad' uno
Veggio Sempronio nell' Olimpo monte
Punir gli errori è 'nſanguinar ciaſcuno.
Veggio l'allegra Gallogreca in fronte
La teſta in man tener di quel, che n' lei
Miſe le man corrotte, ardite, e pronte.
Quanto piacer ne verſi han gli occhi miei,
D'Ippone, che nel Mar gettoſſi à vaccio,
Quando fù preſa da nemici rei.
E quelle, che ſentir l'ultimo giaccio,

Quando

Quando Mario nel Tempio le rinchiuſe,
Che le fe chiare il volontario laccio.
Queſti ſon miei diletti, e le mie Muſe,
E n' lor mi ſpecchio, e godo al paragone,
Dove le infami Donne vien confuſe.
L' Amazone Orithia mi ſi propone,
E Nicoſtrata poi detta Carmente,
Che nel lazio le lettere diſpone.
L'Alta Penteſilea ſempre è preſente
A gli occhi miei, e l' cuor penſando brilla
L'opre fatte da lei glorioſamente.
De Volſci ancor la Regina Camilla
Veggio, che per Italia tanto fè,
Che di ſua fama il lume ancor sfavilla.
Mi ſovien poſcia di Penelopè
Stata gran tempo in aſpettar Uliſſe,
Che mille volte ſua tela disfè.
Specchiomi in quella, che ſe tanto miſſe
In periglio à paſſar la gran fiumana
Tiberina, e il ſecreto à ſuoi ridiſſe.
Scorgo Cornelia poi l'alta Romana
Vergine glorioſa in opre tali,
Ch' empiono di ſtupor la mente humana.
E Claudia delle Vergini Veſtali
Leggo, nel cuor guſtando gran letizia,
E Marzia di Maron fra l'altre eguali.
Trovo di Fulvio la ſaggia Sulpizia
Piena d'ogni valore, e corteſìa,
Ch' ogn' hora alla Virtude il cuor m' inizia.
E ſempre à lagrimar gli occhi m' invia
Di Geron Sicilian la cara figlia,
Ch' in ſe l'altrui mortal colpo desìa.
O come l' Alma alla virtù s'appiglia,
Quando di Sofonisba gran Reina
Penſo l'opere egregie à meraviglia.
Per le ſtrade d'honor ſol m' incamina
Iſicratea, Sempronia, e Giulia ancora.
Il cui morir fù de Roman ruina.
E Porzia di Caton, cui fama honora
Cornificia di verſi alta teſtrice,
Che me di Poeſia tanto innamora.
Coſtanza de Romani Imperatrice
Di Sicilia Regina, e poi Gioanna,
Che dell'altre Regine fù Fenice.
Così perche atti rei l'udir m' affanna
Non cerco come già rapiſce Giove

Gani-

Ganimede, la cui opra ſi danna.
Ne cerco ancor come rapiſce altrove
L'incauta Europa, Toro divenendo,
Ne come per Alemena Amor lo muove.
Del ſuo Anfitrion forma prendendo,
Ne come Febo con dorati crini
Dietro alla bella Dafne andò correndo.
E non curo ſentir come i divini
Sembianti ſuoi coſtui già trasformaſſe
Diventando Paſtor, che vile inchini
In Silvio Admeto, over come cangiaſſe
Giove ſua forma in un candido Cigno,
Perche di Leda l'honeſtà macchiaſſe.
Ne mi piace d'udir, che nel benigno
Viſo già di Diana egli ſi volſe
Per Caliſto ingannar, Proco maligno;
Ne come l'alto dio de l'arme accolſe
Ardore indegno amando Citerea,
Con cui Vulcano in adulterio il colſe.
E fuggo udir, che queſta vana Dea
Fatta Amante di Adon pianſe ſua morte,
Perche per lui d'impuro foco ardea.
Mi diſpiace d'udir ch'Ercole il forte
Fattoſi prigionier d'un'aurea chioma
Di trattar vil canocchia armi la ſorte.
Quelli, cui chiaro tutto il mondo noma,
Perche Anteo vinſe, & il trifauce Cane
Traſſe d'Inferno, e l' Cielo hebbe per ſoma.
Mi vergogno in ridir, che per le inſane
Furie d'Amore in veſte feminile
Tutte tradì le ſue virtù ſovrane.
Non conſento in huom magno atto ſervile,
Indegno è di venir da Illuſtre vena
Chi da principio buon divien poi vile.
Io porto nella mente amara pena
Quando per Ariadna Teſeo ſento
Piangere, e l' Trojan Paris per Elèna
E quand'io leggo con riguardo attento
Della furia di Fedra ſcelerata,
Onde il publico Ippolito fù ſpento.
La mente con horror tal coſa guata,
E di freddo ſudor gelide ſtille
Eſigge un'azzion così ſpietata.
Ahi quanto mi diſpiace, che di Achille
Ardeſſe già Briſeide, e ch'una Dido
Provaſſe per Enea mortal faville.

E di

E di Leandro, che nel mar d' Abido
Nuotando al Porto del bel ſen d'un Ero
L'alma eſalò nell'elemento infido.
Dove è l'error, non è diletto intero,
Quindi mi ſpiace Filli, che i ſuoi pianti
Sparſe per Demofonte à lei ſevero.
Di che gloria à Medea furon gl' incanti?
Quanto fur lagrimevoli, e funeſte
L' arti, ch' ella, e Giaſon reſero amanti?
La miſera Ermion piangendo Oreſte,
Quante volte chiamò la morte alpeſtra
Per non menar con Pirro hore moleſte.
Mà più di queſta io biaſmo Clitemneſtra,
Che per Egiſto hebbe l' Conſorte ucciſo,
Come l'empie Sorelle d'Ipermeneſtra.
La follìa mi ſovien poi di Narciſo,
E deploro que due, ch' al Gelſo Moro
Laſciar il ſuolo del lor ſangue intriſo.
Però non ſeguirò già di coſtoro
Gli eſſempli, mà di quei dov' hebbon pace
L' alte virtù ne grandi affetti loro.
Così voi, Signor mio, cui l' honor piace,
Sete da commendar fra più famoſi,
De quai tromba di fama non mai tace.
Voi l'alte impreſe, e i fatti glorioſi
Della voſtra progenie Illuſtre, antica
Rendete ogn' hor più chiare e luminoſi.
Onde il grido commune avien che dica
Eſſer voi pien d'ogni magnificenza,
E ch' ogni errore, e infamia v' è nemica.
Io ſento aſſomigliarvi all' Eccellenza,
E valore, & ardir del gran Camillo
Che tanto oprò per Roma in ogni urgenza.
Che la ſua etade un Romolo ſcoprillo,
Com' io pur ſcorgo voi, la di cui mano.
Tolſe Cremona al Vipereo Veſillo.
Onde il Popolo herculeo, che ſovrano
Vi bramò, gode un ſecolo beato
Sotto l' Imperio voſtro più che humano.
Et è voce di voi, che ſete ornato
Di corteſìa più, ch' l' magno Aleſſandro
Che per largo donar fù sì lodato.
Ne l' Mare Egèo, ne quel dove Leandro
Perì, termine ſon di quel, ch' io parlo
Se vincete in Chiarezza il priſco Evandro.
E bene il nome vi convien di Carlo

Se fido in ciò, che Santa Chieſa crede,
Come il gran Carlo ardette in ſeguitarlo
Ne la Suora di Ceo, che tutto vede,
Sà tacer ch' emulate un Scipione
E un' Attilio, che franco è in dar ſua fede.
Vi celebra aſtinente, qual Catone,
Pietoſo più, che non fù mai Marcello,
Caſto più ch' African, ſendo garzone.
Saggio nel guerreggiar, come un Metello
Severo, ardito, e à Sudditi corteſe
E come un' Aſſalon leggiadro, e bello
Facondo, quanto un Tullio à le difeſe,
Conſtante quanto un Muzio in ver Porſenna,
Quando al gran foco la ſua man diſteſe
Ne più dolce di voi cantò Sirenna,
Perche de l' Arti Aſcree ſete la norma,
Come lo ſtil de voſtri carmi accenna
La voſtra nobiltà ben ſi conforma
A gran deſio di Ceſar nel penſiero
D' innalzar la ſua fama, e ſeguir l'orma.
Onde ſegnar della virtù il ſentiero
Gli heroi più rinomati per valore
Come dee fare ogni buon Cavaliero.
Così v' ammira ogn' un, dritto Signore
Specchio d' ogni virtù, che dir ſi puote
In huomo nato à gran desìo d' honore.
E tutte le voſtre opre ſon ben note,
Che per la vita altrui ſervon di metro,
E alle tre gran virtù ſtanno devote.
Ne quì vi ſtate con le mani à retro,
Mà nelle quattro trapaſſando ſpeſſo,
Fate ogni vizio ſtar di molto indietro.
Mà poiche al fine del mio dir m' appreſſo;
E tù pur nato ſei di mortal gente
Soffrirai, che nel petto ti ſia meſſo
Queſto ricordo: ch' ancor può ſemente
Eſſer di glorioſo, e chiaro frutto,
Perche in molti Signor ſon' hoggi ſpente
L'opere virtuoſe, & ogn' huom tutto
S' è dato à far teſor per avaritia,
Che madre è di vergogna, e d' ogni lutto.
Vendon la fama lor, vendon giuſtitia,
Lieti ſol d'abbondar ne gl' altrui danni
Rinchiudendo in lor mente ogni triſtitia.
Per le qual coſe ei ſon ' tti Tiranni
Dal Mondo, che ben ſpeſſo anche gl' uccide,

Men-

Mentre ſi fidan de ſuoi falſi inganni.
Queſti i Reami, e le Città divide,
Queſti per ſue mal' opre ciaſcun teme
Vive morendo, e l'empietà l' deride
Ma l' peſo grave, che l' ſuo corpo preme
Le trova nel ſuo fin tutto fallace,
Però ſpeſſo dal Ciel Giuſtitia preme:
Ma ſe vuoi haver dentro al tuo cuor pace
Fa ſol, che le virtù faccian ritegno
Ne ſuoi penſieri, e fà ciò, che à lor piace,
Voglio, che queſte ſol ti faccian degno
D'eſſer Signore, & ogni dì innalzare:
Sol per amore, e creſcere il tuo Regno.
Si che tu poſſi à tuoi perpetuare
Quel, che fù partorito per antico
Del Sangue tuo, per virtuoſo oprare
Fatti ciaſcun con le virtudi amico
Penſa, che ſei mortal, fà che ſoccorra
Con queſto ſcettro ancor, chi t'è nimico:
Stima, ch' ogn' hor felicitade aborra
Di conſervar ciò, che fortuna dona
Ch' oprerai ſi, ch' l' mal non ti precorra.
Al mio lungo ſermon, priego perdona,
Che per grande afflition quì luſingando
Tirato m' have, e ſua fama, ch' hor ſuona.
Tua ſon, mà l' honeſtà mia conſervando,
Come di vero Cavaliere, e Duca
Dèl Popol tuo, il qual ti raccomando:
Si che tua fama doppo te riluca
Con tenace memoria, e non ſi ſnervi
Fin che l'alto Motor luce quì luca:
Il qual io priego il tuo Valor conſervi.

IV.

FRanciſcus Bonbeccarius ex illa gente, à qua (ut ajunt) quarterium Bonbeccariorum etiamnum appellatur in Vicinia S. Agathæ noſtræ Urbis, Vir apprimè doctus, ab Epiſtolis Ugolini de Cavalcabobus Cremonæ Domini reliquit poſt ſe
Libros, in quibus ſcripſerat acta Ugolini,
Quos teſtatus eſt vidiſſe Turreſinus eruditiſs. à me crebrò citatus in Hiſtoriola de Familia Fraganiſca.

V.

ALphonſus Specianus literarum, quas vocant amæniores, ad Patriæ ſuæ decus Inſignis Gymnaſiarcha, nec non Muſarum oblectamentis addictus, heroico carmine ſcripſit Opuſculum

Italia afflicta ob mortem Joannis Galeatii Primi Ducis Mediolani

Elegias

Epiſtolas, & alia, ut refert *Breſſianus*.

Hoc nomen Alphonſi in familia Speciana fuit ſingulare; legitur enim ex Elogiis hujus familiæ à *Hieronymo Parolo* contextis

Te non Octavi, te non Alphonſe ſilebo
Ob claras animi dotes mirandus uterque.

Ibi etiam laudatur Proſper, qui literis, & pietate floruit. In Eccleſia SS. Nazarii, & Celſi habuit tumulum cum Epitaphio.

Alphonſus Specianus Sfortiæ F. de morte cogitans ſibi vivens, ac ejus Poſteris hoc domicilium præparavit Ann. MCCCCIX. *obiit etiam die* XIX. *Menſis Octobris ann.* MCCCCXXV.

VI.

NIcolaus Tintus Ord. Prædicatorum moribus intaminatis, ac egregia doctrina Vir, ſub Innocentio VII. Iſclæ in ſinu Puteolano, non procul à Neapoli, Epiſcopus electus fuit.

Vinc. Maria Fontana in Theatro Dominicano pag. mihi 207. Nicolaum recenſet tempore Martini V. 1418. ac de eo ſcribit: *volunt Cremonenſem monumenta illius Conventus*, ſicuti & *Breſcian. in Roſ. & Violis*: Beneventanum verò *Ughellus Tom. 6. Italiæ Sacr.*

Plodius in Vit. Vir. Illuſtr. Ord. S. Dominici ſuppreſſo Patriæ nomine Nicolaum recenſet & ipſe; præſumptio pro Patria noſtra ex hoc viget, quum ibi à quingentis annis floruerit, & floreat, ut vidimus, Familia Nobilium de Tintis.

Idem *Breſſianus* refert loco cit. antiquum monumentum compertum penès PP. Minores ex Obſervantia S. P. Franciſci, degentes in Cænobio Sanctiſs. Virginis Gratiarum ad quartum lapidem procul ab Urbe Mantua, occaſione enceniorum illius Eccleſiæ præſignis, quod adſcribere placet.

Die XV. *Auguſti* MCCCCVI. *Pontificatus Sanctiſs. Dom. N. Innocentii Papæ VII. Anno Secund. Conſecrata fuit per Rev. P. F. Nicolaum de Tintis Epiſcopum Iſclanum. Præſentibus igitur, & aſſiſtentibus Reverendiſs. Dom. D. Joanne de Mantua, divina miſeratione S. Sedis Apoſtolicæ Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæq; Primate, & D. Antonio de Ubertis Dei gratia Epiſcopo Mantuano.*

Ex quo diluitur error Fontanæ, & Ughelli, qui Nicolaum volunt Epiſcopum electum annò 1418.

Salva-

X.

SAlvator (Cremonenſis à Patria adpellatus) Monachus Caſinenſis philoſophicis ſtudiis eluxit, & ſcripſit *Philoſophica*, & alia quædam *in Ariſtotelem Commentaria*.

Hanc mihi tranſmiſit notitiam Amicus meus ingenioſiſſimus Don Guido Grandus Mon. Camaldulenſis degens in Urbe in ædibus S. Gregorii, ipſi quidem communicatam ab eruditiſs. Viro, & undequaque ſpectatiſſimo Stephano Ekenot, Gallorum Monachorum Romæ Procuratore Generali, qui ipſam extraxit ex M. S. Codice ſuæ Bibliothecæ, in quo reperitur catalogus Scriptorum Congreg. Caſinenſis &c.

XI.

LUdovicus Zermignaſius Noſtrorum Poetarum, antiquorumque judicio optimus

Reliquit ex ſuis operibus carmine conſcriptis hos libros,

Phaetontis Lapſus

Cleopatræ Ægyptiæ Reginæ Vita

Amores Dianæ, ac Endymionis

Breſſianus in V. R. & Ludovicus Zermignaſius junior in ſuis Carmin. Italicis Bononiæ excuſis anno 1683. Gentilis ſui virtutes honorificè recolit.

XII.

OMnibonus Scola homo ingenio, & probitate præſtans plures ſcripſit

latinas Epiſtolas,

quæ in M. S. inſignis Ambroſianæ Bibliothecæ lit. C. nu. 141. habentur. In eodem pariter continentur Epiſtolæ variæ Ludovici Cattanei J. C. Veronenſis iiſdem fermè temporibus conſcriptæ in noſtra Civitate Cremonæ.

XII.

BArtholomæus Capra Franciſci Nob. Mediolanenſis F. ab Innocentio VII. Cremonenſibus in Antiſtitem datus, anno MCCCCV. Kal. Auguſti, quia noſtram per ſeptennium laudabiliter rexit Eccleſiam, à noſtris Scriptoribus non eſt excludendus. Ille Præpoſitura S. Juliani Mediolanenſis Diœceſis aliquandò functus, quum Romam conceſſiſſet ab Innocentio prædicto inter Apoſtolicos, ut vocant, Secretarios, ſingularis eruditionis ergo, admiſſus ſcripſit

Epiſtolas complures

Mox pro meritis ad Epiſcopatum Civitatis noſtræ promotus, ſedit uſque ad annum 1412. Ab Invidis tamen delatus ad Johannem XXIII. tanquam ſtudioſus Gregorii XII. moleſtiſſimi in Romano Pontificatu Æmuli dignitate exutus eſt; ſed calumnia majus ei

com-

compoſuit Sacerdotium; Siquidem ejus integritate perſpecta, Johannes ipſe Mediolanenſem Archiepiſcopatum, pro Cremonenſibus infulis ablatis eundem inſtituit. Quod contigit anno 1414. idibus Februarii, ut notat *Ugbellus ſuo loco Tom.4. Ital. Sacræ*. Fallitur ideò *Paulus Morigia*, qui anno 1411. inauguratum Pontificem Mediolanenſem Bartholomæum ſcribit *lib.2. Nobilit. Mediol. cap.* 4. Sed neque hìc fortuna ſua uti potuit (licèt aliter teſtetur Morigia) Johannis enim Vicecomitis vi prohibitus eſt Mediol. Eccleſiæ poſſeſſionem inire. Quocirca re ad Concilium Conſtantienſe delata, in quo magnam Capræ auctoritatem admirabilis doctrina peperit poſt Martini V. electionem, in favorem Bartholomæus confirmatur. At viribus prævalente Vicecomite, qui victor venerat, indignè pulſus Romam confugit, ubi exul egiſſe fertur, donec, & uſque ad Franciſci Sfortiæ tempora, quibus tandem Sedi ſuæ reſtitutus, eam proſperè tenuit ad ann. uſque 1435. quo devixit, non prætereundum, ejus mentionem fieri à *Leonardo Aretino lib.V. epiſt.* 4. ubi de præcedentia Secretariorum Pontificiorum reſpectu Advocatorum diſſerit, proq; ſua ſententia, ubi etiam Bartholomæi hujus Cremonenſis Ep. (ut ille ſcribit) exemplum adducit.

De eodem *Juſtinianus in hiſt. Januæ lib.* 5. *&* *Folietta lib.* 10.

In ejus itinerario, quod carminibus perfecit *Bartholomæus Baiguerra Brixienſis* ann. circiter 1430. cujus exemplar M.S. proſtat in Bibliotheca Ambroſiana (ut laudatus indicat Muratorius nobis erudita neceſſitudine addictus) habentur inter alia hæc carmina cum gloſſa marginali inferiùs exprimenda

Jam Patrem [1] *huic noſtræ vicina Cremona parenti* [2]

Caprigerum Zannina [3] *tulit, Pater inclytus olim*

Præfuit ille ſuæ Præſul digniſſimus Urbi [4]

At nunc Metropoli [5] *Ligurum dominarier eſt fas &c.*

1. Scilicet D. Bart. de la Capra. 2. Brixiæ. 3. à Zannino Idolo Cremonenſium. 4. Cremonæ. 5. Mediolano.

& alibi

Tunc à ſecretis lepido paſtorius alte

Incæpit ſermone loqui &c. in margine adeſt ſcilicet D. Barth. de la Capra Cremonenſem Secretarium D. PP. Innocentii. In additione nu. 5. facta per Gloſſatorem videtur magnus lapſus, cum Metropolis Ligurum ſit Janua, non autem Mediolanum, quinimmò illa in Urbe Bartholomæus pro Philippo Maria Med. Duce præfuit Gubernator anno 1428.

De Zannino vide ad ann. 1428. ubi dè Nicolao Ciria.

Con-

XII.

COnſtantius Fondulus ex Agnatis Cabrini Cremonæ Domini, anteà Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, tranſlato Bartholomæo de Capris Mediol. ab Epiſcopatu Cremonæ ad Archiepiſcopatum ejus Patriæ, fuit ipſe Inſulæ Cremonenſi à Joanne XXII. dicto XXIII. ne dum Cabrini precibus, quàm propriis meritis ſubſtitutus. Sedente hoc Præſule ann. 1414. idem Max. Pont. die 13. Januarii (ſeù die ultima, ut refert Cavitellus) tribus, & decem S. R. E. Card. aſſociatus, per Portam Padi noſtram Urbem ingreditur (quum per alteram S. Lucæ Sigiſmundus Imperator Auguſtus pleriſque Principibus, & Proceribus tùm Germaniæ, tùm Italiæ ſtipatus eodem tempore intraret) ab iiſdem Conſtantio, & Cabrino ſummis cum honoribus, plauſibus, & obſequiis ambo recepti. Hìc ſua comitia habuerunt, quibus interfuit Cabrinus; Mantuam exindè progreſſi de cogendo Conſtantienſi Concilio egerunt. Annos decem integerrimi Paſtoris exemplar Eccleſiam adminiſtravit, verùm plurimis exagitatus moleſtiis à Philippo Vicecomite Duce Mediolani (qui vel ipſum Cabrinum Cremonæ dominio anno 1420. vi ſpoliavit) ab Epiſcopatu ſpontè, ut quietè extremis ſuæ vitæ diebus degeret, ſe abdicavit anno 1422. A Martino V. poſtmodum Venturinus de Marnis Bergomenſis in Epiſcopum ſubſtituitur.

Cavitellus, Rubeus, Campus, & Breſſianus in Roſ. & Viol. & alii plures

Ante aram Divi Rocchi in Majori Eccleſia hæc leguntur.

D. O. M.
Sepulchrum Nobilium de Fundulo
Ex
Georgio Conſtantii Epiſcopi Cremonæ Fratre
In obitu
Funduli J. C. Meritiſſimi
Per
Franciſcum Fundanium Fratrem,
ac
Joannem Baptiſtam Filium mæſtiſſimos
Inſtauratum
Hoc anno MDCLXXIX.

XIII.

JOannes Baliſtarius, ſeù meliùs Baleſtrerius, florentiſſimus Rhetor Græca, & Hebraica lingua expertiſſimus, in Patria primùm, deindè Peruſii humaniores literas publicè legit, cujus Alumnus fuit, ut ipſemet gloriatur, Blondus Flavius Forolivienſis, ubi adnotat Viros literis

literis Cremonæ Illuſtriores, ſcribendo: *Nuper habuit Joannem Baliſtarium Præceptorem meum Grammaticæ, Rhetoricæ, & Poeſeos, quibus adoleſcens ab eo imbutus fui peritiſſimè*, Scripſit.

De Arte Rhetorica

Orationes diverſas

Opera multa è Græco, & Hebraico traducta, quæ antiquitas abolevit.

De rebus Hiſtoricis Patriæ, quas allegat *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ, & Johannes Jacobus Turreſinus, ubi de Cathedralis Eccleſiæ ſtructura.*

Ejuſdem eſt mentio *apud Vidam in Orat. Act.* 2. *Baronium de Urbis Cremonæ laudibus. Leand. Albertum in deſcriptione Italiæ, Cavitellum in Annal.*, ſed errat ſcribendo Baliſtarium vixiſſe anno 1487. nam *Julius Tarteſius de Nobilit. pag.* 83. ſecùs affirmat hiſce verbis, quibus magis adhæreo: *Tempore conditi privilegii* Studii Publici à Sigiſmundo Imper. 1413. (*quo tempore publicè legebat Joannes Baliſtarius in Chronicis deſcriptus inter eos Viros Egregios, qui Cremonam Illuſtrem reddunt ex Nob. familia natus) ſemper hanc profeſſionem Nobiles Sanguine exercuerunt, nam anno* 1422. *conductus fuit è Venetiarum Civitate Jacobus Hallierius civis originarius Cremonenſis ad Grammaticam, & Rhetoricam edocendam.*

Bernardus Saccus in libro de Italiæ rerum varietate, & elegantia in fine lib. 2. memorat Baliſtarium, ſed (ut ſolet Cremonenſes achreſto, & incompto calamo abjurgare nullo habito reſpectu Blondo Flavio clariſſimo, ut dixi, Hiſtoriarum Scriptori, & Baliſtarii diſcipulo) ibi cum ei non faveat, eundem audet appellare ineptum, ſui ipſius, ejuſdemque Blondi ſuo in libro ſæpius approbati, oblitus.

In Indice libr. Prohibitorum in litera I. adnotatur Joannes Baliſtarius 1. claſſ. quod infert ejus opera eſſe de vetitis primæ claſſis, at ea non recenſentur.

Fuerunt etiam alii duo Joannes Baliſtarii, unus ſcilicet natione Gallus Ord S. Dominici per relata à *Joanne Michaeli Plodio in Vitis Vir. Illuſtr. in Appendice*, & alter Carmelita Vir literatiſſimus, *ut in App. Sacro Poſſevini, & Chronicis Carmeli.*

In Reg. Archivii Civit. ſignat. A. ann. 1419. & 20. fol. 10. cum adinvenerim de Baleſtrerio honorificam hanc mentionem, eam non negligendam cognovi.

Dux Mediolani &c.

Veſtrum Sapientum requiſitionibus annuentes contentamur, & placet nobis, quod juxta proviſionem, & deliberationem per vos captam magiſtrum Johannem de Baleſtreriis pro Magiſtro Grammaticæ cum ſalario menſuali librarum decem juxta ſolitum, & Magiſtrum Thomaſium de Parratis artium, & Medicinæ Doctorem pro exercitio ſuo medendi cum ſalario florenorum decem in menſe, pro ut ſcribitis, refirmare illic, & retinere poſſitis,

ſitis, eiſq; tàm pro præterito, quàm in futurum de ejuſmodi eorum ſalariis ſatisfieri faciatis ex denariis extraordinariis illius noſtræ Communitatis, quemadmodum faciunt literæ veſtræ mentionem.

Dat. Mediol. 14. Maji 1420. ſubſcript. Johannes.

A tergo Nob. & Sap. ac Prud. Viris Poteſtati, & Referend. ac Sapientibus noſtræ Civitatis Cremonæ.

XIII.

CAbrinus Fondulus Comes Soncini, Marchio Caſtrileonis, ac Cremonæ, Sacr. Rom. Imperii Vicarius (dempta genii ferocitate) maximi conſilii Vir, Mantua profectos, & graviſſima negotia cum ipſo collaturos, Joannem XXII. dictum XXIII. & Sigiſmundum Rom. Imperatorem Cremonæ excepit. Hunc liceat in cætu literatorum apponere, cum ipſe in Patria Generalis Studii inſtaurationem obtinuerit à memorato Sigiſmundo Imper. ut ex ejus diplomate diei 8. Maji anni 1413. ex Utinenſi Urbe expedito in Archivio ſervato, quod relatum ex Archetypo legitur ab Antonio *Campo in ſua Hiſt. lib.* 3. anno anteſcripto, hìc in gratiam Eruditorum non noceat repetere.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. ſanè pro parte Mag. Cabrini de Fondulis Marchionis Caſtrilionis, & Comitis Soncini, Noſtri, & Imperii Sacri Cremonæ Vicarii, ac Nobilium, & honoratiſſimorū Civium Civitatis Cremonæ noſtrorum, & Imperii Sacri fidelium dilectorum oblata noſtræ Majeſtati ſupplex petitio continebat, quatenus in eadem Civitate Cremonen. adinſtar aliarum Urbium de inſtaurando generale Studium in facultatibus quibuſqq; gratiam, & Privilegium de benignitate Romana Regia concedere dignaremur. Nos attendentes multiplicia dicti Cabrini fidelitatum, & obſequiorum genera, nec non præclara dictorum Civium, ac prædeceſſorum ſuorum præeminentum devotionem, refulgentemque conſtantiæ virtutem, quibus ipſi præ cæteris Italiæ Nationibus Divos Romanorum Imperatores, & Reges noſtros prædeceſſores à longis retroactis temporibus exquiſitæ diligentiæ ſtudio honorarunt. Noſque, & Imperium honorant, ac in futurum honorare ſatagent, poterunt, & debebunt; Animo deliberato, & non per errorem, aut improvidè, ſed ſano Principum Eccleſiaſticorum, & Sæcularium Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, aliorumq; noſtrorum, & Imperii Sacri fidelium dilectorum accedente Conſilio, Auctoritate Romana Regia, ac de certa noſtra ſcientia ipſi Civitati Cremon. Civibus, hominibus, & populo ibidem, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus infraſcriptam gratiam duximus faciendam, ut in eadem Civitate Cremonen. ſtudium generale Sacræ Theologiæ, utriuſque Juris videlicet, tàm Canonici, quàm Civilis, nec non Medicinæ, Philoſophiæ naturalis, & moralis, ac artium liberalium erigatur, & ex nunc in antea perpetuis temporibus obſervetur,

tur; Quod quidem Studium, ejuſque Præſidentes, nec non Rectores, Doctores, Baccalauros, Officiales, atque Miniſtros, famulos, & familias eorum, ac cujuslibet illorum, quocunque nomine cenſeantur, qui fuerint per tempora cujuſcunque dignitatis, Status, Ordinis, ſeù conditionis, prædicti eorum omnes extiterint, atque ſinguli, omni eo Privilegio, libertate, Immunitate, Indulto, & gratia, quibus Pariſienſe, Bononienſe, Aurelianen., ac Montis Peſulan. Studia generalia gaudere noſcuntur, & potiuntur hujus noſtræ Conceſſionis gratia perfrui ſemper volumus potiri, & gaudere, ac ſi Privilegia, libertas, immunitas, & Indultum, ac gratia hujuſmodi, præſentibus de verbo ad verbum eſſent inſerta; Decernentes, & hac noſtra conceſſione Romana Regia perpetuis valitura temporibus, ex certa ſcientia, ac Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine ſancientes, ut prædicta Civitas Cremonæ præſenti noſtra Romana Regia conceſſione fulcita, & protecta, generalis ſtudii gratioſo præmio, & ſingulari bravio gaudeat, & utatur: Poſſitque Epiſcopus Cremonæ, qui nunc eſt, aut qui pro tempore erit, per ſe, vel ejus Vicarium, aut ejuſdem Ep. locum Tenentem, vel Eccleſia Cremonæ vacante, aut Paſtore carente, Vicarius, ſeù Officialis Capituli Eccleſiæ Cremonen. cum conſilio, & conſenſu Doctorum, & Magiſtrorum ſtudii memorati, ſervatis modo, forma, & ordinatione, qui in talibus, & in prædictis generalibus Studiis, & aliis conſueverunt laudabiliter obſervari, illos, quos ad hoc idoneos, & dignos invenerint, legendi licentiam indulgere, & ſtudioſo, ſeù digno præmiſſo examine licentiare, & ad Doctoratus, ſeù Magiſtratus apicem provehere, & promovere, honorem Cathedræ, & Doctoratus, ſeù Magiſtratus, ac aliorum graduum inſignia ritè conferre, & de iis ſolemniter inveſtire. Cæterùm ut Scholares, & Studentes, ac eorum quilibet ſtudii prædicti tantò uberiùs valeant litterarum Studiis inſudare, quantò à moleſtiarum, & turbationum impetu, ac incurſionibus uberiùs liberati ampliori fuerint libertate de Romana Regia benignitate fulciti. De innata itaque nobis Clementia Rectores, Doctores, Scholares, ſeù Studentes univerſitatis ejuſdem Studii, Univerſos quoque, & ſingulos eorum, & cujuslibet ipſorum familiares, famulos, & Miniſtros, nec non Scholas, & eorum habitacula, ſivè Hoſpitia in examen noſtrum, ac Sacr. Rom. Imp. protectionem, tutelam, ac defenſionem ſuſcepimus, & ſuſcipimus per præſentes. Inſuper ex certa noſtra ſcientia decernentes, volumus quòd omnes, & ſinguli Doctores, ac ſcholares cujuſcunque Scientiæ, ac facultatis, ac Bidelli dicti Studii Cremonæ, ſeù ad dictum Studium Cremonen. accedentes cauſa ibidem legendi, aut ſtudendi, poſſint, & valeant cum eorum familia equis, & armis, Arneſiis, libris, rebus, & bonis, ac mercimoniis ſibi neceſſariis quibuſcunque liberè, tutè, ſecurè, & impunè accedere ad dictum Studium, & tranſire, morari, & indè redire per quæcunque loca, & in quibuſcunque locis abſque ſumptione, & ſolutione Telonei, Datii, Tributi, Pedagii, Gabellæ, Coſtumæ, & alterius cujuſcunque oneris, ſeù impoſitionis genere inde factæ, ſeu fiendæ, poſſintq; entrahere libros cujuſqq; facultatis, & res alias à quibuſqq; Civitatibus, locis,

& di-

& diſtrictibus, ubi fuerint Studia generalia, vel etiam ubi non fuerint. Non obſtantibus aliquibus Privilegiis, ſtatutis, ſeù ordinationibus, Capitulis, ſeù conſuetudinibus, franchiſiis, & libertatibus, ac repreſaliis, ſeu impignorationibus, & contracambiis quibuſvis, cujuſqq; Provinciæ, Patriæ, Civitatis, atque loci quaqq; auctoritate etiam Imperiali vallatis, aut aliter emanatis, ac roboratis, etiam ſi de his eſſet fienda in hujuſmodi Indulto mentio ſpecialis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtram gratiæ conceſſionis, & indulti paginam infringere, aut eis auſu temerario contraire; Si quis autem contrarium attentare præſumpſerit, bannum Imperiale, & pœnam centum Marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, ſe noverit incurſurum &c.

Ejuſdem Imperatoris ad Cabrinum extat Epiſtola, quæ legitur in Cod. M. S. Ambroſianæ Bibliothecæ lit. C. data die 22. Julii anno Imperii III. hoc tit. Ad Mag. Gabrinum de Fondulis Comitem Soncini, Marchionem Caſtrileonis Cremonæ Vicarium.

In libro Statutorum Cremonæ pro Univerſitate Scholarium regenda, leguntur nonnullæ Rubricæ nempè à 439. ad 450.

Anno etiam Mundi 3930. juxtà Chronologiam Sigonii, Cremonæ meliora Inſubriæ Gymnaſia florebant, ibi Virgilius bonas literas, morumque puritatem addidicit. Ità *Servius in Vita Virgilii, & Agnellus Epiſc. Caſal. in Annal. Mantuæ lib.* 2. *cap.* 1.

Aderat Cremonæ pariter Gymnaſium publicum extrà Portam Puliſellam anno 1218. ut Cavitell. in Annal. ad annum prædictum

Anno 1420. Cabrinus capite obtruncatur Mediolani, Philippo Vicecomite tyrannicè mandante, nam proditoriè ab Oldrato Lampugnano eum captum eſſe juſſit in loco Annici agri Cremonenſis. Non bene monitis Taciti cap. 2. in Vita Agricolæ Cabrinus ſtuduerat. Ita tamen Princeps ſe gerat, ne quod rariſſimum eſt, aut facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amorem diminuat.

De eodem Cabrino loquuntur Authores innumeri.

XIII.

THomas Aribertus, Thomaſinus de illius ævi more appellatus Rhetoricis, Poeticis, ac Philoſophicis ſtudiis illuſtris, maximam ſuo nomini famam adornavit. Edidit

Odas ad normam Pindari Græcanicæ Poeſis Principis
Epigrammata
Epiſtolas
De Hominis generoſitate
De Vera Amicitia.

In Templo Divi Lucæ de eo patet hæc inſcriptio.

Thomaſino clara ex Aribertorum Familia Rhetori, ac Philoſopho eximio, cujus doctrina cuncta Auſoniæ Gymnaſia illuſtrantur, locus hic datus eſt Anno Domini Mccccxx.

In adnotationibus peculiaribus de Familia Ariberta typis vulgatis legitur:

Thomaſinus humanioribus literis præclarus ſepultus eſt in Eccleſia S. Lucæ, vivebat anno 1413.

XIV.

BArtholomæus Sorexina inter eos Jurisperitos de Collegio refertur, qui in Gymnaſii publici erectione primò leges docuerunt, ejus ſunt Opera.

De Teſtamentis lib. 4.

De Sequeſtrationibus lib. 2.

Ex Syllabis J. C. de Colleg. *Turreſinus in Hiſt. allegata* inter Conſiliarios Ugolini Cavalcabovii eum reponit.

XV.

RAphael Marinus ex Can. Reg. Lateran. degens in Ædibus Divæ Agathæ, moribus, & ſingulari virtute in Philoſophicis, Theologicis, & Canonicis clariſſimus. Edidiſſe creditur

De Poteſtate Rom. Pontific. lib. 2.

De Veneratione habenda Sacerdotibus lib. 2.

De Natura Angelica

De Philoſophia Morali

Breſſian. in V. Rav.

XVI.

BArtholomæus de Ravicengo ex Min. Convent. S. P. Franciſci S. T. M. poſt permultos ejus Ordinis gradus obitos, à Joanne XXII. dicto XXIII. Sum. Pont. Epiſcopus Caſtoriæ Urbis Macedoniæ electus, ad Concilium Conſtantiæ ex ſupremis Theologis mittitur.

In Templo Divi P. Franciſci Cremonæ propè Januam lateralem, quà itur ad Ædes S. Antonii Abbatis, in lapide etiam num hæc leguntur.

Mccccxxiii. die penultimo Decembris Hoc opus fecit fieri Rev. P. D. Fr. Bartholomæus de Ravicengo de Cremona Ord. Minorum, Epiſcopus Caſtoriæ.

De eodem *Toſignan. in hiſt. lib.* 11. *& Cavitellus ſub annis* 1430. quibus fatis ceſſit

XVII.

VAndinus Schitius, cujus doctrinarum memoriam exhibet id Epitaphium in Cathedrali Eccleſia proſtans à Buſchetto exſcriptum.

Van-

Vandinus Schitius literis Græcis, & Latinis peritiſſimus, Secretarius Reipublicæ Raguſiæ per multos annos fideliſſimè inſerviit cum omni ejus laude, & honore. Hìc tandem quieſcit, obiit XV. *Kal. Januarii*, MCCCCXVII.

XVII.

ASCanius Bonhomius omni genere laudis cumulandus in Medicis, & Philoſophicis artibus, quibus polluit, digeſſit

De Venenorum remediis

De Febribus Malignis Tractatus

Breſſianus de eodem in Coll. Phyſic. Cremonæ M. S.

XVIII.

ANdreas Ariſius Antonii F. Ducalis Conſiliarius Philippi Mariæ de Vicecomitibus Mediolani Ducis, ſingularis comitatis, ac morum, & doctrinæ elegantia clariſſimus, ac in tollerandis podagræ doloribus patientiſſimus. Ejuſdem virtutum ſpecimen exhibet Ubertus Decembrius Novarienſis in ſuo dialogo Philoſophiæ moralis, in quo quidem meum Ariſium introducit inter principes interlocutores. Dialogus recenſitus ſervatur M.S. in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani, ut innuit mihi plerumque, ac perſæpe laudatus Laz. Auguſtinus Cotta, qui eundem Andream laudibus effert, & ipſe ubi agens de Muſæo Novarienſi Decembrium memorat. Sed audiamus quid de Ariſio fatur Decembrius in primordio *lib.* I. *Moral. Philoſ. Habes Ariſi Senecam tuum ſemper in manibus, epiſtolas potiſſimè &c. Habes præterea Ciceronem &c. Habes Hiſtoriographos jamdiù familiares. Quinimmò ad Mathematicas tuum etiam penetravit ingenium, Aſtronomiam potiſſimè dilexiſti: Quid loquar in Phyſicis? nonne omnem Medicinæ artem ſolerti ſtudio quæſiviſti. Longum foret exſequi ſingula, ſed hæc pauca collegi, ut mihi conſtat, et cæteris tu nullo tempore ſolitarium permanere tanta virorum illuſtrium caterva ſtipatum aſſiduè.*

Bernardinus Corius in Hiſt. Mediol. ad ann. 1389. hunc vocat Andreolum, quum ille à Johanne Galeatio Vicecomite ad Turronum Ducem Galliarum Regis filium, in nuptiis Valentinæ ablegatus fuit; præcitato enim dialogo part. I. hæc interloquitur Ariſius. Aliquid hoc loco dicere compellor de moribus Gallicanis, de quibus hic Lazarinus, qui ibidem pluſculo tempore mecum fuit, eſt informatus. Lazarinus iſte erat è Familia Reſta Nob. Mediolan.

Recenſetur & ejus nomen à *Benvenuto Sangiorgio in Chron. Montisferrati pag.* 263.

Anno 1420. emicuit Prætor Cremonæ Saxus de Ariſiis, perperam à Cavitello in Annal. appellatus Sampſon, de quo erit ſermo in Opere meo de Prætoribus Cremonæ, & anno circitèr 1450. florebat

rebat Savinus Ariſius Amicus Petri Candidi Decembrii Uberti F. ut in ſuo Dialogo de Vitæ ignorantia inter M.S. ejuſdem Bibliothecæ lit. X.

XVIII.

COmandinus de Raymundis ingenio acerrimo in conſcribendis Hiſtoriis; elucubraſſe dicitur

Revolutiones Patriæ inter Cavalcaboves, & Cabrinum Fondulum De Scriptoribus Cremonenſibus collegiſſe multa teſtatur *Joſeph Breſſianus in ſuo opere conſcripto, Virt. Rav.*

In Ædibus Divæ Monicæ Cremonæ hæc inſcriptio legebatur, ut ex notis Fælicis Buſchetti.

Hujus opus Templi perfectum ex ære reliquit Andreas olim quond. Comandini de Raymundis Patrit. Cremon. ibi figuris novis exornavere Johannes, & fratres, quos tulit una Domus Anno Dom. MCCCCLXXVI.

Fuiſſe alterum antiquiorem ex hac Familia Comandinum, dilucet ex Inſcriptione ſepulchrali ſequenti in iiſdem Collectaneis Buſchetti ad D. Sylveſtri.

Eliſæum Raymundum Comandini F. qui poſt centum decem, et ſeptem annos in hoc mundo vixiſſet, tandem mors rapuit die XII. *Menſ. Febr. ann.* MCCCLXIII.

XIX.

SIgiſmundus Ponzonus Cæſarei, & Pontificii Juris Doctor, ſedente Gregorio XII. Romam ſe contulit, à quo Majoris Præſidentiæ Abbreviator connumeratus fuit. A Johanne verò XXIII. Prothonotarii è numero participantium titulo condecoratus; Item à Martino V. Cubicularis domeſtici munere inſignitus, quæ quidem munia ſumma cum dexteritate, ac omnium laude exercuit.

Hæc habet mei amantiſſimus, eruditionis reconditæ ditiſſimus, noſtrique ſæculi gloria, & Aulæ Romanæ ornamentum, Johannes Ciampinus in recentiſſimo ſuo Tractatu, quem inſcribit de Abbreviatoribus à Parco majori, quæ idem doctiſſimus Author ſe extraxiſſe affirmat à noſtro Breſſiano in Roſ. & Viol., cum ex regeſto Martini V. de Abbreviatoribus, ab eodem ſæpe allegato compertum habuerit quendam Ponthonum, quem ex nominis affinitate illum eſſe putat à Breſſiano memoratum.

XIX.

ANdreaſius Cavalcabovius Giberti Filius, & Jacobi Cremonæ Domini Nepos, Vitellianæ Marchio, & J.C. æquè doctrina, ac nobilitate memorandus, quum prudentia non minùs, quàm eloquentia præſtaret, Orator Patriæ electus eſt ad Johannem Ga-

leatium

leatium Vicecomitem Mediolani Ducem, quo in munere adeò ſibi conciliavit Principis benevolentiam, ut ab eodem Conſiliarius ditionis, & Senator renunciatus fuerit, nec non Syndicus ad Senenſes miſſus, à quibus fidelitatis juramentum accepit, immò & ipſos in fœdus traxit, ſubceſſivas interim horas injugi ſcriptione impendens, varia lucubravit

De Compromiſſo lib. 4.
De Fideicommiſſo lib. 4.
De Romanorum Magiſtratu
Compendium rerum à Jo: Galeatio Vicecomite Mediol. Duce geſtarum.

Ereptus è Vivis fertur in Oppido Macaſturnæ à Cabrino Fondulo ad Patriæ Tyrannidem prorsùs inhiante unà cum Carolo Cavalcabovio Cremonæ Domino, aliiſque gentilibus in convivio immaniſſimè trucidatus die 26. Julii 1406. ut ad eum annum prodidit *Cavitellus in Annalibus*; Verùm *Joſeph Breſſianus in Coll. J. C.* aliter obiiſſe probavit ex adducta ſepulchrali inſcriptione in Ædibus Divi Hilarii.

D. O. M.

Andreaſio Cavalcabovio Vitellianæ Marchioni J. C. præſtantiſſimo Ducis Mediolani Jo: Galeatii Vicecomitis Conſiliario, & Senat. in rebus publicis adminiſtrandis, & regendis Populis graviſſimo, prudentia, conſilio, eloquentia præſtantiſſimo, cujus oſſa in hoc Tumulo quieſcunt, obiit anno MCCCCXIX. V. *Kal. Decembr. ætatis ſuæ ann.* LXIII.

Inter Florentiæ Prætores reponitur à *Scipione de Ammiratis in Hiſt. Florent. anno* 1376. *pont.* 1. *Tom.* 2. *pag. mihi* 698. eumque vocat Andreazzum.

Hiſce fermè temporibus Romæ vixit Thomas Cavalcabovius, Eugenio IV. exindè chariſſimus.

Hæc Familia dicitur è Germania oriunda, & Cremonæ fundata ab Arnulpho de Franconia, qui, Regnante Conrado II. Imperat. in haſtiludio quodam Cremonenſi bovi inequitans victor evaſit, & ex re cognomen Cavalcabovis, ac ſtirpis inſignia contraxit.

XIX.

NIcolaus, ſivè Nicolinus de Cremona, cognomine, ut ſuſpicor, de Lazolis Auguſtinianus, qui Sanctitate, & doctrina floruit, & Frater Georgii, de quo erit ſermo S. T. D. & Regens in Conventu Patavino 1421., & 1430. in illo Papienſi, Provincialis Lombardiæ, Vicarius Generalis, Conv. Cremon. Præſes Capituli in Con. S. Marini de Alexandria anno 1434. interfuit Concilio Baſilæenſi, Theologus, & Orator primæ notæ, ut de eodem ſcribit *Elſſius in Encom. Auguſt.* Multa digna compoſuit, & in Logica habuit diſcipulum Baptiſtam Piaſium celeberrimum Phyſ., & Aſtronomum Cremon., de quo ſuo loco habentur inter cætera

Ser-

Sermones Prædicabiles, quos

Antonius Poſſev. App. Sacr. Tom. 2. & 3. teſtatur extare in Bibl. Auguſt. Cremon.

De Herrer. lit. N. de Script.

Jacobus Philippus Bergom. in Suppl., ubi loquitur de Piaſio ſub anno 1483.

Cavitell. in annal. ad annum 1450. aſſerit Nicolaum fuiſſe Epiſcopum, quem ſecutus fuit idem Elſſius, ſed cujus Urbis ignoratur,

Nicolaus Lucarus in oratione funebri habita pro Baptiſta Piaſio eundem memorat, &

P. Aloyſius Torrellus in Sæculo Auguſt. Tom. 6. ad annum 1434. *num.* 9.

XIX.

BArtholomæus Vulpius Soncinas florentiſſimus J. U. D. univerſæ Italiæ conſpicuus, laudatur à Joanne Jacobo Crotto in Oratione habita pro Franciſco Sfondrato. De hoc eodem plura ſcripſit etiam *Stephanus Fliſcus in Oratione, Luctus Soncinenſes*, inſcripta, & præſertim in hoc paragrapho: *Poſtremò Bartholomæum Vulpium amiſit, qui præter leges*, quarum ipſe erat *peritiſſimus interpres, atque Doctor, cum etiam eſſet peritiſſimus omnium aliarum ſcientiarum Doctor, tùm etiam fuit Bononiæ Prætor, Florentiæ Confallonerius, & ejuſdem Civitatis Statutorum Reformator, atque Urbis Romæ Senator, & Aulæ Mediolani Ducis præcipuus Conſultor; tùm poſtremò fuit Studii Papienſis univerſalis Gubernator; quo in Studio cum ipſe Bartholomæus, divinitùs leges interpretans, multos peritiſſimos J. C. effeciſſet, atque multos libros acutiſſimos legum* interpretes immortali poſteritati erudiendæ *conſervandos ingenio ſuo confeciſſet, ibidem mortem cum vita commutavit.*

De eodem *Hieronymus Baris* in Hiſt. M. S. Soncini, cujus exemplar eſt penès doctiſſimum Amicum meum Joannem Antonium Cattaneum Soncin. Mediolani in utroq; Jure diſertiſſimum Advocatum, qui narrat Vulpium unà cum Joanne XXII. dicto XXIII. Conſtantiæ Synodo interfuiſſe, Romamq; reverſum Pop. Rom. Senatorem delectum fuiſſe, attamen ut vera eruerem circà hanc Senatoriam dignitatem, conſului eruditiſſimum Virum virtute, ac longæva ætate Venerabilem D. Meum Carolum Cartarium, qui Syllabum de Rom. Senatoribus noviter compoſuit, de hoc Vulpio nullam in eo habet mentionem.

Plura ingenii acumine ſcripſit in Jure, & præcipuè in *Conſiliis Calcanei* unum legitur noſtri Authoris ad *numer.* 53. *allegatum à Cravetta in conſ.* 146. *ſub num.* 2. & *de antiquit. temporum* 4. *nu.* 19.

Noſtrum Soncinatem Cremæ quandoque domicilium habuiſſe, & de Vulpianis vocatum, conſtat ex tabulis anni 1443. relatis ab *Alemanio Fino in Serian.* 8. *pag. mihi* 59 ubi hæc verba *præſentibus D. Jacobo de Fondulis, & D. Bartholomæo Vulpiano utriuſque Juris Doctoribus de Terra Soncini habitantibus Cremæ.*

Anto-

XX.

ANtonius Schinchinellus in Medicinæ ſtudiis egregius, inſignes ejus ingenii labores edidiſſe aſſeritur,

De Practica Medicinali

De Ratione componendi medicamenta

Apologiam in nonnulla Galeni opera.

Ejus obitus dies habetur in ſequenti inſcriptione ad Divi Auguſtini Cremonæ olim appoſita, ut refert Breſſianus.

Antonius Schinchinellus Nob. Fam. natus Phyſicus Egr. Civis noſter dilectiſſimus, & Vir prudens Amantiſſimus, hic poſitus eſt anno Domini MCCCCXXXVIII. *obiit die* VIII. *Menſis Novembr. Vale.*

Ejuſdem meminit Stephanus Fliſcus de Laud. Soncini.

Alterum Joannem Schinchinellum clariſſimum elapſi ſæculi Medicum celebrat Joannes Thomas Muſconius in Epitaphiis lib. 1.

XX.

JO: Franciſcus de Sertirana Legum Doctor, receptus in Coll. Juriſconſultorum Patriæ hoc anno die decima quarta Aprilis, ut ex *Syllabo M. S.* quod eſt apud me haud indubitatæ fidei. Vir poeticis artibus, atque omni doctrina præditus Friderici I. Urbinatis Ducis à Conſiliis. Scripſit carmine heroico

De Friderico II. Imperatore Poema, *ac aliud*

In Philippi Mariæ Vicecomitis Mediolani Ducis laudes, cujus Principis gratia Johannes Franciſcus Civis Cremonenſis effectus fuit, ut loquitur ſequens diploma exſcriptum è regeſtis Archivii Cremon. ſign. A. 1419. & 20. fol. 11.

Philippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes. Conſiderantes ſinceræ dilectionis affectu, & fidei puritate, quos ſemper ad nos, & ſtatum noſtrum habere multimodis demonſtravit affectibus Egregius, & Sapiens Legum Doctor Joannes Franciſcus de Sertirana, Nobileſque Viri Fratres ſui dilecti noſtri, & ipſos habere impoſterùm continuè ſperamus, firmitèr & tenemus. Movemur ipſos merito noſtris favoribus proſequi gratioſis eatenùs in compenſatione benemeritorum ſuorum volentes ſecum noſtram benignam gratiam diſpenſare, tenore præſentium ex certa ſcientia, & omni modo, via, jure, forma, & cauſa, quibus meliùs poſſemus etiam de noſtræ plenitudine poteſtatis ipſos D. Joannem Franciſcum, & Fratres, ac eorum Filios, & Deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes Cives, ac de Juriſdictione Civitatis noſtræ Cremonæ facimus, & creamus: ita ut talitèr quòd ipſi D Joannes Franciſcus, & Fratres, ipſorumq; filii, & deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes ab hodierna die in anteà contrahere, diſtrahere, acquirere, emere, vendere, & alienare, cæteraq; facere agere, & exercere poſſint tàm in juditio, quàm extra, ſicut &

quemadmodum alii Cives, Incolæ, & Originarii dictæ noſtræ Civitatis Cremonæ, & qui ibidem factiones, & onera ſubſtinere poſſunt, & poſſe noſcuntur, ac ſi ipſi Originarii, & de antiqua Proſapia dictæ noſtræ Civitatis extarent. Decernentes etiam ipſos, & eorum quemlibet fungi poſſe in ipſa noſtra Civitate, ejuſque diſtrictu, & ubique terrarum illis omnibus juribus, honoribus, privilegiis, pactis, gratiis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, & aliis quibuſqq; quibus alii noſtri Cives veri, & legitimi Incolæ, & originarii ejuſdem noſtræ Civitatis, at ibidem factiones, & onera quæcumq; ſubeuntes, & ſubſtinentes uti, & gaudere poſſe noſcuntur; perindè ac ſi ipſi D. Joannes Franciſcus, & Fratres, eorumque Filii, & deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes Cives veri naturales, Incolæ, & originarii, ac de antiqua proſapia præmiſſæ noſtræ Civitatis hactenùs per rememorata tempora extitiſſent. Et ibidem factiones, & onera huc uſque ſubſtinuiſſent, atque præſentialitèr ſubſtinerent, & hoc non obſtantibus aliquibus legibus, ſtatutis, ordinibus, nec decretis, ſeù proviſionibus, aut aliis in contrarium diſponentibus, quibus ſpecialitèr, & expreſsè, ac ex certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine etiam abſolutè in hac parte dumtaxat derogamus. Suplentes eadem poteſtate noſtra omni defectui cujuslibet ſolemnitatis, quàm dici poſſet in præmiſſis fuiſſe ſervandam. Cæterùm decernimus, & mandamus, quòd prædicti D. Joannes Franciſcus, Fratreſq; ſui, ac Filii, & deſcendentes, & ipſorum quilibet pro illis facultatibus, & bonis, quas, & quæ in dicta noſtra Civitate, & ejus diſtrictu aquiſiverint, teneantur incombentia onera ſubſtinere, ſicut & pro ut faciunt, & tenentur alii Cives Civitatis ejuſdem, mandantes Poteſtati, & Referendario, & aliis Officialibus noſtris ibidem præſentibus, & futuris, cæteriſque, ad quos ſpectat, & ſpectabit, quatenùs hanc conceſſionem, & gratiam noſtram de cætero perpetuò valituram obſervent firmitèr, & facient inviolabilitèr obſervari. In quorum teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli impreſſione muniri. Datum Mediolani die ſexto decimo Martii 1420. tertiadecima Indictione.

Signat. Jo: Franciſcus.

XX.

JAcobus de Summis Rolandi Egr. J.C. Filius, & ipſe Juris Civilis diſciplinam non mediocri ſtudio exercuit, & publicè in Patria docuit Collegio Juriſperitorum die 2. Octobris hoc anno adſcriptus, & inter Decuriones adlectus. Legationibus ad Principes clarus jugiter præſtitit, ſummo Ingenio ſcripſit

De Donationibus cauſa mortis

De Teſtamentis in genere

Syllabus J. C. de Coll.

Paulus

XX.

PAulus Ariſius, ſeù Paulinus ex meis Majoribus homo diſciplinis doctrinarum omnium, & medicarum præcipuè præcellens, ac Arabica lingua doctiſſimus. Grandia reliquit volumina ob temporis lapſum deperdita, extat ſolùm apud Joannem Rhodium ejuſdem *compendium ex libris Arabum*, *quod Salus vitæ inſcribitur*. id Affirmat *Jac. Philippus Thomaſinus in Bibl. Patavina M. S.* impreſſa Utini 1639. typis Nicolai Schiratti. Ad perhibendum de tanto Viro monumentum, ſubmitto Epitaphium ejus eleganti tumulo inſculptum ſub ſtemmate, & quod adhuc dum legitur in ædibus B. V. de Fonte nuncupatæ, extrà Oppidum Caſalis Majoris

Jam deploratis vitam, qui reddidit ægris,
Atque animas orci faucibus eripuit.
Hìc jacet ante ſuos conſumptus Ariſius annos
Flebilis & Patriæ, Paulus, & Italiæ,
Cujus in occaſu canos incompta capillos
Nunc quoque jacturam flet Medicina ſuam.

De eodem Hector Lauda in Hiſt. Caſalis Majoris.

XX.

BOnifacius Guiſcardus alter à memorato, ubi de B Guiſcardo inter ejus ævi Juriſperitos principem locum tenuiſſe fertur. Anno 1420. lectus fuit inter Patriæ Decuriones, paulòque poſt à Conſiliis Joannis Franciſci Gonzagæ Mantuæ Marchionis, à quo quàm maximè dilectus eſt. Fuit ex ſexdecim Juriſconſultis Conſilii ſecreti, quod inſtituit Ugolinus de Cavalcabobus Cremonæ Dominus adverſus Ghibellinos. compoſuit

De Reipublicæ dignitate lib. 3.
De Officio Conſiliarii Principis lib. 2.
De Jure Fiſci lib. 1.

De eodem teſtis eſt hæc inſcriptio, quæ de illius ſepulchro legebatur in Ædibus Divi Mauritii nunc dirutis, ubi Hortus Cler. Reg. Teat. S. Abundii.

Spect. & eximius Legum Doctor D. Bonifacius de Guiſcardis Patrit. & Marchio. Mantuæ Conſiliarius hìc requieſcit in pace, obiit 3. *Kal. Decemb. anno Dom.* MCCCCLXV. *Eleonora Data Coniux Clariſſima Viv. P.*

Syllab. J. C. de Coll., & Catalogus Decurionum
Turreſinus in Hiſt. M. S.

XXI.

PAulus de Soncino in Sęculo artium, & Medicinę Doctor egregius, Mundi illecebras contemnens, ad Ord. Min. de Obſervantia S. Franciſci convolavit, ubi Theologicis ſtudiis, & æquè omnibus

ſuperatis dignitatibus ad primarium Generalis miniſterii in Carpenſi Oppido Provinciæ Bononienſis elevatur anno 1521.

Franciſcus Gonzaga de orig. Seraphicæ Relig. Franciſci p. 2. Prov. Mediol. Conv. 13. Petrus Rudulphius in Catal. univerſ. Relig. Seraf. pag. 22.

Hier. Baris in Hiſt. M. S. eum vocat ex familia de Pavaris

P. Joannes Baptiſta Guarguantus ex illa inſigni de Covis

Franciſcus Haroldus Hibern. in Epit. Annal. Ord. Min. ſub anno 1521. *num* 3. *& nu.* 5. ſcribit per hæc verba hunc Paulum poſt mortem Franciſci Lichetti fuiſſe ſubſtitutum Fabricæ S. Petri, Bullæ Cruciatæ Commiſſarium, & Nuncium Apoſtolicū, anno autem 1523. ad meliorem vitam emigraſſe.

Celebres ex ejuſdem familia, & Oppido extitiſſe Marcum Medicum ſcientiſſimum, Mediolani Duci acceptiſſimum, & Bernardinum ex Ord PP. Præd. S. Dominici, relati Pauli fratrem, qui pluries in Sacello Pontificio clariſſimè oravit.

Ex eodem de Baris circà ann. 1492.

In Triclinio Conv. SS. Vig. Annunciatæ dicati Ord. Min. Pauli Miniſtri Generalis effigies habetur.

Ex hoc Conv. Ven. Vir Pacificus de Soncino titulo *Beati* decoratus, habitus fuit. Refert hæc *Joannes Baptiſta Guarguantus Carmel. in Epiſt. Lucl. Soncin. antepoſita.*

XXI.

LAnfrancus Mutius ſuo ævo Medicus non indiſertus, cui nihil charius, penſiuſque fuit, quàm homines, à quibus continuò acceſſebatur, ab egritudinibus levare, præ cæteris omnibus præfulſit, edidit

De uſu Pillularum lib. 1.

De Conſervanda ſanitate lib. 1.

De uſu Medicamentorum lib. 2.

Breſſian. in Vir. Rav., & in Coll. M S.

XXI.

STephanus Calvus humaniorum literarum, & Gramaticen publicus in Patria Didaſcalos, eloquentiſſimè digeſſit

De regulis Grammaticalibus

De Arte Rhetorica

Sententiarum Moralium ex libris Philoſophorum Tractatus

Idem ut ſupra.

XXII.

JAcobus Alierius Rhetor, & Grammaticus doctiſſimus, qui carminibus vel maximam ſibi comparavit famam. Ab Urbe Veneta ad Patriam delatus eſt, ut publicè clavum Navis literariæ regeret. Pleraque vulgavit Opera, quæ deſiderantur.

In

In M. S. antiquis Illuſtriſs. Bibliothecæ Ambroſ. Mediol. legitur *Elegia Jacobi Baratellæ de Laurea ſic inſcripta. Ad Jacobum Alierium Cremonenſem Oratorem, & Pierium.* Altera etiam habetur ejuſdem Scriptoris directa ad Ægidium Cremonenſem Oratorem, de quo nobis nihil aliud conſtat. Laudatur Alierius *à Julio Tarteſio in ejus libro de Nobilit. pag. mihi* 85.

Alter Jacobus Alierius memoratur inter Illuſtriores Medicos *à Cavitello in Hiſt. ad ann.* 1528.

XXII.

COnſtantius de Stradivertis ex Ordine Humiliatorum Theologus, & Philoſophus in magno pretio habitus eſt, & ſumma benevolentia conjunctus Philippo Mariæ Vicecomiti III. Mediolani Regulo. digeſſit

Super Phyſicam Ariſtotelis lib. 3.

Floruerunt ex hac Familia Stradiverta, ſeù Stradivera (ut legitur in Albo Decurionum Cremonæ)

Anno 1387. *Gaſparinus, & Balzerinus*
Anno 1437. *Julianus*
Anno 1474. *Gaſpar.*

XXII.

JOannes Baptiſta Paternus J.U. D. Patriæ ſuo ſæculo ornamentum, temporibus Martini III. nuncupati V. Romæ verſatus, Univerſalis Eccleſiæ muneribus præſignis, magna præſtantia emicuit Hagiographus, & Juriſperitus raræ, & reconditæ doctrinæ, ſcripſit

De Indulgentiis
De Sacramentis in genere
De modo argumentandi in utroque Jure.

Breſſian. in Vir. Rav. teſtatur apud hæredes diù ſervata ejuſdem opera fuiſſe.

XXIII.

ANtonius Melius Juris Conſultiſſimus de Collegio Judicum, in Patria legum ſubtiliſſimus interpres. Ad Alphonſum Neapolitanum Regem pro Philippo Maria Mediol. Duce Orator, cum præter omnem laudem in arduis peragendis munus ſibi demandatum adimpleviſſet, capto Regis animo virtutis amore, illa in Aula ſupremi Conſiliarii gradum obtinuit, ſummæque dignitati ſummum addens ingenium, opera digeſſit

De Authoritate Regia lib. 4.
De Arte Oratoria lib. 4.
De Magiſtratibus lib. 2.

Ejuſdem meminere *Poſſevinus in Bibl. Selecta lib.* 13. In Indice plurium Juriſperitorum, qui ad utrunque Jus ſcripſerunt
Breſſian. in Vir. Rav., & in Coll. J. C.
Syllabus J. C.

XXIII.

SIgiſmundus Amidanus Philoſophus gravis, & ſapiens, ab Ariſtotele haudquaquam abiunctus ſubtili calamo ſcripſit

Super Phyſicam Tractatus. item

Super Convivio Platonis commentaria pleraque vulgaſſe fertur, ſi fides præſtanda eſt *Breſciano in Virt. Rav.*

XXIV.

ZAnettinus Roccius ſumma induſtria in poeticis conſcribendis ſuo tempore inter præcipuos Muſarum cultores relatus eſt. pandidit

Carmina varia vol. 3.

Hymnos in laudem S S. Himerii, Petri, & Marcellini, ac Homoboni Tutelarium Cremonæ

Comœdiam inſcriptam Filotecia

De Fato Tract. 1.

Fati autem nomine, Roccius noſter non accepit niſi eam rerum, atque cauſarum ſeriem vinculo naturaliter inſolubili nexarum, quæ ſunt extra humanæ voluntatis fines, & intactam, atque immunem relinquunt arbitrii noſtri libertatem. Huic planè Fati ſignificationi optimè reſpondet Chryſippi Stoicorum Principis definitio de Fato, quam *Aul. Gell. adducit Noſt. Act. lib. 6. cap.* 2. in hæc verba. Fatum eſt ſempiterna quædam, & indeclinabilis ſeries rerum, & catena voluens ſemetipſa, ſe ſe & implicans per æternos conſequentiæ ordines.

Ludovicus Jacob. à S. Carolo Burgundus Ord. Carm. in Bibl. Pontificia lib. 2. mentionem habet de Joanne Roccio, qui ſcripſit Sixti IV. Pont. Max. Vitam, & extare M. S. in Bibl. Angelica Auguſtinianorum Romæ, & pag. 1405. & de Nicolao Roccio, qui ſcripſit Vitam Sixti V. fuiſſe quidem Cremonenſes neutiquam mihi conſtat.

XXIV.

FRanciſcus Ariſius Pauli Medici celeberrimi Frater, ex meis Majoribus legum peritia eximius, & optimis artibus inſtructus primus hoc anno conſcripſit

Statuta Caſalis Majoris

quæ exindè annis 1590., & 1598. per Antonium Guerrinum, Typographum inſignis illius Oppidi, excuſa fuere, & in amplum Codicem redacta, quorum in fronte mei Franciſci nomen habetur. Floruiſſe, & adhuc efflorere Ariſiam gentem in Oppido Caſalis Majoris legere quis poteſt in Opuſculo *Octaviani Orrigoni Cler. Reg. S. Pauli, inſcripto, Exercitationes quædam Scholaſticæ S. Crucis Caſalis Majoris typis Vignoni Mediolan.* 1664. Prolus. ſecunda ubi

habet.

habet: *Ariſiorum crocea*, *& nigra repagula*, (alludit ſtemmati gentilitio) *ab omni hoſtili impetu*, *hanc tutabuntur*.

Nec ſanè omittendum eſt alteri Franciſco, & Hieronymo Ariſiis ejus Nepotibus Johannis Palladini Filiis illuſtre privilegium ſpiritalis adoptionis in ordinem Franciſcanum conceſſum fuiſſe anno 1467. à Franciſco (ut italicè dicimus) de la Rovere, tunc Generali Miniſtro totius Ord. Minorum, & mox ad Summi Pontificatus apicem evecto, atque Sixti IV. nomine decorato. Hujuſce privilegii archetypum Tanti Viri ſcilicet Sixti IV. manu propria ſubſcriptum, inter chariora majorum meorum pignora diligentiſſimè aſſervo.

En ectypum propter methodum non aſpernabile.

Nobilibus, *& generoſis Viris Franciſco*, *& Hieronymo Fratribus Germanis de Ariſiis*, *eorumque Matri Reginæ cum Uxoribus*, *& Liberis ſuis præſentibus*, *& futuris Ordinis B. Franciſci Amicis*, *& Benefactoribus devotiſſimis. Frater Franciſcus De Ruvere de Saona Artium*, *& Sacræ Theologiæ Magiſter*, *ac totius Ordinis Minorum Generalis Miniſter*, *& Servus ſalutem*, *& pacem in Domino ſempiternam. Quamvis ex charitatis debito omnibus teneamur*, *illis tamen longè amplius obligamur*, *quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis frequentiùs experimur. Proindè veſtræ devotionis ſinceritatem attendens*, *quam ad noſtram*, *& præfati Patris noſtri Franciſci geritis ordinem*, *uti pia*, *& veridica Fratrum relatione cognovi*, *dignum putavi*, *& Divinæ acceptabile voluntati*, *ut ab ipſo ordine prærogativas ſentiatis ſpiritualium gratiarum. Verùm quia nudi temporalibus bonis charitatis veſtræ ſubſidiis dignam rependere vicem temporaliter non valeamus*, *ſpiritualibus tamen beneficiis*, *pro ut in noſtris apud Deum ſervamus deſideriis*, *compenſare ſpirituali affectamus: Ea propter Ego*, *qui licèt indignus Fratrum*, *& Sororum Minoriſſarum S. Claræ*, *ſeù S. Damiani Ordinum curam habeo generalem*, *vos ad omnia*, *& ſingula noſtræ Religionis ſuffragia*, *& beneficia ſpiritualia in vita recipio*, *pariter & in morte*, *plenam vobis Miſſarum*, *Orationum*, *Prædicationum*, *Jejuniorum*, *Vigiliarum*, *Devotionum*, *Contemplationum*, *Eleemoſynarum*, *peregrinationum*, *obedientiarum*, *Votorum*, *obſervationum*, *meditationum*, *ſtudiorum*, *exenitationum*, *inſtitutionum*, *& omnium bonarum operationum participationibus tenore præſentium gratiosè conferendo*, *quæ per Fratres noſtros*, *& dictorum Ordinum Sorores per Univerſum Orbem degentes operari*, *& acceptare dignabitur Clementia Salvatoris. Addens inſuper de dono*, *& generalis*, *& ſingularis*, *quod poſtquam Divinæ placuerit diſpoſitioni de exilio inſtantis miſeriæ vos vocare*, *veſterque obitus*, *annuente Domino multo tempore diferendus*, *poſſitis cum noſtro habitu Sepeliri*, *ac etiam dum noſtro fuerit generali Capitulo nunciatus*, *idem volo*, *ut pro vobis fiat Officium*, *quod pro Fratribus noſtris defunctis recitatur*, *ibidem annuatim ex more per totum Ordinem fieri conſuevit. Valeant veſtræ devotæ*, *& ardentiſſimæ charitates nunc*, *& ſemper in Domino Chriſto Jeſu felicitèr*, *& longævè. Datum Florentiæ*

tiæ tempore noſtri Generalis Capituli, ibidem celebrati Anno Domini 1467. *die* 17. *Maii*

Subſcripta Frater Franciſcus Generalis

Subſcripta Frater Zanettus Generalis confirmat

Subſcripta Fr. Joſeph Maria Bottari confirmat ann. 1693.

In Calce, Viſa &c. cum ſigillo magno in cera rubra.

Hujus privilegii poſtremam confirmationem Ant. Maria Victorius Ariminenſis ejuſdem Franciſcani Ord. Orator præſtantiſſimus in ſuæ erga Authorem neceſſitudinis teſſeram, curavit.

XXIV.

JOannes Columbinus Vir utique gravis in Medicis, & Chirurgicis præcipuus, Inſubriæ toti admodum ob virtutis excellentiam clarus, poſteris commiſit

De cura vulnerum.

De modo conſtruendi emplaſtra

Breſſian. in Vir. Rav.

XXVII.

CÆleſtinus Botta Monachus Ordinis Divi Benedicti fuit ingenio acri, & Philoſophicis, Theologicis, & legalibus inveſtigandis magno ſtudio incubuit; ejuſdem opera fuere

De Veneratione Sanctorum lib. 5.

De non alienandis bonis Eccleſiaſticis lib. 3.

De Puritate cordis lib 2.

Hiſce fermè tempeſtatibus in Urbe Romana clarus, inter Præſules emicuit *Eliſæus Botta, ut ſcribit Breſſian. in Roſ., & Viol.*

XXVII.

PRicivallus Bonſerius, cujus virtutis monimentum exhibet Epitaphium in delubro Divi Matthæi Apoſtoli, relatum à Breſſiano, & ab eo tranſcriptum è Collectaneis Buſchetti.

Pricivallus Bonſerius Grammaticæ, & Rethoricæ Profeſſor, qui virtutibus intellectualibus extitit ſingularis. Fata ſua complens ingreſſus eſt viam univerſæ carnis cum fletu, & deſolatione totius Civitatis, die XIX. Menſis Septemb. Anno MCCCCXXVII.

Hieronymus F. mœſtiſs. Patri dulc. H. M. P.

XVIII.

ANtonius de Oldoynis J. U. D. ex Collegio Patriæ die 13. Decembris 1437. Mediolani Rei Frumentariæ Præfectus fuit anno 1428. annum adusq; 1433., & demùm ob Illuſtria merita apud Joannem Franciſcum Gonzagam Mantuæ Marchionem ſedit à primis Conſiliis.

Me-

Memoratur in *catalogo Vic. Prov. Mediolani Cavatii.* De eo *Syllabus J. C. de Coll.*
Breſſianus in Coll. J. C. qui alterum Antonium Oldoynum recenſet Juris Peritum Excellentiſſimum, quorum opera recenſet Raphael Cumanus.

XXVIII.

Nicolaus Ciria, ſeù della Ciria poeticis, ac hiſtoricis literis efflorens, ſumma fide, & diligentia res Patriæ digeſſit. Affert Abraminus Zucchus ejuſdem Nicolai carmina heroica in laudem Johannini Baldeſii (vulgò dicti Zanini) ab eo compoſita ob explodendam falſam illorum opinionem, qui Johannini in marmoreo ſimulacro Encenia quotannis Auguſti quartadecima die à Cremonenſibus celebrari conſpicientes illicò, & ſimpliciſſimè ſubdubitant, ne id ex antiquorum Cremonenſium errore dimanarit. Ex regeſtorum libris inſcriptis annorum 1426. 27. 28. 29. 30. 31. in Patriæ chartophylacio ſervatis hæc habentur, quæ tranſcribere non piget.

In Laudem Zanini Simulacri Cremonenſ.

Advena mirari, qui tranſis, deſine, Civem
Excolimus noſtrum. Nam ſic ſua maxima Virtus
Exigit, & meritis vix ſat perſolvere dignas
Poſteritas laudes poſſet, qui non ſibi natum
Se ratus, ut Patriæ tàm Dives, ut ſibi centum
Errarentque Greges ſervarent, & juga centum
Omnia contribuit Patriæ, cui dedita tota
Ut manui eſt, quam Pila tenet defenſa feroci
Obſeſſu, eſt virtute ſua, cui Virq; Paterque
Conſilium fidumque fuit, quo ſoſpite belli
Civilis poſt terga manus devinctus in atris
Infremuit manicis furor, & diſcordia noſtros
Exul confines circumlaxavit, & ejus
Aera captarunt morſus, complexus, & omnes
Unus Amor Cives, uno eſt ſub Patre reſultans
In laribus noſtris dives Pax luſit, at illa
Non torpere volens Cives ſub Virginis almæ
Nomine fundari Templum perſuaſit, & ejus
Radices primus iniecit creſcere tantum
Quod vidit, quod tunc contingit vertice fila
Involuta priùs fuſo, quod Parca ſecaret,
Nè ſimul ad Corpus nomenque includeret urnam
Hujus in æternum noſtra vereatur in ora.

Abraminus de Zucchis Tabellio ad publica deſignatus Cambio de Zambecchariis Bononienſi Juris Civ. ſcientiæ magno Interpreti ſalutem.

Reminiſcens cum hìc Principis Vires ageres te, quemadmodum alii Advenæ Cives noſtros irridere, quòd imagini marmoreæ inſtitutos à majoribus exquiſitos honores præſtarent, ad Te deferri verſus volui, quos Nicolaus della Cina Civis Noſter nuper edidit Annalibus, & antiquis chronicis hujus Civitatis innixus, in quibus hujus Civis memoria extat in noſtra Repub. Virum optimum, & Principatu dignum legit pro hac etiam, ut in Carminibus notat, & ſubſtantiam ſuam, & ſe ipſum expoſuit ſuaque virtute, & conſilio, dum extremè laboraret, ſalva fuit in pace, etiam Eccleſiæ, & multa alia ad communem utilitatem, ipſo procurante, acta ſunt, quo majores noſtri Cives celebri, & perpetua memoria eſſe voluerunt.

Viſis igitur verſibus, Te, quem officiorum optimum raciocinatorem cognovi non dubito, & Viri virtutem, & majorum gratitudinem, & à nobis ſervatam conſuetudinem non mediocritèr laudaturum. Vale ex Cremona quinto Idus Decembris Principatus D. Philippi Mariæ Angli Vicecomit. Terrarum Mediol. ac Ligurum Ducis Inclyti Anno XIV.

XXIX.

ROlandus ex præclariſſima Pallavicinorum familia, opibus, ac dominio ditiſſimus. Tantus vir erat, ut prudentiorem adhuc neminem ejus Temporibus poſſim invenire. Erat enim Marchio totius amplæ Regionis, quam ad hanc diem Pallavicinum Statum vulgaritèr appellant, oppida non vulgaria, caſtra, aliave continentem inſigniora, loca ſcilicet Buxetum, Zibellus, Rocha Blanca, Poleſinus S. Viti, Monticelli Unginorum Caſtrum vetus Monticellorum ſita in ſtatu Sereniſs. Ducis Parmæ, quæ cum eſſent conſita in Diæceſi Cremonenſi, ipſorum Sapientiſſimum Dñum, ut noſtram Cremonam literatam exornet, meis monumentis exhibuerunt. Sciebat Rolandus, quòd exindè *Robortellus in libro polit. Ariſt.* deduxit. Principum mentem altiſſimo veluti quodam loco ſitam nil niſi grande, ac divinum ſpeculari, aut agere debere. Quid verò majus, aut magis divinum, quàm populorum ſaluti conſulere, & commodis; nec ſanè ulla alia re homines Diis quàm ſimillimi videre poſſunt, quàm Mortalium utilitates procurando, & vulnera Miſerorum ſanando: propterea pro juſta ſuæ Ditionis adminiſtratione condidit.

Statuta confirmata à Sereniſs. Duce Parmæ. Ac elegit legum Doctorem Agapitum de Lanfranchis Civem Piſanum, Vicarium ſuum Virum quidem Peritiſſimum, & in rebus humanis expertum, ut ea in volumen redigeret. Prodiere anno 1592. ex officina Eraſmi Viotti, cum adnotationibus clariſſimorum Juriſconſultorum Petri Pectoreli, & Hieronymi Vitalis è Civitate Buxeti.

Jaco-

XXX.

JAcobus à Cremona Eremita Auguſtinianus ſui ævi ſcriptor celeberrimus, ut adnotat *Aloyſius Torrellus in Sæcul. Auguſt. tom. 6. anno* 1430. *num.* 23., allegans Hieronymum Romanum.
Memoratur iſte Jacobus *ab eodem Torrello*, uti Capellanus Blancæ Mariæ Mediolani Duciſſæ Tom.7.ad ann. 1466. nu. 13.

XXX.

NIcolaus Cauucius legum Doctor Collegium Patriæ nactus eſt, ad cauſas orandas ſua ætate aptiſſimus. In Ticinenſi Gymnaſio publicè leges interpretatus eſt. libros reliquit haud aſpernandos, ſcilicet.

De Optimo Statu Conjugali
De Jure Perſonarum lib. 2.
De Hæredibus inſtituendis
De Vulgari ſubſtitutione.

Ejuſdem extat mentio *in Syllabo J.C. de Coll.* tùm Typis dato, cum M.S. ſervato penès me
Breſſian. in Collegio J.C. hunc refert humatum in Eccleſia Divi Thomæ.

XXX.

JAcobus Milius, Antonii Legum Doctoris F., paterna ſecutus veſtigia anno 1421. die 9 Februarii Collegio Juriſperitorum addictus, ingenioſi acuminis Vir hiſce temporibus in orando maximam ſui nominis famam adeptus eſt ſcribendo

Regulas ſuper Inſtitutionibus Juſtiniani
Tractatus de Patria poteſtate

De eodem Syllabi J. C. Coll.
Breſſian. in V.R.

Floruit hoc fermè tempore Lombardus, ab aliis Lombarderius Milius J.U.D. in Collegium receptus die 25. Maii 1430. pub. legum Lector, ſepultus in Ædibus Divi Homoboni.

XXXI.

AUguſtinus de Cavuciis, ſeù de Cremona appellatus, Auguſtiniani Ordinis Sacerdos, & S.T.M.
Is eſt, cujus Opera conſcripta ſervantur hactenus in celebri Bibliotheca S. Auguſtini Cremonæ, quæ ſunt.

Sermones Prædicabiles

Fuit anno 1432. Regens in Conventu Genuenſi, & anno 1434. ſcriba, ſeù Secretarius Prioris Generalis, & anno 1438. Vicarius, & Officialis Epiſcopi Cremonenſis, qui tunc erat Venturinus de Marnis

Bergomenſis; *Ita Elſſius in Encom. Auguſtin.*

Antonius Poſſevinus App. Sacr. Tom. 2. idem in App. Sacr. Tom. 3. ubi de Bibliotheca Auguſtiniana tractat.

De Herrera litera A. de Perſ. Illuſtr., & liter. A. de ſcriptorib.

Torrellus in Sæcul. Auguſt. Tom. 6. ad annum 1436. *nu.* 10.

XXXII.

MArcus Pueronus J.U.D. Præpoſitus Eccleſiæ S. Michaelis, maximæ ſuo tempore Vir auctoritatis, & doctrinæ, hortante Venturino Marnio Antiſtite Cremonæ conſcripſit

Regulas pro ſpirituali Regimine Sanctimonialium Patriæ.

In ejuſdem Eccleſia legitur

Marco Puerono J. U. D. Eccleſiæ S. Michaelis Præpoſito, qui dum annum propè LXVIII. *egerit, diem ſuum clauſit extremum quarto idus Januarii anno Domin. Incarn.* MCCCCXXXII.

Jacobus Turreſinus in ſuis M. S. Hiſt. hunc dignè commeminit, verùm ſub annis 1444.

XXXII.

PEtrus Azzanellus Medicinæ Doctor, qui tàm praxi, quàm virtute cæteris ſui temporis Clinicis antecellecit, in Galeni, & Avicennæ Opera poſtgenitis reliquit

Commentaria

Compendium ſtatus Patriæ anni 1432.

Breſſian. in lib Vir. Rav.

Ex reg. Archivii Civit. Cremonæ ſignat. A. 1419., & 20. fol. 83. hæc præclara leguntur de Petro Azzanello.

Nobiles Amici noſtri chariſſimi poſt ſalutem &c. de approbata ſcientia, & practica laudabili Artium, & Medicinæ Doctoris Egregii Magiſtri Petri de Azanello Phyſici Cremonenſis Concivis veſtri pleniſſimum informati laudamus, & amicitias veſtras toto corde precamur, ut ipſum, tùm ejus probata virtute, tùm etiam reſpectu Nobilis Germani ſui Gregorii, qui vobis omnibus, & reliquis Civibus valdè hìc accommodus, & utilis eſſe poteſt, ac illi veſtro, & ſuo Communi ſupramodum aſſiſtitur, placeat circà ejus reintegrationem ad ſolitum illic annuum ſalarium ſuum ſuſcipere propitiè, & effectualitèr recommiſſum; In quo etiam eum ambo intimi noſtri ſint, Nobis ſummè complacebitis, paratis proindè ad veſtra quæcunque beneplacita; Valete.

Dat. Mediolani die 27. menſis Maii 1421.

Subſcript. I. de Iſolanis S. Euſtachii Diaconus Cardinalis.

A tergo. Nob. Viris Deputatis Præſidibus Negotiis Communis Cremonæ Amicis chariſſimis.

Præelegi ſemper (Egr., Perſpicuique Viri, Majores, honorandi, Egr., & famoſiſſimum Artium, & Medicinæ Doctorem Germanum meum dilectiſſimum

ctiſſimum D. M. Petrum in ſua nativa Civitate Cremonæ cum minori honorificentia, & commoditate manere, quàm alicubi cum quavis exaltatione, & commodo, ut quicquid virtutis, & gratiæ contulit ſibi Deus potiùs in noſtros, quàm alienos expenderet, in qua ſemper mecum voluntate concurrit; Ob hoc cum, niſi me fallat affectio, nedum ipſe, quem præſentem habetis, retinendus ſit, ut etiam foret à remotioribus partibus evocandus, precor ex corde, ut his, & aliis omnibus bonis expertibus, quibus venit meritò præferendus, placeat efficaciter dare operam opportunam, qua reintegretur ad ſolitum antiquatum illic annuum ſalarium ſuum, cujus honore potiùs, quàm tenui adminiculo illic remanere proponat. Ultra namque perſonam ſuam, & Me etiam habebitis Vos, & illa veſtra Communitas promptiorem ad quæcunque veſtra commoda, & bonores, à quibus, & ſi nullo pacto vellem, nec poſſem aliqualiter reſilire, juvabit tamen me multum, quòd etiam interceſſio mea apud Vos majorem ſentiat propitiationem, & ſperatam etiam charitatem. Valete fæliciter, & longævè.

Dat. Mediolani die 21. *Maii* 1421.

Subſcript. Veſter Gregorius de Azzanello.

A tergo. Egr., Perſpicuiſque Viris DD. Deputatis Præſidentibus negotiis Communis Civitatis Cremonæ.

XXXIII.

THomas Perſichellus ex Canonicis Regul. Lateran. Vir inſigniter, & immensè doctus, anno præſenti totius Ordinis Rector Generalis in Comitiis Ravennatibus eligitur, ac triennio ſubſequenti, cum eſſet de Republica benemeritus, confirmatur.

De eodem videndus *Roſinus*, ubi de Paulo Maffæo, *in Lyceo Lateranenſi*, & *in Faſt. Generalitiis annorum* 1433. 34., & 35. ubi etiam legitur Monaſterium S. Agathæ Cremonæ antiquum Canonicorum Regularium per Cives, illis denuò oblatum, non acceptatum fuiſſe.

Gabriel Penottus in Hiſt. Trip. lib. 3. *cap.* 19. *nu.* 3. ſcribit anno 1439. Canonicis Regularibus conceſſum fuiſſe Abbatiale Cænobium S. Petri de Pado Cremonæ, illùc vocatis D. Thoma Cremon. Rectore Generali ejuſdem Congregationis, & D. Lanfranco Cremonen. magni nominis Viro, & authoritatis, ut ex Bulla Eugenii IV. ibi recenſita.

Ab eodem Roſino referuntur inter Abbates Generales ejuſdem Congregationis alii Cremonenſes, ſcilicet

Anno 1520. Jo: Jacobus Siſſa 1. & 2. anno 1524., de quo erit ſermo in vol. 2.

1526. Alter Thomas de Perſichellis, qui eodem anno Cremonæ diem clauſit extremum.

1549. Colombinus Raparius, etiam annis 1557., & 1565.

1573. Raphael Palearius.

1637.

1637. Policarpus Cloſius, quibus addendi ſunt
1652. Io: Franciſcus Bozzettus, &
1686. Jo: Baptiſta Lamia

præter alios hujus Ordinis inſigniores viros ſuo loco numerandos; Hìc non eſt tamen prætermittendus
Franciſcus Cremonenſis Converſus, qui vitæ ſanctimonia clarus fuit, ut teſtantur Chronographi ejuſdem Ordinis.

XXXV.

JOhannes Maynerus Rhetoricam, Poeticam, & Oratoriam, literaſque antiquiores penetravit, de quibus publicas Patriæ præceptiones exhibuit. Multiplici idiomate eruditus, Græco duntaxat, Chaldæo, & Latino permulta compoſuit; Edita ſunt

Carmina in Nuptiis Philippi Mariæ Vicecomitis, cum Beatrice Tenda
Epiſtolarum, &
Orationum Volumina

Breſſian. in V. R.

XXXV.

FRanciſcus Carenzonus J. U. D. receptus in Patrium Coll. die Jovis 5. Martii 1435. ex Patriæ Decurionibus, & Orator reſidens Mediolani apud Philippum Vicecomitem Ducem.
De illius in legibus interpretandis peritia teſtimonia promunt

Conſilia legalia, quæ M. S. Ego vidi in Bibliotheca Maynolda Cremonenſi

De eodem Joſeph Breſſian. in Coll. J. C.
Syllabus J. C.

Hoc anno Bernardinus Senenſis Ord. Min. S. Franciſci (in Sanctorum Catalogo exindè adſcriptus) Cremonæ quinquaginta diebus ſacras habuit conciones.

XXXVI.

NIcolinus Fraganeſcus in utroque Jure laureatus, in Patriæ Collegium percelebre cooptatus Menſe Junio 1401.
Breſſian. in V. R. teſtis eſt hunc probè tractaſſe

De Uſuris.
De Legatis Piis.
De Honore Mulierum.
De Rerum viciſſitudinibus.

Turreſinus autem, qui ex compacto de hac Familia quamplura reliquit, hunc Nicolinum J. C. fuiſſe affirmat, eumque obiiſſe extra Patriam metu Factionum pulſum, nec de ejus operibus quicquam aſſerit
In Syllabis J. C. de Coll. tùm M. S. tùm editis, vocatur de Fonganeſto.

Sylla-

XXXVI.

SYllanus, ſeù Gillanus de Nigris ex Majoribus Luciæ de Nigris Genitricis meæ dilectiſſimæ, Juriſprudentiæ decus, hoc anno in Collegium J. C. Patriæ recipitur die Jovis nona Auguſti, Ludovici Sabaudiæ Ducis, cui interfuit à Conſiliis, ad Carolum VII. Francorum Regem Legatus, probè ſe geſſit: Deindè cum longo rerum arduarum, & grandium uſu eſſet (prædefuncto Ludovico) à Galeatio Maria Vicecomite Mediol. Duce, Mediolanum accitus inter ſupremos Aulæ Conſiliarios, aliiſque titulis inſignitus, anno ante obitum infæliciſſimi ejus Principis, diem clauſit.

Memoria de eodem extat in *Syllabo J. C. de Coll.*, *& apud Breſſianum ubi de J. C. Coll*

Fuit & alter Syllanus de Nigris eximius Medicinæ profeſſor, cujus extant opera

De Medic. Practica. Venet. apud Lucam Antonium Juntam 1518. *in fol. ex relatis Iſraelis Spacchii in Elencho Medicinæ pag.* 103. hic floruit 1398. circiter, Medicinæ publicus profeſſor in Univerſitate Ticinenſi charus admodum Jo: Galeatio Vicecomiti Primo Duci Mediolani, ut *per Scipionem Barbovium Soncinum in Vita ejuſdem Ducis*.

XXXVI.

CÆſarinus Stavolus Philologus eloquentiſſimus Græci, & Hebraici ſermonis interpres; in Patria pro inſtructione Adoleſcentiæ didaſcalium Rhetoricæ adaperuit. digeſſit

De Arte Rhetorica lib. 3.

Epiſtolarum Familiarium, & Orationum volum. 2.

Hæc refert *Breſſianus in Vir. Rav.* cui adhæreo, cum ex hac gente alios in literis effulſerint, ac præcipuè in Juriſperitorum Coll. antiquitùs Bernardum, Ottolinum, & Johanninum, *ut in Syllabo J. C. Coll.*

Ex monumentis Patavinis Jac. Philippi Thomaſini ſequens legitur. Ad Divi Antonii Ædes, quod eruditionis gratia affero

Alberico Stavolo Nobili Cremonenſi, cujus in novo ætatis Vere priores Studiorum Juriſprudentiæ flores, frigida mors ſuo gelu diſperdidit. Stavolus, & Sigiſmundus Patrui, magis, nec lacrymoſi, an lacrymabilis incertum eſt PP. vixit annos 19. *Menſ.* 5. *& dies* 5. *obiit ann.* 1596. *Non. Decembris.*

XXXVIII.

EUgenius Perſicus Humiliatorum ordinis divini Codicis monumenta jugi ſtudio, & non oſcitanter evoluebat. Religioſæ honeſtatis integerrimus cuſtos erat, ut qui noverat quid innuat *Cauſidicus*

dicus Tholoſanus lib. 13. *de Pap. cap.* 1. *§.* 19. cujus hæc ſunt verba. Perſonæ Eccleſiaſticæ videntur reſilire à proprio munere, ſæcularibus ſe immiſcendo. Evulgavit Opera

De Beatitudine æterna lib. 3.
De Angelis lib. 2.
De Prædeſtinatione lib. 2.
De Sacramentis in genere
De Celebratione Miſſæ lib. 2.

Breſſianus in Vir. Rav.

XXXVIII.

LUcas Vernacius Stephani Juriſperiti clariſſimi F. in Patriæ Collegium Judicum die Jovis 17. Aprilis hoc anno relatus eſt, ingenio eleganti, & facili ad leges interpretandas fuiſſe traditur, quippè de eo reliquit Jo: Jacobus Crottus in Oratione habita pro Franciſco Sfondrato, ubi celeberrimos Juriſperitos Cremonenſes inſinuat. *Quid Lucam Vernacium terreſtre Civitatis noſtræ Oraculum, & Bartholomæum Vulpium omni heſperia conſpicuum, veriſſima quorum reſponſa conſultationibus Doctorum inſerta oſtenduntur.* Ejus Opera nota ſunt

De Jure Emphyteotico lib. 5.
De Satiſdatione Tutorum, & Curatorum lib. 3.
De Adoptionibus lib. 3.

Inter Conſilia Martini Garati, cujus Lucas fuit contemporaneus, habetur ejuſdem Reſponſum in conſ. 50. inibi verò perperam vocatur Bernacius.

In Templo Divi Leonardi Cremonæ ſequenti fuit cohoneſtatus Epitaphio.

Lucæ Vernacio Jur. Conſ. Præſtantiſſimo, & Integerrimo, qui vixit Annis duo de ſeptuaginta innocentiſſimè. Uxor, & Filii Merent. obiit anno MCCCCLXXXI.

Authores Syllabi.

XL.

APollinaris Offredus, gente æquè ab antiquo Nobili, ac ſublimium ingeniorum fertili natus, in maximo precio fuit circa medium ſæculi poſt Chriſtum natum xv. Maximis Principibus, in primis Eugenio IV. P. M., & Philippo Mariæ Vicecomiti, & Franciſco Mariæ Sfortiæ Mediolani Ducibus acceptiſſimus. Tàm perſpicacis autem fuit intellectus, ut Philoſophorum ſui temporis, Medicorumque coryphæus prædicaretur. Tantus enim in exponendis Philoſophi ſcriptis extitit, ut ipſius Ariſtotelis anima, nec non Peripateticorum deliciæ vocaretur. In aliquot proindè Peripatetici libros luculentiſſimas conſcripſit commentationes, ex quibus primùm, quod ſciam, prodierunt

Expo-

Expoſitio in libros de Anima

Quæſtiones ſubtiliſſimæ ſuper eoſdem libros de Anima.

Hæ namque ſimul editæ ſunt Venetiis *per Bonettum Locatellum anno* MCCCCLXXXXIII., *&* LXXXXVI. *in f.* Opus arduum quidem, & ideò *per otia multarum vigiliarum*, (ut Author loquitur) & *laborum deductum*, ſed Chriſtianæ Reip. perutile, quum totam doctrinam, quæ de anima eſt, ita explicatam præſeferat, ut Catholicam tanti momenti Philoſophiam ſolidiſſimis tueatur argumentis contrà Averroem, & alios, qui Ariſtotelem interpretati propoſitiones Orthodoxæ Fidei contrarias invexerunt. Quamobrem Apollinaris in præfatione ad memoratum Philippum M. Mediolani Ducem de ſe ipſo inquit.

Tuis auſpitiis ingens bellum ſum ingreſſus adverſus omnes, qui non Chriſtiani de Philoſophia ſenſiſſent: maximèque contrà Catholicam pietatem ni de Anima libros commentati ſic eſſent, ut oporteret ipſis auctoribus à noſtra Religione diſcrepantem eſſe Philoſophiam In hoc igitur Opuſculo, quod bipartitum facere commodius eſt viſum, ut in Ariſtotelis verborum explicatione pars una verſaretur, altera quæſtiones, ac dubitationes difficiles de Anima diſſolveret, decrevi pro Fidei noſtræ vero, ſolidoque cultu omnem Chriſtianorum ſenſum, ac doctrinam, opiniones omnes, quas Orthodoxi reliquerunt pro virili mea tueri, ac ſiſtere, naturalibuſque locis ratas, & invincibiles reddere rationes, neque ſum in ea re permagnam veritus Averrois opinionem, totque ſæculis florentem ſententiam, qui ſuis in commentis (ut apertò colligitur) infeſtam Fidei noſtræ tulit explanationem, quam validiſſimis adiumentis apparentem maximè effecit; Qua ex re plurimi aut ejus Philoſophi auctoritate devicti, aut apparentibus ejus rationibus deterriti, deſpicere viſi ſunt in opprobrium nominis, & detrimentum Animæ ſempiternum; Quorum venenatam eludens doctrinam Offredus, veritati magis, quàm authoritati delatum voluit: Quocircà ſubdidit: *Ad hoc tamen grave bellum, adeòque periculoſam audaciam, & meis viribus imparem tàm verendæ hujus Philoſophi gravitati hac in parte adverſandi, quem in cæteris ferè ſummum, ac divinum Auctorem habui (Ariſtotelem ſemper excipio) quamquam & veritas in primis ipſa me vocabat, & alebat conſcientia: fiduciam non parvam ex eo aſſumpſi, quod tibi Chriſtianiſſimo Principi rem me gratam, ac probatam facturum arbitrabar, ſi ex hac re multorum impietatem ludificaſſem, qui ſententiis illius inviſi plerunque ſimplicium animos polluunt, inficiuntque neſcientes. Itaque ſum audentior factus ipſi Averroi adverſus fieri, neque numero, aut majeſtate ſum deterritus eorum, qui eum eſſent errorem imitati. Quandoque quas potui argumentationes firmiſſimas inſtruxi: Quo ſalubris illa Sententia, quam de Anima humana diſcipuli veritatis attuliſſent, evidentiſſimè luceret, non Theologicis tantùm vallata ſermonibus, ſed & naturalibus inſuper adiuta, & defenſa principiis.*

Quod & anteà præſtiterat Ægidius ille Columna Romanus Archiepiſcopus Bituricenſis, qui inter cætera intellectus ſui monumenta

ſcripſit pleraque in Ariſtotelem contrà Averroem: Quare ſi is locum habuit inter Eccleſiaſticos Scriptores Card. Bellarmini, non indignus pariter ſimili honore videbatur hic Apollinaris, cujus mentio ibidem deſideratur. Hunc autem ingenii ſui primogenitum fuiſſe fætum, ipſemet inſinuare videtur in eadem Præfatione ſubjungens. *Accipe igitur Eminentiſſimè Principum has meorum ſtudiorum quaſi primitias in unum tibi aliquot annos reſervatas, ac demùm ſub tuæ devotione majeſtatis editas in lucem*. Sed quas primitias vocabat Apollinaris, perfectiſſimos ingenii fructus cognoverunt recentiores Philoſophi, qui eas & publicè legerunt, & explanarunt, ut ſcribit doctiſſimus Vida noſter Actione 2. adverſus Papienſes de tanto Viro inquiens. *Quotus rogo vobis videtur Apollinaris Philoſophus, qui ex honeſta Orfidiorum, ſeù ut corruptè dicitur Offredorum noſtrorum Familia ingeniorum fertiliſſima prodiit, quique inter alia ſuæ exquiſitæ doctrinæ monimenta illos AUREOS Commentarios in libros Ariſtotelis de Anima conſcriptos edidit, quos uſitato jam proverbio ipſius Ariſtotelis Animam Philoſophi recentiores vocant, eoſque in Scholis ſimul cum iiſdem Ariſtotelis libris legentes, & explanantes exoſculantur, & in delitiis habent, atque in oculis; eſt enim aureolus totus, & ad verbum addiſcendus libellus*. Cum graviſſimus igitur tùm optimus Ariſtotelis Commentator eo cognitus opere Offredus, novos non minori cum gloria ſubivit in eundem labores, quos Geſneriani unicum Apollinarem in tres perperam diſtinguentes ita citant.

Apollinaris Opus in primum Poſteriorum, quod ex caſtigatione Hieronymi Suriani Ariminenſis Medici, ac Philoſophi ſuorum temporum celeberrimi, exindè laudatiſſimi Camaldulenſis Inſtituti Monachi cuditur, ut habetur in fine voluminis II. continentis Raſis Venetiis anno 1509. typis Bernardini Benalii.

Excuſum iterùm eſt Venetiis cura, & ære Lucæ Antonii de Giunta Florentini anno 1520., & ibidem recuſum apud Hieronymum Scottum circà Annum 1550. in fol.

Prodiit autem corruptiſſima lectione; quapropter opus fuit diligentiſſima recuſione. Hanc verò provinciam geſſit Jo: Anton. Honoratus Cremonenſis exindè Epiſcopus Interamnenſis philoſophicis Vir inſignis cognitionibus, qui librum ſolerter emaculans curavit, ut quam eruditiſſimus in lucem adiret. Editur itaque cum inſcriptione.

Apollinaris Offredi Cremonenſis Abſolutiſſima Commentaria unà cum quæſtionibus in Primum Ariſtotelis Poſteriorum Analyticorum librum, nunc primum mendis omnibus expurgata, & egregiis Scholiis marginalibus illuſtrata, ac duplici textus Ariſtotelis interpretatione aucta. Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium MDLXXXV. in fol.

Nec minorem in Medicina conſecutus eſt celebritatem. Nam præterquàm quòd à diverſis accerſitus Principibus, quos è mortis faucibus eripere videbatur, & providè ne dum in Patrium, ſed & in

Pla-

Placentinum Medicorum Collegium (quod pauciſſimis contigit) quam in publico ejus Urbis Gymnaſio profiteretur, tamquam vir primi nominis cooptatus eſt, ut notant *Petrus Maria Campus lib.* 18. *Hiſt. Placent.*, & *Petrus Creſcentius Tom.* 1. *Nobilitatis Italiæ pag. mihi* 223. Bibliothecam quoque Medicam illuſtribus auxit Operibus, quarum è cenſu ſunt

Practicæ Rei Medicæ

Quæ in plurali citantur *à Geſnerio in Bibliotheca*, & in ſingulari ab *Andrea Tiraquello in Commentariis de Nobilitate cap.* 31. *num.* 319. ubi Apollinarem inter Medicos inſignes recenſet;

Commentarii

Fortè ſuper libros Calculatoris; nam hos memorat, & laudat Jacobus Philippus Foreſtus Bergomenſis, qui libro 15. ſupplementi Chronicorum primæ editionis Venetæ ſcilicet anno 1483. in fol. de Offredo, ubi ſcriptum reliquit: *Apollinaris etiam præcipuus ſui temporis Medicus, & Philoſophus natione Cremonenſis, & ipſe hoc quoque tempore in Philoſophia ſuper libris de Anima, & ſuper libris Calculatoris Commentarios non contemnendos compoſuit;* Quæ tamen (qua de cauſa neſcio) non expreſſit quicumque ille eſt, qui Bergomenſis Hiſtoriam Italicam fecit, & auxit editam Venetiis 1540. in fol.

Extant pariter ejuſdem Offredi *De Medicis experientiis*, liber Argentinæ apud Joſ. Rihel 1575. *Enchiridion remediorum facilè parabilium* Francfurti apud Guillelmum Hoffman MDCX.

Extat etiam aliud Opuſculum à me viſum in Bibliotheca Maynolda Cremonæ, ac nullibi recenſitum, antiquo caractere impreſſum, ſed nulla facta Typographiæ mentione cui tit *Illuſtr. Philoſophi, ac Medici Apoll. Offredi Cremon. in defenſione communis opinionis adverſus Petrum Mantuanum.*

Jacobus Philippus Thomaſinus in Bibl. Patavina M. S. ſcribit in Biblioth. S. Joannis in Viridario proſtare Quæſtiones in tertium librum de Anima Mag. Apoll. de Offredis 1402. *in fol.*

Amicos habuit in re Medica doctiſſimos Viros Benedictum Muſinum, Antonium Guarnerium, & Sanctem Piſaurenſem. Reliquit & libros, quos indicat in fine Præfationis librorum de Anima, illos, & ſe ipſum commendans Philippo Vicecomiti, inquiens: *Cape tamen & ſtudia mea, fortunas, libros, famam, dignitatem, vitam denique meam, ut ſedulò ante hac ſi deinceps, & in finem commiſſam tibi eſſe patiare.* Meminit ipſius *Lamus noſter in ſomnio cant.* 2. *ogd.* 33. famam ita canentem inducens.

Vedi quel che vien primo tanto altero,
Cui pende la polita barba al petto,
L' Offredo è, che del gran Savio ſtagero
Quel Libro commentò, l' Anima detto.

Nobilem quoque in ſuis inſerverunt Hiſtoriis, Tarchaniota, Campus, & Cavitellus, qui & *Orphidium* eum cognominat. *Volaterranus*

in Anthropologia lib. 2. Fab. Juſtinianus in Indice Univ.[li] Zava in Oratione, *Merula in Legatione ad Greg. XIV. Baronius in Orat.* Iſrael Spacchius in Elencho, & alii; ac præcipuè Abbas D. Petrus Cannetus, laudatiſſimus Patriæ noſtræ decus in ſua Bibliotheca Camald., quam eruditiſſimis lucubrationibus modo contexit, loquens de allegato Suriano.

XL.

DAniel de Arlunis ex Canonico Reg. Lateranenſi Epiſcopus Forolivii ab Eugenio IV. creatur. De iſto ſcribit *Gabriel Pennotus in Hiſt. tripart. lib. 3. cap. 17. ſub nu. 5. D. Daniel de Arlunis, origine Cremonenſis, qui pro Duce Borſo in partibus Galliarum legatione functus, poſt reditum Epiſcopus Forolivienſis deſignatus, Obiit Ferrariæ anno 1463. in Eccleſia S. Lazari tumulatus, & lib. 3. cap. 54.* eum vocat de Arluinis.

Abbas Ughellus in Ital. Sacr. de Epiſcopis Foroliv. Arlunum ſcribit è Laude Pompeja, & in monumentis Forolivienſibus pariter Laudemis adnotatur, ut mihi confirmavit Comes Fabritius Monſignanus Patricius Foroliv. Poeta doctiſs. qui cum eſſet Accademiæ Philergitarum Princeps, me inter illos humaniſſimè recepit anno 1686.

Veruntamen eundem Danielem arguo Cremonenſem fuiſſe, & præcipuè cum hæc Familia floruerit in Quayno Arluno inſigni Hippomacho annis 1462. ut notat *Antonius Campus Hiſt. lib. 3.*

Breſſianus in Roſ. & Viol. ſub eodem Daniele refert hoc Epithaphium ejus Tumulo inciſum.

Forlivias Daniel jacet hoc in marmore Præſul,
Quem dira invaſit febris, dum rura colebat
Effugiens peſtem; ſed vita prorſus adempta,
Quæ Patri Arluno fuerat, triſtantur Alumni.
1463.

XL.

NIcolaus Putheus eruditus, & eloquens, quæ ſcripſit, purioris facundiæ fontibus irrigavit. Ab adoleſcentia coluit Franciſci Philelphi Poetæ laureati amicitiam, ad quem melle perfuſas dedit plures

Epiſtolas,

Quibus & ipſe reſponſum hujuſmodi dedit *lib. IV. Epiſtolarum. Franciſcus Philelphus Nicolao Putheo Cremonenſi S. D. Et ſeriùs reſpondi tuis ad me literis, & breviùs fortaſſe, quàm velles, quorum alterum adverſæ illi valetudini dato, qua duos circiter Menſes, vel per intercapedinem laboravimus; alterum publicis meis, ac privatis occupationibus, quibus propè obruor. Legi autem tuas literas libenter, quibus mutuam*

tuam inter nos adoleſcentiæ noſtræ benevolentiam, conſuetudinem, diſciplinam cumplexus es; Quòd autem mirificis me laudibus extuleris, id ſingulari quadam, & exuberanti amoris abundantia abs te factitatum exiſtimo. Nam neque vir amiciſſimus ſimulque modeſtiſſimus, aſſentaris, nec iſtiuſmodi mihi eſt de me opinio. Reliquum eſt id tibi perſuadeas, quod & rectè, & verè potes facere, te mihi eſſe chariſſimum, & eo magis in dies fore, quo te animadvertero non oblivıſci Philelphum tuum. Vale Mediolano III. *Cal. Novembris* MCCCCXXXX.

XL.

JOannes Opicius Soncinas celebris Rhetor, & Grammaticus, de quo ſcribit Stephanus Fliſcus in Luct. Soncin. *Terminavit clariſſima Opiciorum Familia, à qua originem habuit Vir ille peritiſſimus Joannes, qui commodiſſimas Grammaticæ Regulas edidit*. Fertur equidem vulgaſſe, ut notat *Cavitell. in Annal.* anno 1497. Regulas Grammaticales ſub nomine Pyladis.

Hæ M. S. aſſervabantur in Muſæo Clariſs. Ovidii Montalbani Med. Phyſ, & J. U. D. Bonon. in foliis papyraceis 45. craſſiſsimos inter aſſeres ligatæ, ut confirmat *Laur. Legatus in Lycæo Herc. M. S.*

XL.

JAcobus Caſſianus Presbyter, Victorini Feltrenſis Viri eruditiſſimi Auditor. *Multùm* (ut ſcribit Philelphus, qui aliàs malè de Cremonenſibus locutus eſt epiſtolarum lib. IV.) *ac diù humanitatis artibus operam dedit*, in quibus aliqua, quæ tunc cum voluptate legebantur, ſcripſiſſe perhibetur. Dicitur autem ne dum Cremonæ, ſed & Ticini amæniores profeſſus literas, ubi amiciſsimum habuit Catonem Saccum *clariſſimum*, (ut Philelphi verbis utar) *& J. C., & Oratorem, & Philoſophum*. In pretio erat anno MCDXL. quo memoratus Philelphus ad ipſum literas dedit citato in libro ſuperſtites datas III. Kal. Octobris, & pridiè non. Novembris: Quarum poſtremæ familiaritatem Philelphi cum Caſſiano contractam atteſtantes, & ipſi Theodori Gazæ doctiſsimi Viri amicitiam ineundam ſuadentes in ejus laudem, huc ſpectant: *Franciſcus Philelphus Jacobo Caſſiano Presbytero Cremonenſi S. D. non tàm mihi moleſtum fuerat, quod ſerius meos mihi libros* (Mathematicorum, & Euripidis Tragædias fuiſſe colligitur ex præcedenti ad Caſſianum Epiſtola) *reddendos curares, quam in præſentia, & ineundum eſt, in primiſque ſuaviſſimum, quòd tàm modeſtè, tàmque perhumanè literas ad me dederit, quibus te non modò expurgaris, ſed totum ſanè meum, & eſſe; & fore oſtenderis. Quare cum tuam excuſationem, tùm multò magis te ipſum non invitus admitto. Itaque vel Victorini noſtri, vel tui ipſius cauſa omnia de me tibi potes affatim polliceri, quæ & uſui tibi, & honori futura ſunt. Et de his ſatis. Venit iſtuc nuper, ut ſcis, Theo-*

Theodorus Gazes Vir certè, & diſertus, & eruditus, quem & ſi certè ſcio, non amabis ſolum, ſed cumulatiſſimè amabis; tamen mea etiam cauſa velim ità ames, ut nulla prorſus fieri queat ad amorem acceſſio. Hoc erit mihi tàm gratum, quàm quod omnium maximè. Vale ex Mediolano pridiè non. Novembris 1440. Vivebat adhuc anno 1450. ut ex ejuſdem Philelphi literis tunc datis pridiè non. Octobris arguitur lib. VII. Epiſtolarum.

XL.

JOannes Philippus Melius Eques amœniſſimi ingenii, ac exquiſitiſſimæ doctrinæ Juriſperitus, Franciſci Sfortiæ à Conſiliis, & cujus auſpiciis Ticini Præturam adminiſtravit hoc anno ab ipſo Principe generoſo, equè ac omnibus virtutum numeris illuſtri, honorificis privilegiis decoratur, Meliorum antiquiſſimæ Genti auxit ſplendores. item

Balthaſſar Melius Eques, cui in legibus enucleandis fælicitas multa fuit, anno 1470. ejuſdem Urbis Prætor omnium Civium cauſas rectiſſima Juſtitiæ lance æquavit.

Ex Familiæ Meliæ Monumentis.

XLI.

FRanciſcus Sfortia Mutii, ſeu Jacomutii Attenduli, Militis Fortiſſimi, Sfortiæ cognomento, F. Mediolani Dux anno quadrageſimo nono ſuprà quadringenteſimum, & milleſimum, Princeps ingenio propè divino, magnanimitate, eloquentia, & fortitudine, tùm pacis, tùm belli tempeſtatibus admirandus, Cremonæ dominium obtinuit, quum inauditis Cremonenſium omnium plauſibus Matrimonio Blancam Mariam Philippi Mariæ Vicecomitis F. duxiſſet, ſolemniori quidem pompa, & apparatu in Ædibus Divi Sigiſmundi in Proaſtiis die 25. Octobris 1441. Fæliciſſimi Connubii monumentum ſervat etiamnum lapis penès aram majorem ſic exculptus

Franciſcus Sfortiæ F.
Ex Sforc. Familia
I. Mediolani Dux
Blancam Mariam
Philippi Vicecomitis F.
Heic ſibi Ux. adiunxit,
Idque per Verba, & Annul.
Ex more ſignificavit
Anno à Chriſti Concep.
MCDXLII.

Corrigenda tamen anni appoſitio in MCDXLI., & etiam emendandus *Merula in Sanctuario*, ubi de Templo S. Sigiſmundi verba facit.

Tanti

Tanti Principis acta, ejuſque obitum ex hydrope ſecutum die 8. Martii 1466. præter cæteros Oratores, Poetas, & Chronographos deſcripſit *Johannes Simoneta* in pleno Volumine *Sphortiadi* inſcripto, quod typis editum evulgatur. Apud *Petrum Opmeerum in Opere Chronographico ad annos Chriſti* 1410., habebit Lector arborem Genealogicam Familiæ Sfortiæ: Nobis itaque ſufficiat recenſere, quæ ad Patriæ noſtræ rectiſsimam adminiſtrationem pandidit die 9. Novembris 1457.

Decreta

Hæc in Codice Statutorum Municipalium edita leguntur; Nec ſunt ad laudem Urbis noſtræ omittenda, quinimmò plerumque ſæpiùs repetenda verba, quæ inter alia in præfatione Decretorum leguntur.

Inter cæteras verò ditionis noſtræ Urbes, quarum Principatum divina clementia obtinemus, Cremonam, *utique dileximus ſemper, & amavimus, & quantum dici poſſit omni ſtudio proſequimur, hæc enim Principatus noſtri initium, hæc cauſa ad conſequenda hujus dominii noſtri jura, hæc ad victoriam inſtrumentum, hæc denique in medio rerum ardore ſuſtentaculum nobis fuit, cujus conſtantiſſimam fidem, & animi integritatem omni officio in omni fortuna ſumus experti, quo fit, ut de ea præcipuam gerere curam debeamus &c.*

In Eruditorum ſtudium neque ſubnectere pigeat tabulas receptas per Donatum de Applano Mediol. Notarium, ex quibus conſtat pro dote Blancæ Mariæ Cremonam unà cum Oppido Pontremuli Franciſco Sfortiæ fuiſſe traditam.

In Nomine SS., & Individuæ Trinitatis Fideliter amen. Anno Incarnationis D.N.J.C. 1441. *Indictione quinta ſecundum curſum Cremonenſem, die Mercurii vigeſima quinta Menſis Octobris cum inter Illuſtr., & Excellentiſs. D. Franciſcum Sforziam Vicecomitem Cutignolæ, & Axiani Comitem, ac Marchionem Marchiæ Anconitanæ &c., & Illuſtrem, & Inclytam Dñam D. Blancam Mariam filiam Illuſtriſs. Principis, & Excell.mi D D. Ducis Mediolani &c. de voluntate, conſenſu, & auctoritate Procuratorum præfat. D. Ducis Patris ſui, hodie paulò ante contractum ſit ſolemniter matrimonium per verba de præſenti, ſicuti conſtat publico Inſtrumento per me Notarium infraſcriptum rogato, & pro ipſius D. Blancæ dote deliberaverit, ac diſpoſuerit præfatus D. Dux eidem Comiti tradere, & dare Civitatem Cremonæ cum Territorio Cremonenſi, & aliis ut infra modis, & conditionibus infraſcriptis pro tanto nunc Magnifici, & Spectabiles Viri D. Araſminus de Triulcio; D. Franciſchinus de Caſtiliono, Vitalianus de Borromæis, Petrus Vicecomes, Franciſcus de Landriano; Marcus de Sichis, & Euſebius de Caymis, & ipſorum quilibet Oratores præfati D. Ducis; & ejuſdem Procuratores ſpeciales ad infraſcripta omnia, & ſingula legitimè conſtituti per literas patentes ipſius D. Ducis datas Mediolani die ſexta Octobris præſentis, & ſignatas Joannes Antonius, Procuratorio nomine ejuſdem D. Ducis, & pro eo aſſerentes ipſorum Mandatum*

tum

tum eſſe legitimum, & ſufficiens ex certa ſcientia nulloque errore Juris, vel facti ducti, & omni modo, Jure, via, & forma, quibus melius potuerunt, & poſſunt, tradiderunt, dederunt, & conceſſerunt, atque tradunt, dant, & concedunt, ac cedunt, & transferunt, atque mandant in dotem, & pro dote, & ex cauſa dotis ipſius D. Blancæ Mariæ præfato Illuſtri Com Franciſco ibidem præſenti ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & deſcendent. ex ipſo Comite, & præfata D. Blanca, & ſuccedentibus in dote de Jure communi Civitatem Cremonæ cum omnibus ſuis fortilitiis, & cum terris, Rocchis, Caſtris, Villis, Oppidis, Territoriis, & diſtrictis ejuſdem Civitatis, & hæc omnia citrà Abduam, & Padum tantùm, intelligendo etiam per dicta Terras, Territ., & diſtrictum illa videlicet, quæ à præfato D. Duce tenentur tantùm, ita ut Illuſtriſs. D. Marchio Mantuæ, & Terræ, quæ per ipſum tenentur, vel tenebantur, nullo modo in ſupraſcripta datione in dotem comprebendantur, & ſimiliter Magnificus Rolandus Marchio Pallavicinus, & ejus Terræ, atque Magnificus Comes Guido Torrellus, & ejus Terræ nullatenus in dicta in dotem datione comprebendantur, & ſimiliter omnes alii Pheudatarii, ſi qui ſunt, nullatenus in prædicta in dotem datione comprebendantur, immò omnes ipſi Pheudatarii, & ipſæ terræ ſuæ ab ipſa datione in dotem intelligantur, & ſint excluſi, & excluſæ omninò, exceptis tantùm ab iſta generali excluſione Pheudatariorum ſalvis manentibus tribus præcedentibus ſpecialibus excluſionibus, Terris, & Fortilitiis Magnifici Zaliani Furlani, & aliis datis per præfatum Illuſtriſs. D. Ducem cuivis Capitaneo Conductori, Squadrerio, vel Armigero, ſi quæ ſunt in Cremonenſi intrà Abduam, et Padum datæ, quæ omnes Terræ Zaliani, et prædictorum aliorum Capitaneorum, Conductorum, Squadreriorum, et Armigerorum dat. in Cremonenſi, ut ſuprà non obſtante prædicta generali excluſione, ſivè Pheudales reperiantur, ſivè non, omninò intelligantur in ſupraſcripta datione in dotem venire, et comprebendi: Intelligendo etiam, quòd in prædicta in dotem datione non intelligantur ex omnibus illis Terris Crèmonenſibus, quæ tenentur à D. Comite Franciſco, niſi illæ, quas adjudicari contingat per ipſum Comitem in Sententia pacis præfato D. Duci, quæ adiudicatæ tantùm intelligantur in prædicta in dotem datione venire, et includi à die vero non intelligantur etiam Terræ Territorium, et diſtrictum prædicta in temporalibus tantùm; Ita ut nullatenus comprebendantur in prædicta in dotem datione aliquæ terræ, quæ ſint, vel dici poſſint de Diæceſi Cremonenſi tantùm, ſivè Cremonenſes in ſpiritualibus tantùm, exceptis demùm à dicta datione in dotem omninò Terra, Caſtro, & Fortilitio Piceleonis cum omnibus ſuis Juribus, & pertinentiis, quę nullatenus in prędicta in dotem datione comprebendantur; Immò remaneat penitùs ab ipſa Civitate, omnique ejus imperio liberata, & in totum ſeparata. Et ſimiliter nullo modo in ipſa in dotem datione comprebendatur Terra Mozzanicę cum ſuis Juribus, & pertinentiis, ut ſuprà dictum eſt de Piceleone. Et ſimiliter in dotem dederunt, ut ſuprà Terram, et Oppidum Pontremuli cum ſuis Caſtris, Rocchis, Fortiliciis, Territorio, et diſtrictu

prout

prout ab ipſo D. Duce tenentur, et habentur, et cum prædictorum omnium datorum ut ſuprà Imperiis meris, et mixtis, et omnimodis Juriſdictionibus, et Officio Judicis, et aliis quibuſcunq; Juribus ipſis Civitati, terris, et locis, ac eidem D. Duci competentibus eo tenore, quòd de cætero ipſe Illuſtr. Comes Franciſcus, ipſaq; D. Blanca Uxor ſua cum eorum communibus deſcendentibus per dictam Civitatem, Terras, et bona in dotem data cum eorũ juribus, et pertinentiis ut ſuprà habeant, teneant, poſſideant, et gaudeãt, et habere, tenere, ac gaudere, et diſponere poſſint titulo præſentis dationis in dotem abſque ulla contradictione præfati D. Ducis, ſuorumq; hæredum; et ſucceſſorum, ſecundum naturam contractus dotalis de Jure Communi uſque ad tempus reſtituendæ dotis, ſi unquam contingeret (quod Deus avertat) cedentes, dantes, atque transferentes, et mandantes prędicti Procuratores, et Mandatarii, et quilibet eorum, dicto nomine præfato Comiti Franciſco præſenti, ſtipulanti, et recipienti omnes actiones utiles, et directas, et omnia Jura agendi, et defendendi præfato D. Duci quomodolibet competentes, et competentia inde pro, et ſuper prædictis omnibus ſuperiùs in dotem datis. Et conſtituentes dicti Procuratores dicto nomine præfatum D. Ducem tenere, et poſſidere vel quaſi omnia prædicta ſuperiùs in dotem data nomine præfati Comitis Franciſci, et pro eo, donec ipſe Comes poſſeſſionem, et tenutam prędictarum Civitatis, Terrarum, locorum, et Jurium, ac bonorum ſuperiùs in dotem datorum intraverit, et apprehendiderit corporalem per ſe, vel per alium, quam ex nunc Intrandi, et apprehendendi, et deinceps retinendi, dominandi, et habendi dicti Procuratores dicto nomine eidem Comiti Franciſco præſenti, et recipienti plenam, et omnimodam dederunt, et conceſſerunt, ac dant, et concedunt facultatem, authoritatem, poteſtatem, et bayliam, feceruntque, et faciunt, ac conſtituerunt præfatum Comitem Franciſcum Procuratorem ejuſdem D. Ducis in hanc rem ſuam, ac ipſum Comitem in locum, Jus, et ſtatum ipſius D. Ducis in prædictis, et rationem prædictorum poſuerunt, et dimiſerut, promittentes quoque dicti Procuratores nomine, quo ſuprà, quòd ipſe D. Dux, et ſui, ut ſuprà, contrà hanc dationem in dotem palàm, vel occultè, directè, vel per obliquum, per ſe vel per alium ullo unquam tempore non venient, nec facient, immò ratam, et firmam omni tempore habebunt, et ſervabunt, et ab omnibus defendent pro ſuo dato, et facto tantum; Et quòd præfatus D. Dux Jus ſuum de prædictis, vel aliquibus dictorum alteri non conceſſit, Ita quòd ad nihil aliud omninò teneatur. Qui quidem Comes Franciſcus pro ſe, hæredibus, et ſucceſſoribus ſuis prædictis Procuratoribus, & mihi Notario infraſcripto tamquam perſonæ publicæ nomine ipſius D. Ducis, nec non ſupraſcriptæ D. Blancæ Mariæ, aliorumque omnium, quorum intereſt, vel intereſſe poterit ſtipulantibus, & recipientibus ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum, etiam illorum, quæ ſub obligatione generali non cadunt, obligavit, & promiſit etiam in fidem veri, & juſti Principis cum Juramento ad S. Dei Evangelia, manu corporaliter tactis ſcripturis, quòd eveniente quovis caſu reſtituendæ, ſequeſtrandæ, vel alio modo dimittendæ dotis, prædicta omnia, et ſingula in dotem data, realiter bona fide, et expeditè dictus

Comes, vel ejus ſucceſſores reſtituent, relaxabunt, et dimittent cuicunq; de Jure communi reſtituenda, relaxanda, et dimittenda fuerunt ſine ulla prorſus exceptione, contradictione, vel expenſarum, vel aliorum quorumvis retentione: Inſuper juraverunt, et jurant dictæ partes viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus intervenientibus ad invicem, Una videlicet ad inſtantiam alterius, nomine quo ſuprà, et altera alterius ſub obligationibus omnium bonorum præfati D. Ducis, ac præfati D. Comitis ad S. Dei Evangelia, manu corporaliter tactis ſcripturis, videlicet dicti Procuratores in animam D. Ducis, et dictus Comes Franciſcus in animam ſuam, quòd ipſe D. Dux, et dictus Comes attendent, et oſſervabunt omnia, et ſingula quæcunque in præſenti Inſtrumento contenta, et nullo tempore, nullaque ratione, vel cauſa, et quovis modo directè, vel indirectè contravenient, nec facient, ſed omni tempore rata, & firma habebunt, & tenebunt ſub refectione, & reſtitutione omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe. Renunciantes dicti Procuratores dicto nomine, ac etiam ipſe Comes Franciſcus exceptioni non facti præſentis Inſtrumenti dati in dotem, & non factarum dictarum promiſſionum, & obligationum, & prædictorum omnium, & ſingulorum non ſic actorum, et factorum, omnique probationi, & defenſioni in contrarium: Actum apud Eccleſiam, et in Abbatia S. Sigiſmundi extrà, et propè Cremonam, præſentibus Magnificis ſpectabilibus Viris D. Aloyſio de S. Severino, D. Nicolao de Montaneo milite, Joanne de Bordolano fil. qu. Balzarini, Dionyſio de Biliis. D. Bartholamæo de Roncarolo nunc Poteſtate dictæ Civitatis fil. qu. D. Lucboti, Petro de Landriano fil. qu. D. Antonii, Lampugnino de Birago fil. qu.... Angelo de Simoneta fil. qu. D. Gentilis, D. Joanne de Craſſolinis de Amelia legum Doctore fil. qu. D. Ugolini, Troilo de Muzzo de Roſſano fil. qu. Rugerii, Thomaſio de la Cruce fil. qu. D. Franciſci, et quampluribus aliis notabilibus Viris teſtibus notis, idoneis ad præmiſſa vocatis, et rogatis &c.

XLI.

BLanca Maria Philippi Mariæ Mediolani Ducis F. anno 1425. ab Agnete ex Nobiliſſima Mainorum familia orta in loco Septimi Agri Ticinenſis, inter Cremonenſes Heroides erat connumeranda, quippè in Patria noſtra eidem à Patre (ut vidimus) pro dote conſtituta unà cum inclyto Viro ſuo, ſuperiori loco memorato, glorioſè geſſit imperium, pietate, moribus, invicto animo, graviq; facundia, & vultus majeſtate commendabilis, magnificè, parique liberalitate, & religione Sacras Ædes, & Monaſteria à fundamentis erexit in hac Urbe ſua pro Aſceteriis Divæ Monicæ, & ſub titulo SS. Corporis Chriſti dicatis: Item in Suburbiis pro Monachis Hieronymianis celeberrimum Templum, & inſigne Archiſterium, Divo Sigiſmundo Sacrum, adauxit, quorum innumera præſtabilium Pictorum Opera deſcribuntur à Fratre meo Chariſſimo D. Deſiderio in eodem Monaſterio hoc anno 1695. Moralium Lectore. Tot beneficiorum teſtimonia ſcribuntur in marmore penès Altare Majus talis exempli *Plan-*

Planca Maria
Franc. Sfortiæ Ux. VV. P.Q.
Aram, atque Ædem
Fęlic. Matrimonii M. F.C.
Hieronyminianiſque Monach.
Ædit: ac Sacr. Miniſtris
Victum annuum de ſuo
H.E. decrevit legavit
An. A. CCCIↃCDLXIX.

Poſt mortem Conjugis boni regiminis amans, condidit & ipſa *Decreta*,

Quorum pars habetur in libro inſcripto Antiqua *Ducum Mediolani decreta*.

Anno 1468. die 23. Octobris in Oppido Melegnani piè deceſſit. Tantæ Duciſſæ geſta plerique ſcribentes adnotarunt, & inter primos Jacobus Philippus Bergom. in libro de Claris Mulieribus, *Julius Cæſar Capacius in Elogiis Mulier. Illuſtrium*. Extat in Literis Pii II. Summi Pont. Epiſt. quinquageſima ad eandem directa, ne obſtaret Viro eunti pro fide contrà Turcas. *In Hiſt. Cremonæ Antonii Campi lib.* 4. Franciſci, & Blancæ Effigies apprimè delineatæ exprimuntur. Monachos S. Sigiſmundi (ubi nunc Præſul reſidet moderatione animi, & virtutibus omnibus prædicandus P. D. Evangeliſta Biſſus, cujus humanitati permulta debeo) quantum cordi haberet, dilucet ex ectypo ſequentis diplomatis, cujus archetypon apud eoſdem ſervatur.

Blanca Maria Vicecomes Duc. Med. Papiæ, Angleriæque Comit. ac Januę, et Cremonæ Domina &c.

Si receptis plurimis, et maximis benefitiis de manu Omnipotentis, et Miſericordis Dei, nos, qui potuimus, gratique animi indicia pręſtitimus in reſtaurandis, ædificandis, propagandis, decorandiſq; Sacris Locis, et Religioſas perſonas utriuſque ſexus immunitatibus, privilegiis, et ornamentis noſtris ſtudioſè proſecuti ſumus; ut cum impares nos ad perſolvendas Divinæ Majeſtati condignas pro tantorum cumulis meritorum gratias eſſe intelligamus, devoti ſaltem animi Officium his operibus exerceamus, quantò dignior, et boneſtior, pariter et efficacior apud nos eſſe debet cauſâ Vener. Monaſterii S. Regis, et Martyris Sigiſmundi extrà, et propè Civitatem noſtram Cremonæ, cujus loci memoria nobis, et Poſteris noſtris ſummo cultu, ſummaque veneratione ſemper proſequenda eſt. Nam cum in eo loco, Deo fautore, Sponſalitiorum noſtrorum tunc cum Illuſtriſſimo, et Pręcordialiſſimo Conſorte noſtro matrimonio copulatę ſumus, ſolemniter, fæliciter celebrata fuerint, conſtante id profecto aſſeverare poſſumus: Inde Principatus omnis noſtri, et numeroſę præclariſſimę ſobolis noſtræ, nobis omnibus theſauris, et vita denique ipſa charioris, auſpicia, fauſto, fęlicique eventu ſupernè nobis data eſſe. Jure igitur optimo Monaſterii ipſius S. Sigiſmundi Diæceſis Cremonen., et religioſam in eo vitam ducentium Venerab. Mo-

nachor. utilitatem, Ornamentum, commoda, dignitatemq; augere, cordi maximè habentes, ut non nuda, ſed munere, et beneficio noſtro inſignita ſit ſacræ deſponſationis in eo loco noſtrę memoria, intelligantq; Vener. ipſi Monachi gratiſſimas nobis eſſe, quas pro incolumitate prędibati Illuſtriſs. Conſortis, et noſtra, et prolis meę, et fęlici rerum noſtrarum directione, vigili ſtudio preces pias ad Deum effundunt. Ad ejuſdem igitur Dei Omnipotentis gloriam, et honorem, et Glorioſiſſimę ejuſdem Genitricis Marię, ac Beatiſs. Eccleſię Doctoris Hieronymi, nec non et victorioſiſſimi Regis, et Martyris Sigiſmundi, in cujus honorem fabricare jam cæpimus nobilem Eccleſiam, & inſigne Monaſterium juxtà Civitatem noſtram Cremonæ, illamque, & illud dotare, ac reddituare ſufficienter intendimus pro ſalute, & merito Illuſtriſs., ac præcordialis Conſortis noſtri, noſtrarumque animarum, & ut pietas Divina dignetur ſtatum noſtrum cum prole noſtra univerſa augere, & conſervare; Ex certa ſcientia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, & motu proprio, ac de beneplacito, & voluntate præfati noſtri Illuſtriſs. Conſortis Priorem, Monachos, Fratres, Converſos, & Commiſſos, Capitulum, & Conventum cum univerſis familiaribus, & recomandatis dicti Monaſterii S. Sigiſmundi Cremon. Ordinis Monachorum Heremitarum ipſius S. Hieronymi, ac ejuſdem Monaſterii, Poſſeſſiones, Domos, ac omnia, & ſingula tàm mobilia, quàm immobilia bona, & Jura præſentia, & futura, & quæ impoſterùm per nos, proſteroſque noſtros donari, ſeù per ipſos quomodolibet acquiri, & poſſideri continget: Et eorum Maſſarios, Molinarios, Fictabiles, Inquilinos, Colonos, Penſionantes, Tabernarios, Melegarios, ac ipſum Monaſterium ſub noſtram noſtrorumque Succeſſorum Dominorum Mediolani, & Cameræ noſtræ, noſtrorumq; Communium Mediolani, & Cremonæ protectione, & defenſione recepimus, et recipimus, & tenere, ac tenerifacere volumus, et jubemus perpetuis temporibus Ita, et taliter, quòd ſervata omni libertate, gratia, et immunitate ſibi competentibus, & competituris, tàm à Jure Canonico, quàm Civili, ſeù etiam ab Apoſtolica Sede, gaudeant omni privilegio ſtatutorum proviſionum, ordinamentorum, libertatum, gratiarum, et immunitatum præſentium, & futurorum noſtrorum, & Communium Mediolani, & Cremonæ in omnibus ſuis juribus, & ſingulis petendis, conſequendis, defendendis, & conſervandis, ac ſi eſſent de corpore ſuppoſito juriſdictionibus Poteſtatum noſtrorum, & Communium Mediolani, & Cremonæ, eiſq; tale jus fiet, et obſervetur per quemlibet Juſdicentem noſtrum, & omnibus, et ſingulis partibus, & Territoriis noſtro Dominio ſubjectis, quemadmodum fieri, et ſervari deberet juribus Cameræ noſtræ ſpectantibus, & etiam magis ſummarium, & expeditum. Concedimus quoque, & diſpenſamus, ac decernimus equidem, & libenter, quòd perſonæ quælibet de bonis ſuis tàm mobilibus, quàm immobilibus poſſint, & valeant elargiri, ac donare eiſdem Monaſterio, Priori, Monachis, Capitulo, & Conventui, et in ipſos tranſferre quovis titulo, et ipſi ea acceptare, tenere, et poſſidere, et Idonei Notarii opportuna ſuperindè Inſtrumenta conficere, & eis teſtes, & Secundi Notarii intereſſe poſſint, et valeant tutè, liberè, et impunè

decretis,

decretis, ordinibus, et ſtatutis in contrarium editis, ſeù fiendis in futurum nequaquam obſtantibus quibuſcunque, quibus in hac parte duntaxat ex certa ſcientia derogamus; Et ut etiam majoribus favoribus proſequamur dictos Priorem, Monachos, Fratres, Capitulum, et Conventum, Familiares, recomandatos, Molinarios, Maſſarios, Penſionantes, Fictabiles, Inquilinos, Colonos, Melgarios, et Tabernarios cum poteſtate vendendi panem, et carnes, et prædicta omnia, poſſeſſiones, et bona dicti Monaſterii cum totis, et univerſis territoriis, et Juriſdictionibus quantaqq; et qualiaqq; ſint, et ſub quibuſvis nominibus bonorum nuncupentur, et cohærentiis cohærentientur, et omnia, et ſingula tàm mobilia, quàm immobilia, et Jura dicti Monaſterii præſentia, et quæ in futurum acquiri continget, et omnes habitatores in eis, et eorum res, et bona, ac fructus, fœtus, proventus, et redditus facimus, et creamus exemptos, et immunes, et liberos, et liberatos, ac pro exemptis, immunibus, et liberis, abſolutis, et liberatis volumus, jubemus, et declaramus haberi debere, ac habeantur, et tractentur, ac reputentur perpetuò à Camera noſtra, et à Communibus Civitatum Mediolani, Cremonæ, Papiæ, Laudæ, et à quocunq; alio Cõmuni, et à quaqq; alia Civitate, et Univerſitate ab omnibus, et ſingulis oneribus, condiciis, taleis, impoſitionibus, factionibus, mutuis, ſubventionibus, ſive contributionibus, reparationibus, et omnibus quibuſcunque realibus, perſonalibus, atque mixtis, ordinariis, et extraordinariis, et taxæ equorum, bubulcorum, & carrigiorum, datiis, pedagiis, gabellis, etiam ferraricia, et macina, & imbottaturis, et à quibuſvis aliis oneribus, & angariis cujuſqq; vocabuli, ſivè maneriei ſint, & nuncupentur impoſitis, & de cætero imponendis. Ita, & taliter, quòd etiam omnes fructus, redditus, fœtus, & proventus omnium bonorum, & poſſeſſionum dicti Monaſterii præſentes, & futuri, eorumque greges, & animalia, & cætera eorum bona, ſcilicet fructus poſſeſſionum conduci poſſint ad Civitatem Cremonæ, Papiæ, Laudæ, Mediolani, & per quaſqq; terras, & ad quæqq; loca Dominio noſtro ſuppoſita, & ab eiſdem etiam reduci valeant ubiqq; eis placuerit ſine ſolutione cujuslibet datii, gabellæ, pedagii, pontis, portus, traverſi, & cujuſqq; alterius oneris, & quòd quæqq; neceſſaria pro uſu dictorum Prioris, & Conventus, Monaſterii emi valeant, & conduci tàm per terram, quàm per aquam à quibuſqq; partibus, & per quaſqq; partes Dominio noſtro ſubjectas, ad eorum loca ſimiliter abſque aliqua ſolutione cujuslibet gabellæ, pedagii, pontis, & traverſi: Similiter declaramus, jubemus, & volumus, quòd prædicti Maſſarii, Melegarii, & alii ut ſuprà, pro quibuſqq; beſtiis emendis, & vendendis præſerventur immunes, & exempti à quibuſcunq; datiis, dummodò beſtiæ alienandæ ſint ſuper præmiſſis bonis natæ, vel diù operatæ, & emendæ ſint pro uſu colendi, & utilitatem prædictorum Monaſterii, & bonorum cedant: Et ut cunctis utilitatibus, ſeù commoditatibus, & placitis ſupradictorum Prioris, & Fratrum vigilantiùs intendere cognoſcamur, concedimus eiſdem, et perpetuò elargimur, et volumus, quòd pro uſu, commodò, et eorum beneplacito liberè, tutè, et impunè ſine aliqua præſtatione, ſeù contributione pecuniæ, et abſque alicujus licentia eis liceat, et jure

perpe-

perpetuo valeant in loco ſibi magis congruo accipere, derivare, & derivari facere per quælibet loca magis opportuna de aqua Navigii Communis noſtri Cermonæ ad uncias decem continuè decurſas, eaque uti, gaudere, et pro ſuæ libito voluntatis diſponere valeant, de ea facere quicquid voluerint, abſque eo quòd eis poſſit aliquid peti, vel requiri, nec ſuper præmiſſis per aliquam perſonam valeant moleſtari. Mandantes univerſis, & ſingulis Officialibus, & Subditis noſtris præſentibus, & futuris, ad quos ſpectat, & ſpectare poſſit, quatenùs has noſtras conceſſionis, et gratię literas obſervandum formiter, et inviolabiliter obſervari faciant, nec aliquid contrà earum tenorem attentent, nec attentare pręſumant, ſeù attentari permittant ſub indignationis noſtrę pęna. In quorum teſtimonium præſentes fieri, et regiſtrari juſſimus, noſtrique Sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die prima Septembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto.

Subſcripta Antonius Gallaſius &c.

Obſignatur albicante cera Vicecomitum ſtemmate formata, & æneæ bullæ præſidio munita, exteriùs deſcriptis tribus annulis, malo punico, & penicillo, ſivè ſcopis. Ornatur extimum paginæ latus florido ſedo (vulgò ſemprevivo) literulis hiſce circumſcriptis: Mich. Zaic. Prætereà citimi folii faciem illuſtrat ſol radiis undequaque coronatus. Additur etiam circumvolans Columba. Pendet è ſericeo, ac rubricanti funiculo in medio paginæ ſigillum.

In Libro Statutorum Papiæ inter decreta, Blanca Maria ſe priùs ſcribit Cremonæ dominam, quàm Mediolani Duciſſam ad diem 25. Aug. 1466. ſimili methodo. *Blanca Maria Cremonę domina, Galeazius Maria Sfortia Vicecomites Duces Mediolani, Papiæ, Anglerięque Comites, ac Januę Domini. &c.*

XLI.

FErdinandus Sylva Muſarum dulcis Alumnus, & amæniorum literarum cultor impiger, Comædiam promulgavit nuncupatam

L'Amante Fedele.

quæ publicè, & honorificè à Nobilibus Concivibus inter nuptiarum plauſus Blancæ Mariæ cum Franciſco Sfortia expoſita fuit.

Floruit etiam ex hac progenie annis 1572. Nicolaus, de quo *Alexander Lamus in ſomnio Cant.* 2. canit

Nicolò Silva poi di Virtù nido
Ch' al Viſconte, & à Carlo almo, e beato
Fù, & hora al Rè di Spagna è così fido,
Ch' Ei nel ſuo degno Ufficio è ſempre ſtato &c.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3. memorat anno 1544. Hieronymum Sylvam Equeſtrium, & Pedeſtrium Turmarum Præfectum, contrà Petrum Strozzium nomine Francorum Regis in Mediolanenſem Provinciam irruentem, cujus & meminit Jovius in ejus Hiſt. anno prædicto libro 45.

Viret

Viret & nunc in Patria, ac perenni palmarum diademate inſignitus virebit alter Hieronymus Sylva Eques S. Jacobi, qui ſtrenuè poſt omnes militares gradus emenſos, ut fortem militem decet, Præfecturam Italicæ legionis geſſit in Belgio; Invictus etiam, quum diuturnum carcerem apud Hoſtes perpeti coactus fuit, nam Gallus, qui neminem timebat, ne denuò in Caſtra deſcenderet, illum etiam in deditione timere cæpit, cum vinceret. Onuſtus gloriæ ſpoliis ſe ipſo tantum, terroreque Hoſtium contentus, fama duce, reddidit ſe Patriæ, nihil fermè, quòd ſummæ moderationis fuit à Belgio referens præter vulnera muneribus chariora; ut loquitur Joſeph Guarnerius Levir mei amantiſſimus tunc Accademiæ Illuſtratorum Princeps, nunc Soc. Jeſu in præfatione ſuarum Philos. Theſium, quas eidem fortiſſimo Equiti dicavit. Noviſſimè etiam hiſce Pedemontii bellorum temporibus Supremi Mediolanenſis dominii Moderatores ejuſdem in rebus arduis ſuſcepta libentiſſimè oracula, quin exequantur, non dubitant, quinimmò ipſum Arcibus Valentiæ primùm, demùm Novariæ, ut Hoſtium propinquas obſidiones depelleret, præfecerunt.

Tanti Viri promeritas laudes exprimentia innumera adſunt ſcripta teſtimonia, verùm hìc pauca referam. De hoc enim plura dicemus, cum in altero noſtro volumine Cremona è literaria paleſtra in martialem arenam erumpet.

CARLO CAMPI del Conſeglio di Guerra, Maſtro di Campo di un Terzo d'Infanteria Italiana, et Sergente Generale di Battaglia per Sua Maeſtà Cattolica N. Signore in queſti Stati di Fiandra, &c.

Certifico, et faccio fede, come conoſco, et hò veduto ſervire il Sig. Capitano Geronimo de Silva, Cavaliere Cremoneſe preſentemente del mio Terzo da tredeci anni à queſta parte, da Soldato, d'Alfiere della Compagnia del Capitano Lampugnani, d'Alfiere della Compagnia del Maſtro di Campo il Marcheſe di Bentivoglio, poſcia con patente di Sua Altezza Ser.ma l'Arcbiduca Leopoldo fatto Capitano, eſſendoſi ritrovato in tutte le occaſioni con ogni puntualità, che in detto tempo ſi ſono rappreſentate, diportandoſi ſempre come bravo, et valoroſo Soldato. Particolarmente nell'entrata, che ſi fece con l'Eſercito in Francia. All'aſſedio, et preſa di Rocroy, dove fù comandato all'aſſalto d'una mezza Luna, che ſe ne impadronì; All'aſſedio d'Aras comandato parimente all'aſſalto del Corno manco del Corneverch, che con molto valore l'importò, fortificò, et ſoſtenne, et per queſta azione così rimarcabile Sua Altezza l'Arcbiduca le promiſe una Compagnia, che poſcia l'ottenne. Nella rotta, che haveſſimo, quando l'Inimico ci coſtrinſe levare l'aſſedio dalla detta Città d'Aras, fù fatto prigione con perdita di tutto il ſuo bagaglio, doppo due giorni ſe ne fuggì dall'Inimico, et di ſubito venne à continuare il ſervigio di S. M. Cattolica Noſtro

Si-

Signore ſenza addimandare alcuna aſſiſtenza alla Corte; Fù anche aſſediato in Landresì, dove mi coſta per relazione d'Ufficiali, che l'hanno veduto, & comandato, come habbia fatto molti ſerviggi particolari, ſpecialmente d'una copura nell'Orneverco, dove eſſo n'era il Capo, & violentemente aſſaltato con più aſſalti, difeſe il poſto con molto ſuo honore, & ſatisfazione de Superiori. L'iſteſſo oprò nell'aſſalto generale del Baluardo di detta Piazza, ove doppo volata la mina fù comandato alla breccbia, quale picca à picca valoroſamente la difeſe, coſtringendo l'Inimico à ritirarſi: Non fece meno nel ſoccorſo, che deſſimo alla Città di Valenziana, che all'attacco degl'Italiani fù de primi à paſſare li foſſi, & impaliſſate, col'entrare dentro il Cordone nemico, guadagnando una Bariera, qual mantenne, entrando per quella la noſtra Cavalleria, in queſta occaſione rimaſe ferito, come il tutto conſta per relazione, che il ſuo Maſtro di Campo diede alla Corte, & per atteſtazioni, che il detto Capitano de Silva tiene appreſſo di sè. S'è parimente trovato all'aſſedio, & preſa di Condè, all'aſſedio, & preſa di Santo Ghelin, ove fù comandato all'aſſalto della contraſcarpa di detta Piazza, che ſe ne impadronì, & fortificò; s'è trovato aſſediato nel Forte di Mardich, ove fece il debito d'un buon, e bravo Soldato, nella reſa di detta Piazza rimaſe prigioniere di guerra condotto in Francia, dove ci hà dimorato 18. meſi continui, nel qual tempo aſſiſtè li Prigionieri, maſſime gl'Italiani, & operato, che non ſi sbandaſſero, anzi fatto fuggire molti Ufficiali, e Soldati, per venire (come fecero) à continuare il ſerviggio di Sua Maeſtà, havendo conſumato molto de ſuoi denari, ſenza havere addimandato alcun aſſiſtenza alla Corte, che il tutto mi coſta; Eſſendoſi il detto Capitano de Silva in tutte le occaſioni diportato come bravo, & eſperto ſoldato, meritevole di quegli avvanzamenti, che S. M. Cattolica Noſtro Signore reſterà ſervita concedergli; in ſegno della verità del ſuo valore, e merito, à ſua richieſta, gli hò fatta la preſente certificazione, qual ſarà firmata di mia mano, & ſigillata con il ſolito ſigillo delle mie Armi.

Bruſelles li venticinque di Settembre 1664.

Sottoſcritta Carlo Campi &c.

Et ſigillata.

XLI.

JAcobus Ala tantus Vir fuit, ut eximiam ejus doctrinam eloquantur ſaxa ejuſdem cineribus impoſita in Eccleſia SS. Egidii, & Homoboni Cremonæ, id referente *Joſepho Breſſiano in Inſcriptionibus Patriæ.*

Jacobus Ala J.C. doctiſſimus Græcis, Chaldæis, Latiniſque literis clarus: Philoſophiam verò in Patria multos annos docuit, hìc tandem quieſcit anno Dom. MCCCCXLI. *die* XV. *Februarii ætatis ſuæ ann.* LXXI *Johannes Fel. P. D. H. M. P.*

Fælix

XLI.

FÆlix Buſchettus Præsbyter ſæcularis præſtitit ingenio eleganti, & lepido, atque in unum redegit volumen

Inſcriptiones marmoreas, &

Epitaphia, quæ ſparſim in Patria leguntur,

Quorum multa refert *Joſeph Breſſianus* in ſuis libris. Sanè Buſchetto plurimum debent eruditi, ac Poſteritas tota, cum ex Inſcriptionibus ab ipſo diligentiſſimè relatis permultæ præcipuè in ædibus, Foris, Viis, aliiſque locis fuerint abraſæ, deletæ, & deperditæ ob nova ædificia, vel ob Rectorum incuriam in maximum antiquitatis intertrimentum, & quod deterius eſt, ego metipſe in nonnullis Cænobiis ſimilia monumenta non abſque maximo mærore in culinæ uſus converſa reſpexi.

Simile Inſcriptionum nunc extantium Volumen accuratè collegit Frater meus dilectiſſimus D. Deſiderius Monachus Hieronymianus Congreg. Inſubriæ.

XLI.

ALbertus de Turrianis Carmelita Sacræ Theologiæ Magiſter omni doctrinæ, & probitatis laude conſpicuus, Divini Verbi Prędicator inſignis. ſcripſit

Sermones Prædicabiles ſuper Acta Apoſtolorum.

De Oris dignitate. Verè os humanum, ſi cum cæteris hominum membris diligenter conferatur, digniùs vocari poteſt. Hinc *Div. Ambroſius lib. 6. Hevan. cap.* 9. appellat. Sermonis aditum, Fontem diſputationis, aulam verborum, promptuarium voluntatis.

Alberti meminit *Breſſianus in Virt. Rav.*

XLI.

JAcobus Paveſius, non tàm Martis, quàm Palladis aſſecla invictiſſimus armis, literiſque ornatus, celeberrimi Nicolai Picenini Exercituum Imperatoris Viceſgerens, agmina fortiſſimè duxit, eaque regulis militaribus inſtruxit, ut novus Aſteropeus Homericus utraque manu belligeram, ac eruditam haſtam intorquere, & retorquere videretur, conſcripſit namque ſtylo peracuto, ac gravi non ſine ſumma ſua laude

De Caſtrametatione Antiquorum vol. 2.

à quibus fortaſsè Guillelmus à Choul antiquitatum diligentiſſimus indagator, in ſuo doctiſſimo libro de Caſtrametatione Rom. de ſumpſit ideam.

Laudatur *à Cavitello in Ann. ann.* 1441.

XLII.

VIncentius Cipellus Monachus Caſinenſis, & Abbas degens in Monaſterio S. Thomæ Cremonæ, Vir maximæ auctoritatis, & doctrinæ ſuæ Religioni totus addictus, haudquaquam ſæcularibus negotiis ſe implicuit. non enim ignorabat illud *Pauli act.* 6. *à Divo Ambroſio relatum operum Tom.* 4. *pag. mihi* 1005. 6. *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Eccleſiaſticus autem ſe probat Deo, ut huic devotum officium impleat, quod ſpopondit in Dei rebus ſolicitus à ſæculari negotio alienus, non enim convenit unum duplicem habere profeſſionem.* ſcripſit

De Religioſa Militia

Breſſianus in Hiſt. Eccleſiaſtica M. S., qui ejuſdem Monaſterii Priorem tali tempore memorat Andream Cipellum

Cavitellus in Annal. propè finem recenſendo multa de Monaſterio Sanctimonialium Ord. D. Benedicti Vallis Viridis nuncupato, nominat ſub anno 1437. Helenam de Cipellis, & anno 1516. Eliſabeth de Cipellis ambas Abbatiſſas.

Ex hac familia nunc vivit Amicus meus humaniſſimus Julius Cæſar Cipellus S. T. D. Bordulani Præpoſitus, virtutibus, & meritis clarus, de quo in Volum. III. loquar, ne videar inter nos à teneris, ut ajunt, unguiculis contractæ neceſſitudinis oblivioſus; uſu enim evenire ſæpiſſimè videmus (inquit *L G. Gyraldus in lib. parænetico adver. Ingratos*) quo fit, ut qui ex benevivendi, & virtutis vinculo ligantur, nunquam, vel rariſſimè diſſolvantur, & ingrati eſſe videantur.

XLIII.

ZAnettinus Zuccus non ſurdæ in literis famæ, in caſtis muſarum delitiis, ac in divinæ ſapientiæ tabulario ſuam mentem diſpendere viſus eſt, quippe ſuavi loquens verſu cecinit

Vitam S. Euſebii Abbatis Cremonenſis

Comœdias ſacras quamplures

Item ſoluta oratione digeſſit

De Vitiis evellendis lib. 2.

Edoctus noſter Author à *Divo Bernardo ſerm.* 59. *ſuper cantica*, ubi (Non poteſt, inquit, Virtus cum vitiis pariter creſcere; ergo ut illa vigeat, iſta creſcere non ſinantur; tolle ſuperflua, & ſalubria ſurgent; utilitati accedit quicquid cupiditati demit: demus operam putationi; putetur cupiditas, ut virtus roboretur.

Hujus eſt mentio apud *Breſſian. in V. R.*

Bene-

XLIII.

BEnedictus de Dovariis magna gloria Vir, magniſque rebus geſtis fuit ab Eugenio IV. Pont. Summo Epiſcopus Tripolitanus electus, anno verò circitèr 1455. Jacobi Antonii à Turre Epiſcopi Mutinenſis Initiator; vivebat adhuc anno 1463. quo interfuit pactionibus initis inter Epiſcopum Cremonenſem, & Carolum Aloyſium Tinctum ex altera, necnon & Canonicos Lateranenſes, ac Monachos Caſinenſes ex alia, ut ex tabulis recenſitis à *Breſſiano in Roſ., & Viol. pag.* 74.

Ugbellus in Ital. Sacr. Tom. 1. (ubi de memorato Antiſtite Mutinenſi) vocat eum perperam de Dovedris.

A Breſſian. in Roſ., & Viol. memoratur ad ann. 1104.

Tancredus de Dovariis Paſchalis II. Auditor.

XLV.

BArtholomæus de Borſonibus, Vir eſt profectò renovandæ memoriæ, cujus virtutes carminibus exprimit antiquus lapis in Eccleſia S. Antonii Urbis Vicentinæ

Proh dolor! hìc recubat nunc Borſo Bartholomæus
Grammaticus, nec non Rhetor, quem laude Cremona
Progenuit, fovit proprio quem lacte Poeſis,
Novit & Annales Romanos, & Peregrinos,
Deſtitit Auguſti trigeſima luce ſecunda
Luſtra ducenta dabat ſol octoginta novemque.

XLVI.

NIcolaus Cavitellus Zelioli, ſeù Ægidioli F. die ſeptimo Julii 1420. in Coll. J. C. adſcriptus Leonelli Eſtenſis Ferrariæ Marchionis Buleuta; in Jure nonnulla ſcripſiſſe fertur.

Campus in Hiſt. lib. 3. *ad ann.* 1446., qui perperam eum vocat Raymundini filium, cum mihi ex M. S. fide dignis conſtet filium fuiſſe Ægidioli, de quo fuit habitus ſermo.

Memoratur à Breſſian. in Coll.
Item in Syllabo J. C.

Hunc credo eſſe Nicolaum Cremonenſem Publicum Bononiæ Profeſſorem, de quo

Alidoſius in Doctoribus exteris. Anno 1436.

L.

GUillelmus de Villana Sacræ Paginæ Profeſſor, Ord. FF. Heremitarum S. Auguſtini bonæ doctrinæ Vir, qui haudquaquam egit inſubidè. poſt ſe reliquit opuſculum hoc titulo inſigne.

Reprobatio errorum.
cujus archetypon M.S. habetur in Bibl. Ambroſ. Mediol., ut mihi indicavit *Lud. Ant. Muratorius* in eadem meritiſſimus Vicepræſes, Amicus meus humaniſſimus.

L.

COſmas Raymundus, forſitan ille, de quo infra fuit mentio, ſua ætate Oratorum, & Poetarum peritiſſimus, cujus ingenii monumenta leguntur inter M.S. Ambroſ. Bibl. lit. X. num. 337.

De laudibus eloquentiæ Ad Ant. Canobium Mediolanenſem

Carminum Epiſtolæ duæ (doctrinales quidem) altera ad Ant. Canobium data Avenione Kal. Nov. 1432. altera ad Johannem Cadartum Conſiliarium Regium.

Oratio ſic inſcripta. Reverend.mis, ac Magnificis, Sapientiſſimis, & Ornatiſſimis Viris Senatui, & Ducalibus P.P. C. Mediolanenſibus.

L.

COſmas cujus cognomen ignoratur, optimus Rhetor, & antiquiſſimi characteris Interpres expertiſsimus tranſcripſit, atque vulgavit

M. Tullii Ciceronis de Oratore lib. 3.

Hujus meminit *Blondus Flavius in Ital. Illuſtrat.*, ubi de Urbe Ravenna &c. ſcribendo: *Et cum nullus Mediolani eſſet repertus, qui ejus vetuſti Codicis literam ſciret legere: Coſmus quidam egregii Ingenii Cremonenſis tres de Oratore libros primus tranſcripſit: multiplicataq; indè exempla omnem Italiam deſideratiſſimo Codice repleverunt.* Florebant in literis tunc temporis Guarinus Veronenſis, & Leonardus Juſtinianus Patr. Venetus, ad quorum manus hujus operis prima exemplaria pervenere.

P. Donatus Calvus in Scena liter. Scriptorum Bergomenſium, ſcribit fuiſſe Gaſparinum Barzizam Bergomenſem, qui Codicem memoratum Ciceronis tranſcripſit, at nullum allegat Auctorem pro ſe.

L

PEtrus Barbovius, ſeù de Barbobus à Soncino juris ſcientia, rerumque experientia præſignis, publicus legum profeſſor, annis duobus, ac triginta in Patavino Gymnaſio, (iccircò à nonnullis de Padua nuncupatus) pleraque reliquit ſui ingenii teſtimonia, ex quibus edita ſunt

Conſilia tria Matrimonialia Lipſiæ primùm, demùm Venetiis apud Vinc. Valgriſium 1572., *quæ inter collecta per Jo: Baptiſtam Zilettum J.U.D. habentur.*

Conſilia quatuor in primo Volumine Tract. diverſorum per eundem Zilettum vulgata à num. ſcilicet 95., *& ſeq.*

Pro-

Proſtat & ejuſdem *Conſilium inter Conſ. Crim. diverſorum Tom.* 2.

Stephanus Fliſcus in enarratione, *Luctus Soncin. inſcripta*, italico idiomate traducta *à P. Guarguanto excuſa Brixiæ* 1634. præclarum legum Doctorem Petrum de Barbobus inſinuat, ipſumque inter Prætores Alexandriæ, Novariæ, Parmæ, Placentiæ, ac Mediolani, necnon Januæ Gubernatores adnumerat, permultoſve Illuſtres Viros ex Fam. Barbovia recenſet.

Antonius Riccobonus de Gymnaſ. Patavin. lib. 1. *cap.* 12. hæc ſcribit: *Petrus Barbobus*, *ſeù Sozinus*) eſt legendum de Soncino, ſeù de Sonzeno) ut etiam ipſe memoratis Conſiliis ſe ſubſcribit, profeſſor juris Civilis per annos octo, & viginti citatus à Cepolla in Conſ.

M. Mantua in Epitom. Vir. Illuſtr. J. C. Patricium Patavinum eum notat, & Petrum Soncinum vocat, quinimmò ſubdit juvenem admodum occubuiſſe. Verùm ſi (ut innuit ipſe & *Riccobonus*) docuit 28. annos in Patria, quomodo juvenis admodum mortuus eſt?

Inſtitutam ſtirpem Barboviam dilucet ab eodem Petro fuiſſe, cum ab ipſo præter alios provenerit Scipio Barbovius à Petri Avi, vel Proavi Patria Soncinus appellatus, qui ſcripſit de Vitis Ducum Mediolani compendiatim, & vernaculo Sermone cum eorundem Ducum effigie penès Hieronymum Porrum 1574.

De eodem plures alii, & præſertim *Com. Fontana in Ampbit. Leg. p.* 1.

L

GHerardus Cremonenſis, quem alii Sablonetam cognomento vocant, inter ſuæ ætatis Philoſophos, & Medicos facilè Princeps, Mathematicus, & Aſtrologus celeberrimus, multarumque, & optimarum artium tàm ſcientia, quàm eloquentia inſignis, cum ſermonem, & linguam multarum nationum calleret, ad communem Italorum Philoſophiæ, & Medicinæ ſtudentium utilitatem doctiſſimo calamo expoſuit plures Codices, qui poſt mortem Authoris editi fuere his titulis

Introductorium Medicinæ lib. 1.

Commentarium in Viaticum Conſtantini Monachi lib. 1.

Canones Avicennæ quinque ex Arabica lingua in latinam vertit, quos habemus impreſſos Lugduni Opera Jac. Miit. 1522. cum additionibus *Petri Antonii Ruſtici Placentini*, *&* *Camperii Lugdunenſis*, nec non alibi

Jani Damaſceni Decapolitani Summæ inter Arabes authoritatis Medici Therapeuticæ methodi, hoc eſt curandi artis libri 7. *partim Albano Torino, Vitodurano, Paraphraſte, partim Gerardo Jatro Cremonen. Metaphraſatæ apud inclytam Baſileam per Henricum Petrum ann.* 1543.

Abubetri Raſis practicam, & Antidotarium, ut vocant, & diviſiones.

nes. Baſileæ apud Henricum Petr. 1544. *in fol., ut Antonida*, ſed meliùs

Abubetri Rhazæ Maomethi ſcientiæ, peritiæq; inſignis Medici in artem medendi compendioſa introductio latinitate donata.

De Arte medendi ad Regem Manſorem lib. 10.

Diviſionum lib. 1.

De Antidotis lib. 1.

De Affectibus juncturarum lib. 1.

De Morbis Infantium lib. 1.

Aphoriſmorum lib. 6. Rhaſis

In Lib. VI. Aphoriſmorum, ſeù ſecretorum Medicinalium

De Præſervatione ab Ægritudine lapidis lib. 1.

De Sectionibus, Cauteriis, & Ventoſiis lib. 1.

Antidotarius, in quo continentur Compoſitiones plurium medicinarum ad diverſas diſpoſitiones, & multorum oleorum

De Facultatibus partium Animalium lib. 1.

Omnia eodem Interprete prodiere Baſileæ ex Officina Henricipetri ann. 1544. in fol. cum caſtigationibus *Albani Torini Vitodurani*, qui in præfationem ait: *Arabum ſtylus tàm eſt à lingua latina alienus, ut in hanc transferri feliciter non potuit.*

Commentarii in prognoſtica Hippocratis, qui cum Johannicio olim excuſi ſunt cum veteri ſimul, & nova textus Prognoſticorum translatione

Liber Albengenefit Philoſophi de virtute Medicinarum, & ciborum tranlatus. Argentorati apud Joannem Schottum 1533.

Ars parva Galeni eodem interprete.

Joannis Serapionis Practica Medicina.

Gebri Arabis libri novem de Aſtronomia.

Kiranis Opera de facultatibus Magicis, & Medicis ſtirpium quarundam, lapidum, & Animalium, libros quatuor latinos fecit.

Albazen filii Albeizen de crepuſculis, & nubium aſcenſionibus liber unus ex Arabo; Baſileæ apud Epiſcopios 1572.

Geomantiæ Aſtronomicæ libellus in duodecim quæſtiones diſtinctus, in quo plures habentur obſervationes proficuæ pro Medicis, Chirurghis, Chimicis, Architectis, Venatoribus, Piſcatoribus, Florum cultoribus, & Agricolis, aliiſque pluribus. Hunc ego legi in primo Vol. Operum Henrici Cornelii Agrippæ pag. 559. Lugduni per Beringos, nec non vidi Gallico idiomate verſum per D. de Salerne, & Pariſiis excuſum anno 1669. hoc titulo *Geomantie Aſtronomique de Gerard de Cremone pour ſavoir les choſes paſſees, les preſentes, & les futures.* Ex epiſtola Traductoris videtur opuſculum linguæ Italicæ pariter donatum fuiſſe.

Liber primus Canonis Principis Aboali Abuiſceni ab Arabico in latinum translatus, dum eſſet Toleti. Hic etiam reperitur inter M. S. Biblioth. Ambroſ. Mediol. hoc titulo. *Antidotarium,*

ſeù

ſeù liber Canonum Medicinæ ſenis Regis Aboalii Hiſſen filii Abiceni, tranſlatus à Magiſtro Gerardo Cremonenſi in Toleto. Inter eadem M.S., ut mihi indicavit eruditiſſimus, & laudatus Muratorius, id reperitur inſcriptum in lit. Q. num. 164.

Albuchaſis Chirurgia, quam tranſtulit de Arabico Magiſter Gerardus Cremonenſis in Toleto, ex quo fuit à nonnullis Toletanus nuncupatus, & præſertim à Theophilo Spizelio in Specimine Bibliothecæ Univerſalis, ubi Abubether, ſive Abubeker, quem Raſim Medicorum cætus vocare conſuevit. Opera ejus exquiſitiora per Gerardum Toletanum Cremonenſem, Andream Veſalium Bruxellenſem, & Albanum Torinum latinitate donata, & reſtaurata &c. hic liber legitur pag. 137. in Volumine, cui titulus *Articella* Lugduni Gotico charactere per Antonium de Rii 1525.

Theoricæ de Aſtrolabio, in quas ſcripſit Thadæus Ugoletus de Parma, opus ſervatum in laudata Bibliotheca Ambroſiana M.S. lit. P. 174. in fol.

Theoriæ Planetarum, quæ perperam adſcribuntur Johanni Cremonenſi, ut dicam infra ad annum 1518. cujus M.S. affirmat *Thomaſinus in Bibliotheca Patavina M.S. Venetiis fuiſſe apud Hectorem Triviſanum.*

Prodiit & Bononiæ excuſus apud Dominicum de Lapis 1477. in 4. unà cum *Benedicti de Nurſia Tract. de Sanitatis conſervatione, ac Thadæi de Florentia de Regimine Sanitatis ſecundùm anni quatuor partes. Ibidem anno* 1485. Contrà hunc librum, & poſt ejus Authoris obitum futili diſputatione, nec longè ab invidia inſurrexit *Joannes de Monteregio* ſcribendo diſputationes contrà Gerardi Cremonenſis in Planetarum Theoricas Deliramenta Auguſtæ cuſum 1485., & reimpreſſum, ut vidi, Venetiis per Jac. Petium de Leucho 1519. die 24. Decembris in libello inſcripto Sphæræ Mundi Compendium Jo: de Sacro Boſco. Verùm præſciendum eſt pro ejus concive præſtantiſſimo tunc mortuo, apologiam elucubraſſe Baptiſtam Plaſium, teſte *Antonio Campo in Hiſt. lib.* 3. ubi de Plaſio. *Scriſſe fra l'altre coſe una belliſſima opera in difeſa di Gerardo Sabioneda contra Giovanni di Montereggio Alemano, e molte altre coſe, che ſi ſerbano ſcritte à penna preſſo Nicolò Piaſio.*

Non minùs Sycophanta, quam *Monteregius* extat *Petrus Kirſtanus Vvraſtil. Med. in Epiſ. dedicat. Grammat. Arabicæ* uti: *Errorum hujuſmodi non centum ſaltem, ſed multa millia à Gerardo Cremonenſi, qui primus ex Arabico Avicennam in latinum tranſtulit, admiſſa ſunt, cui tamen venia danda; Juriſconſultus enim profeſſione fuiſſe dicitur, quomodo igitur benè verteret opus medicum? maximè autem, & impiè quaſi iniurii ſunt illi, qui Authori doctiſſimo, & elegantiſſimo in propria lingua errores turpiſſimos Interpretum contumelioſè adſcribunt.* Quomodo igitur de noſtro doctiſſimo Gerardo tàm corrupto juditio

audet

audet ſententiam ferre, ſi nec Gerardum, nec ejus opera vidit, cum Juriſconſultum profeſſione fuiſſe credat. At videamus, quot de illo optimè ſentiant. In primis prodeat *D. Symphorianus Camperius Phyſ. Lugd. in primo libello de Medicinæ Clari. ſcriptor. tract.* 4. *p.m.* 33. Gerardus Cremonenſis Vir in Medicinis ſtudioſus, & exercitatus, vir in omni ſcientia, & lingua doctiſſimus, reliquit ingenii ſui monumenta clariſſima, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria tranſmiſit &c. tranſtulit Canones Medicinæ in Toleto de Arabico in latinum, quos Princeps Aboal edidit. item

M. Hier. Vida in Orat. adverſus Pap.

Cavitellus in Annal. ad annos 1453.

Aug. Baronius de Urb. Crem. Laudibus.

Flavius Blondus in Ital. Illuſtr.

Raphael Volaterranus Comment. de Geogr.

Fortunius Licetus lib. 6. de recond. Antiquorum Lucernis cap. 30.

Cornelius Agrippa cap. 13. *de Vanit. Scientiarum*

Conradus Geſnerus in Bibl. Inſtitut.

Iſrael Spacchius in Elencho Med.

Rabbi Abraham Ben Hebræus Italus ex Aletio, vulgò Lecci Regni Neapolitani oriundus in ſua interpretatione libri Alacenſis de Mundo in Epiſt. dedicat. ad Dominicum Grimanum Card. S. Marci, noſtrum Gerardum perperam vocat Gregorium, quem ſecutus eſt *Imbonatus in ſua Bibl. Latino-hebraica fol.* 35.

Paſchalis Gallus in Bibl. Med.

Jo: Antonida Vander Linden in Bibl. Med. ſed errat *cum Vvolfango Juſto in Chronol. Med.*, quem dicit vixiſſe circa annum 1545.

Zacutus Luſitanus in Elencho Auctorum.

Donzellus in Theatro Pharmaceutico parte 3. *pag.* 664.

Johannes Andreas Quenſnedt in Dialogo de Patriis Illuſtr. Vir.

Zaccharias Lilius in Orbis Breviario in verbo Lombardia

Aloyſius Morerius in Magno dictionario Hiſtorico Gallica lingua compoſito, in verbo Avicennæ.

Alex Lamus in ſomnio cant. 3.

Abbas Ghilinus in Theatro Vir. Lit. vol. 11.

Fabianus Juſtinianus in Indice univerſali, verbo Galenus.

Poſſevinus in App. Sacro Tom. 3. *ubi de Bibliotheca S. Auguſtini Cremonæ*, ſcribit in eadem reperiri Almanſor Abubecri filii Zacchariæ, tranſlatus de Arabico in latinum per Mag. Gerardum Cremon. Ordinis Eremitarum: Verùm præviis diligentiis hunc Codicem ego non vidi, nec Gerardum aliundè conſtat ad Eremitanos tranſmigraſſe.

Julius Faroldus in Annal. Venet. in fine de rebus Cremonenſibus credit, Gerardum fuiſſe è nobiliſſima Familia Comitum de Perſicis (quæ Sablonetæ inſigne Feudum poſſedit) & à Feudo Sablonetam appellatum: Verùm toto cælo aberrat, dum aſſerit floruiſſe tempore Friderici II. Imper., cum vixerit Gerardus, ut innuimus, ſæculo quintodecimo.

Mi-

LI.

MIchael Rocca, latinè non parcè peritus, Cremonæ Gymnaſium aperuit, ubi juventuti erudiendæ ſedulam impendit operam, quin & ad uſum Scholæ ſuæ conſcripſit

Obſervationes Grammaticales.

Epigrammatum, & Odarum libros.

Orationes quamplures,

In quibus tamen cum Græcæ nitatur eruditioni, Græcæ peritiæ ſe oſtendit indigentem, atque in locutione ſimili analphabetum. Iccircò *Franciſcus Philelphus* (quanquam aliàs, ut dicam, Cremonenſibus infenſus) Mediolani cum doceret, peſte ibi ſæviente, Cremonam conceſſit, ubi Rochæ officio uſus in comparanda ſibi habitatione, cum ipſo nonnulla Græcæ notitiæ tractavit. Extat ad hanc rem ejuſce Viri Epiſtola LXXVI. noni libri editionis Venetæ MCCCCIIC. in fol. in qua Michaelis diligentiam laudans, de particula *Næ*, diſſerit hunc in modum. *Franciſcus Philelphus Michaeli Rochæ Grammatico S. D. Diligentiam tuam non ſolùm probo, ſed etiam laudo. Facis enim & amicè, & liberaliter. Domum mihi conduci cupio tùm amplam, tùm etiam pulchram. Quo in loco ſit, non multi facio: modo locus ſit honeſtus, ac Muſis, ut ita dicam, accommodatus. Quod ſcire cupis;* næ *Græca dictio eſt, & diphthongum recipit, ac quæ apud Græcos per* ai *ſcribitur, & niſi dividatur, eodem ſono enunciatur, quo apud Latinos æ diphthongus, quam dicimus. Nam ſi diphthongus apud Græcos eſſe deſierit, eodem modo profertur, quo apud nos* ai *diviſa: Unde Virgilius Græcos imitatus, ait*

Aulai in medio pendebant pocula Bacchi.

pro Aulæ. Næ *igitur per* ae *diphtongum ſcripta ſignificat* certè, ita, & vehementer, *vel etiam* nimis, *ſecundùm quoſdam. Hac autem dictione ita utuntur Latini Poetæ, præſertim Comici, ut dicam ſymbolum, ſtrategi, & aliis, atque aliis verbis pluribus. Et ut veniam ad rem tuam, mihi convenientiſſimè dici videtur apud Terentium* næ *pro vehementer, aut nimis, quanquam nimietas à vehementia non admodum differt, cum enim inquit.*

Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant, quaſi quòd qui magis quàm opus ſit, aliquid vel inquirunt, vel ſpeculantur, eorum numero ſunt habendi, qui nihil intelligunt. Tu ſi ſecùs putas, utere judicio tuo, Ego autem meum mihi Deum facere non conſtitui, ita etiam tibi, ſi ſapias faciundum exiſtimo. Vale ex rure ſuburbano Cremonæ (erat autem rus, quod in ſuburbio jacet, qua itur Mantuam) Kal. Octobribus MCCCCLI.

De eodem Breſſianus in Virtu. Ravivat.

Floruit & Galeatius Roccha Sen. Excellentiſs. Mediolani ſcriba ad annum 1529. de quo *Cavitellus.*

LI.

VEn. Georgius de Lazzolis ex Ord. Auguſtiniano cum Ven. Roccho Ticinenſi, & Joanne Novarienſi ſuæ Congregationis Inſtaurator in Inſubria, de quo ſcribit *Jacob: Philippus Bergomenſis ejus coævus in Supplem. Chronicorum lib.* 15. *Georgius item Patria Cremonenſis bujus noſtræ Congregationis obſervantium S. Auguſtini Tertius Reformator, Philoſophus, ac Theologus inſignis, ſed omni probitate, & omni ſanctimonia præclarus. Cujus in primis tanta extitit eruditio, ut penè omnium dixerim, ſolus ſaperet quidquid reliqui fermè ſapiunt, nec una tantum, ſed omnibus æquè liberalibus diſciplinis videbatur excultus. Inerat prætereà huic Sancto Homini ingenium verſatile ad omnium mores, devotiſſimus, ac in rebus ſpiritualibus ferventiſſimus &c.*

Elſſius in Encom. Auguſtin. perſimilia refert, quæ cum unicè de Georgio noſtro dicta ſint repetere non tedeat. *Beatus Georgius de Cremona, ſive Cremonenſis ex Familia de Lazzolis graviſſimus Theologus ann.* 1424. *&* 1426. *Bononiæ ſtuduit. ann.* 1434. *Prior Patavii creatur S.T.D. ann.* 1435. *erat Regens Patavii. anno* 1436. *ei conceditur morari cum D. Bononienſi. anno* 1438. *Viſitator Generalis, Conventus Cremonenſis Prior, & Præſes Capituli Provinciæ Lombardiæ ann.* 1439. 4. *Aprilis conſtituitur Prior Cremonæ.* & pleraq; alia de eodem, & præcipuè hunc ab Uſuardo fuiſſe Martyrologio adſcriptum hujuſmodi verbis. 16. *Auguſti, Mediolani in Monaſterio Coronatæ depoſitio B. Georgii Confeſſ. Ord FF. Eremit. S. Auguſtini, qui vitæ Sanctitate, & Miraculorum gratia inſignis fuit anno* 1652. *cum Eccleſia Coronatæ reædificaretur, ejus Sanctum Corpus in ciſta plumbea integrum repertum eſt* 24. *Julii, quod de licentia Capituli, Sede Vacante, in Eccleſia populo expoſitum magno concurſu ob gratias, quas continuò largitur, plurimum colitur.*

Hiſce addendum eſſet, Noſtrum Georgium Theologum, ac Conſiliarium ſumma benevolentia adſtrictum fuiſſe cùm Romæ Antonio Corario S R. E. Card., tùm Mediolani Blancæ Mariæ Duciſſæ, permultaque alia, quæ conſulto opere omitto; cum jure conſanguinitatis ejus Vitam devoto calamo conſcribere tenear. Nam Joannes Ludovicus Ariſius Abavus meus anno 1579. duxit Uxorem Joannam Nicolai Lazzoli filiam Georgii pronepotis, ad cujus & noſtræ Gentis monumentum perenne Icon ejuſdem in meo exponitur muſæo.

In eodem Templo B. V. Coronatæ ante ejus Depoſitum hæc leguntur.

Hìc jacet Beatus Georgius de Cremona Sacræ Paginæ Profeſſor, Primus Fundator bujus Monaſterii, qui obiit anno MCCCCLI. V. *Idus Septembris.*

Ibi etiam in fronte Januæ, dum eſſem Mediolani hoc anno 1696. Menſe Auguſti hæc legi.

Illuſtriſſimus D. D. Franciſcus Sfortia Vicecomes Ducali inſignitus Corona

rona in ſignum devotionis Coronatæ Virgini Templum hoc conſtrui fecit, ſuadente B. Georgio de Cremona bujus Monaſterii Fundatore 1451.

In Veſtibulo celeberrimæ Bibliothecæ S. Auguſtini Cremonæ ſub ejſudem Ven. Georgii effigie proſtat hæc inſcriptio.

Beatus Georgius Lazzolus Cremon. Theologiæ Doctor, unus Fundatorum Congr. Obſer. Lombardiæ miraculis clarus Mediolani beato fine quievit.

Exhibetur vel ejus effigies in publico Civitatis Palatio inter ejuſdem Comprotectores.

Ex gente Nobili Georgium proditum fuiſſe non eſt ſubdubitandum, cum Ugolinus de Lazzolis ejus Frater eſſet Matrimonio copulatus cum Conſtantia filia Emanuelis de Zanebonis Viri Patritii ex ſtirpe Uberti Cremonenſis Epiſcopi, ut ex tabulis penès me patentibus, & receptis anno 1462. à Paulo Auguſtino de Surdis, & Matthæo de Gambinis Cremonæ Tabellionibus.

De eodem ſcripſere omnes Auctores de Rebus Auguſtinianis, & præcipuè ultrà recenſitos

Joſeph Pamphilus.

Nicolaus Cruſenius.

De Herrera.

Sanct. Martinus.

P. Donatus Calvus in memor. hiſt. de Congr. Inſubriæ plura.

P. Torrellus in Sæcul. Auguſt. Tom. 4. *ad annum* 126.

Tom. 6. *ad annum* 1445. *num.* 17., *&* *latiſſimè anno* 1454. ubi vitam, & prodigia narrat. *Idem Tom.* 7. *anno* 1454 *nu.* 12.

Molanus in Martyrologio ſub decimo ſept. Kal Septembris.

Peregrinus Merula in opuſculo inſcripto italicè *Nobiliſſima raccolta de Cremoneſi in Santità.*

Balladorius in Vita Divi Homoboni.

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. lib 1. *p.* 1.

Alemanius Finus in Hiſt. Cremenſi lib. 4.

Carolus Torre in ſuo libro, Ritratto di Milano, nuncupato, ubi de Eccleſia B. V. Coronatæ.

Petrus Paulus Boſca in ſuo nuperrimè edito Martyrologio Mediolanenſis Eccleſiæ ad prim. diem Novembris.

Cavitell. in Annal. annis 1452. hæc habet. *Ex Venerandis Religioſis Cremonenſibus tunc temporis fuerunt exiſtimati inter Beatos, & dilectos Omnipotenti Deo, ob eorum probam vitam, & laudabilem, Nicolaus Gregorius, & Georgius de Lazzolis Ordinis Heremitarum de obſervantia D. Auguſtini, ex quibus Nicolaus fuit Epiſcopus.*

Ad eundem annum recenſet etiam Luchinum de Lazzolis Fundatorem Xenodochii in Vicinia S. Luciæ.

LII.

HOneſtus Gallaicus Ord. Serv. B.V.M. virtutum omnium decus, hoc anno in Generali Conventu Arimini celibrato Vicarius Generalis deligitur, in qua ſuprema ejus Congre. dignitate quartò confirmatur. Anno 1463. Forolivii Monaſterium ſumit, nam tribus ejectis, quos ibi abſque ulla diſciplina repererat, ſuos illuc introduxit, & perpetuam devotiſſimi loci poſſeſſionem recepit; Ejus etiam opera Cænobium S. Mariæ Gratiarum de Placentia à fundamentis erigitur.

Janius in Cent. 3. Annal. lib. 2.
Michael Florent. ſub anno 1466.
Breſſian. in Corona Vir. Illuſtr.

LII.

FUlgentius Soreſina genere Illuſtris, ſed vitæ ſanctimonia nobilior, inter Canonicos Regulares Lateranenſes pietate potiùs, quàm doctrina fretus in tantum Dei præconem evaſit, ut, quæ humanis in cordibus verbo, & exemplo ſcripſit, eruditiorum vicibus monumentorum ſuppleant abundè. Pro Veneta Canonia Socii Capitularis munere, immò & aliquando Prelatura functus primo illo Frigdionariæ Reformationis ævo, quo parcè admodum Evangelii annunciandi facultatem conferebat Religio, non tàm de Doctoribus, quàm de Sanctioribus promovendis ſolicita, non niſi grandis ætate ad Sacràm eam ſarcinam ferendam eligi, ac mitti non detrectavit. Concionator itaque renunciatus in Synodo generali Ferrariæ anni MCCCCLII. provinciæ, quam ſuſceperat, onera ſuſtinuit indefeſſus, vel ultrà ſecundam annorum decadem. Quanta verò cum animarum utilitate Dei verbum diſſeminaret, Matthæus Boſſus Veronenſis ejuſdem inſtituti profeſſor, qui Fulgentio convixit, & ejus familiaritate uſus eſt, luculenter oſtendit. Is enim de ipſo in Epiſtola ad Juſtinianum concivem, & Concanonicum de inſtituendo Dei Præcone ita ſcriptum reliquit: *Meminiſſe Fulgentii Cremonenſis noſtri dignum hoc loco mihi planè videtur, quem Virum Sanctiſſimum tu, Juſtiniane, vidiſti, ac ſenior ipſe illius etiam fui conſuetudine non parva, & contubernio devotiſſimo uſus. Paucis ille cum admodum literis concionem uſurpavit diutiùs. Qui quotiens ſermo ei habendus erat, parum quidem legebat, orabat verò multum, & ſæpe ſolus in cellula delinitus dulcedine, & divinorum ſtupore ſuſpenſus, cum profluente largiter planctu ita vocem extollebat, ut eminùs exaudiretur à Fratribus, qui interdum tanto odore, & ipſi quidem ſic tangebantur, ut nec lacrymis parcerent. Quid ille (Deus bone, atque mirabilis) per orationes gratiæ non aſſequebatur? Ille Milites, ille centuriones, ille piratas, ille lenones, ille ſcorta ad pænitentiam ſæpè convertit. Quantum verò pecuniarum, & rerum in egenos, Orphanos, Viduas, captivos,*

& vinctos erogari ſuis vocibus fecerit, vincit res ipſa hac ætate maximè ferrea hominum fidem. De ſyllaba, accentu, deque congruitate verborum doctis Viris riſum movebat interdum, qui iidem flectebant genua illi, & loculos ſolvebant ad ejus juſſum mendicis, & illius pro ſe precibus beatos ſe fore putabant, tantum in eo poterat Dei gratia, & dicendi ardor in illius anima felici ab oratione conflatus, quo fiebat quandoque, ut artem omnem, & oratorium robur ſuperaret indoctior ejus oratio, & fragor quidam ſine arte ſermoni lachrymoſo permixtus, eique cederet læta illa effuſa, laſcivaque magnorum hominum copia, atque facilitas. Incendebatur illi vultus *ad libitum* (qui à volendo eſt forſan *dictus*) *inque os ejus verba cælitùs videbantur immitti, atque eorum, quæ dicebat, ſic erat capaciſſimus quiſque, ut ille optarat atque contenderat.* (Eodem ſpectant, & quæ Boſſus idem refert in dialogis de inſtituendo ſapientia animo, diſputatione Sexta) *Vidimus*, inquit, *Fulgentium illum Cremonenſem Concanonicum noſtrum aſſiduè ferveſcere, dum flores, poma, ſataque videret, dum vim elementorum, ſolis fulgorem, flumina, Montes, reliquave naturæ ſpectacula attractus ſecum reputaret, inque Deum auctorem ea cuncta transferret, in quo perſæpè neque lachrymas, neque clamores retinebat.* Idem, ut animabus prodeſſet, non ſemel in vitæ diſcrimen ſe conjecit. Obſervatum id præſertim Ferrariæ cum, ſeviſſima peſte graſſante, infectis inſervire, Sacramenta miniſtrare, defunctorumq; cadavera miro charitatis zelo ſepelire conatus eſt. Norunt & Venetiæ, ubi ad impænitentem quendam ſupplicio adjudicatum accedens, carcerem ſubit, cum perditiſſimi hominis pervicaciam flectere nulla ratione valuiſſet, ut aliquandò reſipiſcere poſſet, & mortem effugere ſempiternam, habito mutato, liberum abire juſſit, ſeque occidendum expoſuit. Quamobrem *Aſcanius Mulla Ravennas* exclamandum habuit,

Urget, Fulgenti, ſe quid tenebroſa ſubire,
Carceris atque truci ſolvere vincla reo.
Ah Sanctos Divinus Amor ſic obruit artus,
Ut licet in tenebris fulgeat ipſe tibi.

Eadem commemorat & *Joannes Philippus Novarienſis lib. VI. Chronicorum Lateranenſium cap.* XXXVIII, ubi ampliſſimum de Fulgentii Sanctimonia teſtimonium perhibens, non ab ſe, quantum licet privato ſcriptori abſque S. A. decreto Beatum ipſum appellat. *Beatus*, ait, *Fulgentius Cremonenſis & ipſe de antiquis Patribus in Ordine noſtro clarus evaſit. Nam Spiritu Sancto totus erat ignitus, & cum literarum modicam haberet intelligentiam, tamen per Civitates, & Caſtella verbum Dei diſſeminabat, quidquid illi ſuggerebat Spiritus Sanctus, hoc illis proponens. Fiebat autem ad eum concurſus Populorum, qui hominis ſanctitatem intuebantur, & propter mirabilia, quæ circà illum Dominus operabatur.* His itaque in vivente geſtis accedente uniformi populorum conſenſu, appoſitè factum videtur, ut ſemper venerabili eadem Beati appellatione Fulgentius

exor-

exornatus fuerit non modò in Hiſtoria Joannis Philippi, verùm & in Tabula dyptica Epiſcoporum Eccleſiæ Cremonenſis Cæſaris Speriani Antiſtitis juſſu edita à Blaſio Rubeo. In hac enim, ubi de Petro Accolto verba fiunt, legitur *Beatus Fulgentius Cremonenſis Ordinis Canonicorum Regularium, clarus habetur*. Ipſe verò diebus, & laboribus plenus mortalitatem exuit, & cum Sanctitatis odore poſt ſe reliquit eloquio cæleſti refertarum

Concionum Volumen M. S.

Quod etſi non ſuppeteret, adhuc præſenti memoria digniſſimus erat Fulgentius, quemadmodum & inter illuſtres Scriptores Lateranenſes excipi jure meritò potuit *à Celſo Roſino*, qui nobile ipſi ponens elogium in fine lib. VII. lycei Lateranenſis, ubi & adductis utitur teſtimoniis, hæc de ipſo præfatus eſt; *Non abſque piaculo prætèrire nos decet Fulgentium Soreſinam Cremonenſem, Dei præconem eximium, cujus licèt nihil tabulæ nobis exhibeant calcbographicæ doctrinarum Mundi; tanta tamen in tabulis cordis carnalibus ſcripſit Divini Pneumatis inſtrumentum (lingua ejus velut calamus ſcribæ velociter ſcribentis) ut pater extiterit fæcundiſſimus prolis populorum Cæli præmiis fideliter directorum.*

LIII.

STephanus Fliſcus Manfredi F. Soncinenſis J.U.D., ac Epidaurii Gymnaſii Rector, de quo *Geſnerus in Bibliotheca Inſtituta* aſſerit ſcripſiſſe

Synonima Verborum ſcripta Johanni Meliorantio Vicentino

Synonima, ſivè Variationes Sententiarum ſecundùm locos quoſdam digeſtos, & Epiſt. ſcribendis accommodatos. Mediol. apud Simonem Magnigum 1480., *& Venetiis apud Johannem Patavinum* 1544.

Item de componendis Epiſtolis Opuſculum Venetiis per Franciſcum Bindum, & Maphæum Paſinum 1547., *nec non anno* 1553. *per Auguſt. de Bindonis*, quod tamen idem eſt cum opuſculo de Synonimis.

In Bibl. Ambroſiana Mediol. noſtri Authoris liber eſt inter M.S. hoc titulo, agens de rebus grammaticis

Regulæ Summaticæ. Viro Præclaro Ludovico Parello Vicentino

Jo: Baptiſta Guarguantus paritere Soncino S.T.L. Carmelita edidit Brixiæ 1634. apud Ant. Riciardum ſub auſpiciis Pauli Guarguanti Can. Reg. Later. S. Victoriæ Abbatis, & latino idiomate traduxit. Ennarrationem quamdam rerum Soncinenſium ejuſdem Stephani, cui tit. dedit *Luctus Soncinenſis*, quam ipſe Stephanus direxit Hieronymo Barbovio J. U. D., & Aulæ Ceſareæ Militi, in quo quidem opuſculo tùm pietate, tùm literis,

ris, & armis Inſigniores Viros illius Oppidi Nobiliſſimi quis legere poteſt.

De Genitoris gratiſſimo amore ſcribit. *Defecit etiam ex hac vita in Magnifica Raguſea Civitate pridiè Kal. Martii* 1453. *Manfredus de Fliſchis de Soncino. Qui Manfredus fuit equidem quoadvixit Vir prudens, peritus, ſapiens, Honeſtus, probus, virtuoſus, Integer, Juſtus, Innocens, clariſſimum bonitatis ſpecimen, & optimum vivendi exemplum.*

LIII.

NIcolaus Amidanus J.U.D. præſtantiſſimus, & in Cathedrali Mantuana Canonicus ab Eugenio IV. Sum. Pont. Romam vocatus anno 1435. undecim annorum ſpatio ſumma cum laude, & vitæ commendatione Apoſtolicæ Sedis, tanquam oraculum colebatur. anno 1446. Placentinæ Urbis Epiſcopus deſignatur, & demùm ab Nicolao V. (prædefuncto Henrico Scotto Ticinenſi) ad Mediolani Archiepiſcopatum traducitur. anno 1453. in quo unius anni tantum intervallo ſedem illam ſplendidè tamen illuſtravit. Reconditum fuit ejus Cadaver in choro illius Magnæ Metropolitanæ Eccleſiæ cum inſcriptione, quam habeo in libro M.S. Inſcriptionum Mediolani.

N. Amidano Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui obiit anno Chriſti Natalis MCCCCLIV. XII. *Kal. Aprilis. Vincentius Fratri hoc. P.M.*

Et ſub ejus effigie marmore elaborata

Romam Pontificis, qui nomine rexit, & idem
Ante Placentina Præſul in Urbe fuit.
De hinc Cathedra Ambroſii reſidens Amidanus, in Urna,
Nunc Nicolaus ineſt pulchra Cremona tuus.
Ille animo invictus docta probitate, fideque,
Equabat priſcos, & pietate Patres.
Impia Mors nimis, ab Paſtorem tollere nobis
Heu properas, qualem ſæcula nulla ferent.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3. *ad ann.* 1453. refert allegata carmina; verùm ſubdit ablata à S. Carolo Borromeo Archiepiſc. Mediolani, cum in eodem loco novam ſubſtructionem erigi juſſiſſet. Ut verum fatear, cum eſſem Mediolani anno 1696. illorum veſtigia ne præmiſſa quidem ſolicita omnium rerum indagatione potui comperire. Proindè mæſtus ex Templo illo Auguſtiſſimo revertor, ægrè ferens Viros clariſſimos hujuſmodi temporum iniuriis eſſe, ut plurimùm obnoxios, atque oppreſſos.

Quæ Campus aſſerit circà Inſcriptiones ſublatas, confirmat *Carolus à Turre* in Opere inſcripto, *Ritratto di Milano &c. pag. mihi* 401.

Lud. Jacob. à S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, ubi de Pio II. notat inter perhibentes Teſtimonia de ſcriptis ejuſdem Max., & Sapientiſſimi Pontificis Nicolaum Amidanum, ſed an hoc evenerit ante

hujus

hujus Pontificis inaugurationem minimè dubitandum non eſt, cum Nicolaus obierit (ut dixi) anno 1454.) & Pius II. creatus fuerit Summus Antiſtes 1458. Immò pro majori eruditione ſubdo Epiſt. *Eneæ Sylvii Picolominei*, qui fuit Pius II., *ex lib.* 1. *Epiſt. ejuſdem*, *epiſt.* 28. excerptam. En illam tibi Lector, ſi ejus lectioni vacare tibi per otium licet.

Æn. Syl. Poeta S.P.D. Nicolao Amidano Canonic. Mantuano, & Amando Fratri.

Parum tecum negotii habui, Nicolae Amantiſſime, dum Baſileæ fui, ſed nec plus habuiſſe voluerim, namque ſi modicæ conſuetudinis cauſa tantùm moleſtiæ fero te privatus, quid tandem facerem, ſi ſalis, ut ajunt, modium tecum conſumpſiſſem. Mirum in modum gravis eſt mihi abſentia tua, atque ideò longè gravior, quia inter exteros ſum, meos modos, meumque vivendi morem abhorrentes, ſed ſtatim omnia ferre, dum ſperem mihi bene eſſe. Ut tamen faciliùs tolerare poſſim, obſcirem ne tibi calamus plumbeus ſit, neque papyrus aurea, quam dirigere formides. Multa ſunt, quæ mihi dietim poſſes ſcribere Valetudinem tuam, & reliquas novitates paſſim illuc defluentes. Et quid in Concilio, quidve in Curia fiat. Et ſi deſint cætera, Glycerium ſaltem materiam poteſt dare, de qua nunquam tantum ſcribes, quantum audiam libenter. Effice igitur quod cupio: ne autem tibi affectanter ſcripturum æſtimes, quæ intelligere potes ex eo, quia prior do literas, nec plura modo. Nos Ulmam pergimus, deindè Isbruch, poſt Carinthiam petituri. Incertum eſt, an Nurenbergam venturi ſimus. Jam vela ventis ſolvi, & in intimum mare devolvor, à cæteriſque meis charis remotior. Vale.

Ejuſdem verò Amidani excuſatoria taciturnitatis ad Æneam, etiam eodem libro epiſt. 182. His concepta eſt:

Nicolaus Amidanus S.P.D. Æneæ Sylvio Poetæ præſtanti, & amico ſingulari

Credo te vehementer admirari, Ænea duliſſime, quod poſtquam iſtinc abiiſti, literarum mearum nihil ſuſceperis: præſertim cum & ego ante pollicitus ſępe fuerim, me crebrò ad te ſcripturum de his, quæ apud nos in dies agerentur, & tu jampridem tuas ad me literas dederis. Ego quoniam Reverendiſs. Card. S. Laurentii in Damaſo ad Ser.mos Romanorum, & Poloniæ Reges legatus per hanc Sacram Synodum deſtinatus, craſtino manè à nobis eſt receſſurus, & unà ſecum Laurentius noſter, cui præſentes commiſi, jamque maxima pars noctis effluxit, non poſſum excuſationes meas, & ſilentii cauſas ad te ſcribere, præcipuè cum multarum rerum plenus ſim, quas, per literas, tecum communicare vellem libenter: Sed quia probibente anguſtia temporis, id efficere ullo modo non poſſum, malo hoc modicum temporis, quod mihi ſupereſt in aliis ſcribendis, quàm in excuſatione mea conſumere. Sciò enim, quòd tu omnibus in rebus graviſſimo ſemper judicio uſus, ſilentium meum in bonam partem accipias. Quòd ſi forſitan & culpabilem, & punitione aliqua me dignum judicaveris, paratus jam, & promptus ſum correctionem tuam omnem ſubire. Quum etſi aſperrimam animo tuo forſitan conceptururus

cepturus ſis, eam unica Peregalli interceſſione leniri poſſe confido; Quare non eſt, quòd ſerenitatem tuam multum formidem, quandoquidem certiſſimus ſum arma mibi parata, quibus ſuperare te facillimè poſſim. Accipe igitur ex multis hæc parva. Undè ex Baſilea Anno MCCCCXLIII.

Die 16. Aprilis 1453. Indict. 1. ex literis datis per Nicolaum Amidanum Mediolani Archiep. favore Hoſpitalis Pietatis Pauperum Chriſti habetur priora mentio ejus Creationis, quæ paucis diebus videtur præceſſiſſe cum ſub die 5. Martii ejuſdem anni ſimiles literæ datæ fuerint per Capitulum Metropolitanum, Sede Vacante, ex Archivio dicti Hoſpitalis, & ex relatis per *J. C. Camillum Sitonum Mediol. in ſuis Adnotationibus M. S. de Archiep. Mediol.*

LIII.

JAcobus Boſcalinus à Mozzanica ditionis, & Diæceſis Cremonæ Ord. Min. S. Franciſci, Vir gravis, & doctus, Mediolanenſis Provinciæ primus Miniſter, quarto idus Septembris 1453. Vicarius Generalis, mox in Comitiis Bononiæ, totius Ordinis Præfectus Generalis eligitur.

Anno 1457. Mediolani moritur, & ſepelitur cum hoc Epitaphio

Jacobo Mozzanicæ Minorum Generali Theologo, & Liberal. diſciplinæ peritiſs. Hujus Ordinis Pientiſs. Fratres hoc monum. fecere. Vixit Ann. L. M. V. D. X. obiit Anno Chriſti MCCCCLVII. IX. *D. Julii.*

Vvadingus in Annal. Min. Tom. 6. fusè, &
Haroldus in Epitome ad annos prænotatos. Extat ejus *Epiſtola ad S. Joannem Capiſtranum*, data die 4. Novembris 1453. in qua magno reverentiæ præludio ſe ipſum totum illi devovet. Scripſit item

Lectiones ſuper Pſalmum Beati Immaculati &c. ut *Vvadingus de Script. Ord. Min.*, ſed malè ab eodem Mediolanenſis appellatur.

LIII.

PEtrus Oldoynus non ignobilis inter Patriæ Juriſperitos habitus eſt, legali laurea redimitus anno circitèr 1424., Patrium Collegium nobilitate, & virtute decoravit, ut qui poſt ſe dereliquit Volumina

De Poteſtate, & Auctoritate Principis.
De Tutelis,

Et alia *Controverſiarum legalium non infimi cenſus Commentaria.*
Breſſian. in Coll.
Syllabus J. C. typis datus.

Ægidiolus alter ex hac ſtirpe Legum Doctor hiſce temporibus Regii Lepidi Prætor enituit.

Idem *Breſſian.*

LIII.

ANtonius Ferrarius Pontificii, & Cæſarei Juris Doctor, nec non omnifaria eruditione præpollens, ab Eugenio IV. creatur Referendarius Apoſtolicus. Hunc autem Nicolaus V. à quo prædiligebatur ob mores inculpabiles, & doctrinæ præſtantiam, dum ad majora eum promovere contendebat, Romæ obiiſſe fertur non abſque illius Hierarchæ dolore hoc anno 1454.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3.

Cavitellus in Annal., qui per errorem vocat Nicolaum

Dominicus Bordigallus in ſuis Epitaphiis ſyncero calamo hæc habet:

Ferrarius Doctor prudens Antonius arca
Clauditur, Alemena protulit hunc Sapidum
Virtute, ingenio Paſtor Nicolaus amavit.
Principibus Ligurum charus habetur homo.
Legibus alter erat Cinus ſpirante Minerva
Alter Ariſtoteles: Socrates ingenio.
Urbs Romana ſuum corpus tenet, ethere gaudet.
Spiritus æterno perficiturque bono.
Mors rapuit, bona fama manet virtute refulgens,
Quæ decorat Patriam, progeniemque ſui.

LIV.

BArtholomæus Somentius Medicus, Philoſophus, & Aſtronomus ſuorum temporum facilè princeps poſteritati donavit.

De Signis Cæleſtibus.

Opus Medicinam profitentibus apprimè utile, ut innuit *Breſſianus in V. R.* verùm ab invidis Bibliotaphis occultatum.

Ad Divi Chriſtophori, hæc Epigraphe apparebat, ex Buſchetto deſumpta:

Hoc Sepulchrum eſt Nob., & Egreg. Art., & Medic. Doctoris D. Bartholomæi Somentii, & Hæredum ejus, qui obiit Idibus Decembris anno MCCCCLIV.

LIV.

LUcas Felinus Patriæ in literis, quas amæniores vocant, celebris Gymnaſiarcha, Veteribus Poetis carminum laude conferendus comparandus. Scripſit

De Bello Philippi Mariæ Mediol. Ducis contrà Venetos.

Breſſian. in V. R.

LIV.

BArtholomæus Sfondratus, ob eximiam doctrinam Imperatori Friderico III. acceptiſſimus, rebus æquè præclarè geſtis, ac ſcriptis illuſtris prædicatur, Raguſii bonas literas aliquandiù profeſſus,

cum

cum apud Imperatorem partes Epidauriorum egregiè defendiſſet, perpetuus Civitatis eorum dictator ab eis conſtitutus eſt circà annum 1454. Undè ampliſſimam ſuorum nobilitati faciens auctionem, inclyta moralis, & politicæ virtutis exempla Nepotibus reliquit. De eo namque ſcribit *Jo: Jacobus Crottus in Orat. pro Franciſco Sfondrato: Bartholomæus genitor illius* (ſcilicet Stephani J.C.) *primum Secretariatus locum in Rep. Raguſæa ità piè, innocenter, ſanctèque geſſit, ut, eo defuncto, publica ſanctione perpetuis temporibus valitura, majoribus ipſius Bartholomæi maſculis officium illud hæreditario jure demandatum fuerit, quod in præſentiarum Hieronymus Stephani Frater latina lingua perpolitus paterna integritate prudenter adminiſtrat.*

In ea verò Provincia Bartholomæus primo Amicorum loco habuit ſibi ſimilem eruditione Xenophonta Philippum Franc. Filium, qui & ibidem publicè docebat, & Sfondrati affinitate gaudebat; hinc non ſemel ipſius meminit Philippus Pater in Epiſtolis Affinem nuncupans, ejuſque diligentiam filio imitandam proponens, ut *lib.*18. *Ep.*24. *Occupationum tuarum excuſationem nullo pacto admitto. Non enim occupatior eſſe debes collega, atque propinquo tuo Bartholomæo Cremonenſi viro prudenti, ac perhumano, qui faſciculos literarum dat quotidiè, non modò ad ſuos, ſed etiam ad peregrinos.* Extat & ad eundem Epiſtola primi libri 33. *dat. Mediolano 6. Id. Octob.* 1470.

LVI.

PHilippus Maria Biragus Muſas adnatus, aliquandò poeticen profeſſus eſt: quippè dicitur evulgaſſe

Carmina Græca, Latina, & Italica.
Item Soluta oratione
De Virtutibus Moralibus Tractatum.

Ex ejus Tumulo, ut innuit *Breſſianus in V. R. legebatur.*

Philippus Maria Biragus Muſarum cultor, hìc quieſcit cum Majoribus ſuis. Anna Maria Aſella Uxor chariſſima Viro Amantiſſimo P. obiit anno hum. ſalutis MCCCCLVI. VII. *Kal. Maii.*

Florentiſſima Biragorum Familia viguit Mediolani, & viget in Daniele J. C. Coll. unico, & poſthumo tantæ gentis germine mihi quàm maxima humanitate obſtricto, cujus inter Heroes propè innumeros commendantur Andreas cognominatus Magnificus, qui, Philippo Maria Vicecomite Mediolani Duce extincto, pro tuenda Patriæ libertate, Venetorum apud Cremonam Navali prælio decertantium, ex ſeptuaginta navibus duas tantùm dimiſit ad internuncium reduces: Renatus Maximus Regni Galliæ Cancellarius, poſtmodum inter S.R.E. Purpuratos adſcriptus. Daniel ex Senatore, & Ducali Conſiliario Archiepiſcopus Mittyleni, Franciſcus Metoni, Septianiq; Caſtri dominus, qui elucubratiſſima Conſilia pro decidendis Nobilium controverſiis publici Juris fecit.

LVI.

MEſchinus Ferrarius vehementis ingenii inter Poetas ſuo tempore effloruit. Ex ipſius literariis monumentis lectum fuit Poema hetruſco verſu inſcriptum

La Pudicizia di Lucrezia Romana: pleroſque Commentariolos evulgavit diverſi generis

Breſſian. in V. R.

Laudatur ſummopere à *Com. Franciſco Perſico in Hiſtoriæ exordio, ubi &c.* Quidam mihi Amicus literatura ſatis inſignis Meſchinus Ferrarius &c., ac alibi: Et Meſchinus ille, cujus caſtigatione ad literarum ſtudia ſum incenſus Summæ Vir memoriæ.

LVI.

ALbertinus Philoſophus, & Medicus non incelebris, in Archigymnaſio Bononienſi Philoſophiam Lector extraordinariè profeſſus eſt; Indè Medicinam, poſtremò Philoſophiam moralem diebus Feſtis, quibus facultatibus aliquot ingenii ſui monumenta edidiſſe perhibetur. Meminit ipſius *Jo: Paſch. Alidoſius in Catalogo exterorum Bon. Gymnaſ. Profeſſorum, anno* 1456.

Breſſianus in Virtu. ravvivata, ad annum 1459. hunc facit è Gente Catanea, & refert ſcripſiſſe.

De Hydrope.
De Doloribus Colicis.
De Peſtilentia, nec non
De Mulierum Pulchritudine.

LVII.

SEraphinus Truſſus ex Ordine S. P. Franciſci Theologus percelebris, magnam ſui memoriam confirmant Opera.

De Incarnatione Domini lib. 2.
De Oratione Dominicali.
De Natura Angelica

Breſſianus in V. R.

LVII.

CArolus Pallavicinus ex Monticelli Marchionibus ultrà Padum tunc Cremonenſis Diæceſis, optimarum artium ſcientia, ut perſpicuam ſuam nobilitati decebat excultus Eccleſiaſticis diſciplinis addictus, à Caliſto Pont. hujus nominis tertio ad ſummum Laudenſis Eccleſiæ ſubſellium erectus, Eccleſiam eandem Canonicis dignitatibus, & pretioſarum ſupellectilium ornamentis adauxit: Eamque annis quadraginta pietate adæque, ac vigilantia rexit, Sacras itidem Ædes Monticelli inſigni Canonicorum Collegio ære proprio decoravit, ubi cum ad extremam ætatem redactus eſſet, mortem vicit hoc monumento relato à *Breſſiano in Roſ. & Violis.*

Pal-

Pallavicinus eram Laudenſis Marchio Præſul
Carolus: Hoc Templum pro magno munere fundans
Arcem reſtaurans, Dominuſque Palatia condens
Theſauris donans Laudenſia Templa ſuperbis
Emeritæ extollo fructu Patrimonia Gentis
Sarcophago poſt multa ſenex modo claudor in iſto.
Obiit MCCCCXCVII. I. *Octobris.*

Cui ſequentes notę additæ fuere.

Die XII. *Junii* MDCXLII. *reſtauratum fuit apertum depoſitum, & repertum intactum, ac ſi ſepultum eſſet de recenti, magno Populi concurſu, licèt ſepult. de anno* MCCCCXCVII. I. *Octob.*

Ughellus in Italia Sacra, aliique de eodem ſcribentes Patria Parmenſem volunt; verùm iſti Pallavicini amplas Ædes Cremonæ tunc inhabitabant, ubi etiamnum inter Patriæ noſtræ optimates efflореſcunt.

In Templo Caſtri Novi Buccæ Abduæ poſt Aram Majorem habetur hæc inſcriptio.

Hoc Altare cum Eccleſia conſecratum fuit per Rev.mum D. Carolum de Pallavicinorum Marchionibus Epiſcopum Laudenſem, in honorem S. Mariæ Virginis tempore Ven. Viri D. Bartholomæi de Zuchellis Eccleſiæ prædictæ Rectoris Anno Domini 1471. *die* 14. *Julii.*

LVII.

FEdericus Sfondratus J. C. in Coll. Patriæ accerſitur. Suum nomen virtutibus, quibus enituit, Poſteris commendavit. Nam de eo ſcripſit *Johannes Jacobus Crottus in Oratione pro Franciſco Sfondrato: Federicum tamen Sfondratum J. C. illum celeberrimum, præter multiplicem literaturam in omni Virtutum candore venerabilem, ſilentio præterire piaculi inſtar foret: Germanum quoq; ejus Nicolaum, & moribus profeſſionem Fratri ſimillimum, qui ſua doctrina non minorem generi claritatem infudit.*

In Eccleſia S. Dominici Cremonæ, & in Sacello S. Johannis Evangeliſtæ nunc S. Roſæ Virg. Limanæ dicato legitur.

Hoc eſt Sepulchrum Spectab., & Clariſs. J. U. Doctorum DD. Federici, & Nicolai, nec non Jo: Caroli Fratrum de Sfondratis, & Hæredum ſuorum MCCCCLXXX.

Breſſianus in Coll. J. C. de eodem refert aliam inſcriptionem in Ædibus Divo Salvatori dicatis.

Celſus Roſinus in Lycæo Lateranenſi lib. 11., ubi de Matthęo Boſſo Veronenſi Can. Reg. Later. ergà finem innuit Noſtri Federici *Epiſtolas ad Boſſum datas*, ejuſque excoluiſſe amicitiam.

Floruit & alter Federicus Sfondratus ingenio admirabili, ad quem extat *Epiſt. Franc. Zavæ Cremonæ data 6. idus Junias* 1575. *in lib.* 12., & cujus eſt *Epigramma*, quod legitur in laudem libri Proſperi Paſethi Ferrar., cui tit. *Reſponſa, ſeù Conſilia primùm edita Venetiis* 1580.

Inter

Inter Romanos Præſules ex hac progenie, præter alios memorandos, fuit anno 1315. Ferdinandus ſub Clemente V.

LVIII.

Somentius de Somentiis ſuo ævo Philoſophus, & Aſtronomus non prætereundus, libros confecit

De Stellarum fixarum genere

De Fluxu, & Refluxu Maris

De Primo Mobili

De Volatilium, & Aquatilium natura.

Breſſianus in V. R.

LIX.

Antonius Rangonus inſignis Philoſophus, & doctiſſimus J. C. de Collegio die 1. Septembris anni enunciati advocationibus perquàm clarus, poſteris reliquit

Legales Conſultationes vol. 3.

Tractatus Philoſophiæ Moralis.

Reperitur tumulatus in primo Clauſtro Con. S. Dominici, ubi hæc inſcriptio.

Hoc eſt Sepulchrum Egre. Legum Doct. D. Antonii de Rangonibus, & Gherardi de Rangonibus, eorumque hæredum.

Syllabus J. C. &

Breſſianus in Coll.

LIX.

Daniel Conradus Federici F. V. S. Proſperi J. C. in Coll. receptus die 5. Novembris 1459. Homo haudquaquam notandus pigritia, Poeſi non parum addictus, Pater Patriæ, plerumque, ſæpius Orator ad Italiæ Principes, demùm Ticini Judex exceſſit anno 1497. reliquit

Conſultationum Legalium vol. 3.

Carminum lib. 2

Hic Daniel ille eſt, de quo fit mentio, ubi de Guidone Suzzaria.

De eodem Bordigallus in Epitaphiis

Cajetanus in Carmin. M. S. &

Auctores Syllaborum.

LX.

Brocardus Perſicus Comes, Michaelis F. J. C., & Poeta magno ſuis ornamento floruit, omnia ſcilicet animi bona in ipſum contuliſſe videbatur natura pro iis, quæ caſui ſubiecta, & Parentibus erepta fuerunt. Siquidem iis temporibus natus, quibus pervetuſta ejus Familia ſpoliata eſt antiquo Sablonetæ veteris dominio, quod Comitatus titulo diù poſſederat, antequam Oppidum illud, agri tunc Cremonenſis, à Franciſco Gonzaga cum Bozulo occupatum

patum

patum, Mantuanæ ditionis evaderet anno 1408. Cujus ob imperium loci factum eſt, ut Sabloneta oriundam illuſtrem Comitum de Perſico Gentem perhibuerint ſcriptores, ut *Blondus in Hiſt. Italiæ, & Albertus in deſcriptione Italiæ*, ſed licèt inter eas ſuæ ſtirpis procellas editus, Brocardus perturbationibus non obnoxius, à ſuo traduce magnanimo non degeneravit. Utramque nimirum, vel à Puero didicit ſuſtinere fortunam, ſciens illud Poetæ Martialis, quod affabrè cadit

Vilia nativis fueramus præcoqua ramis
Nunc in adoptivis Perſica chara ſumus.

A magnis proindè Principibus peramatus conſtantis æquè, ac eruditi Equitis retulit encomia. Plurimum conſilio valuit. Quamobrem inter ſupremos ſuos Conſultores illum aſcivit Philippus Maria Vicecomes, qui & ſæpè Brocardi opera uſus eſt in adminiſtranda juſtitia; Bellicis itidem conſultationibus ipſum adhibuerunt Nicolaus Picininus ſupremus Copiarum Vicecomitis Imperator, atque Jacobus filius, cum quo Neapolim profectus, Ferdinandi Primi Aragonenſis Regis ſupremus, ut vocant, Cancellarius factus eſt. In quo munere diem obiit Neapoli anno 1470. Magnum & Principi, & Regno, & Patriæ ſui deſiderium relinquens. Memorabilem tamen cum ſcriptoribus antea ſe fecerat, committens monumentis

Carmina triginta millia in duodecim
Libros diviſa, quibus Heroum geſta, queis
Aut interfuit, aut præfuit, complectuntur.
Orationes luculentiſſimæ
Epiſtolæ
Aſtronomici Aphoriſmi.

Tanti Viri virtutes jurememeritò recenſentur à *Com. Franciſco Perſico ejus Filio*, initiò elucubratiſſimæ ſuorum temporum Hiſtoriæ (cujus archetypum M. S. quo fato penitùs ignoro ad manus meas non quidem abſque maximo animi gaudio devenit) ſunt autem ea, quæ nunc ſubdo, ejuſdem Hiſtoriæ fragmentum, quæ etiam poterunt Cremonenſium ingeniorum vim facilè teſtari.

Paterni de me ut ingrato Filio manes querentur, niſi Brocardum Patrem Comitem Perilluſtrem Oratorem, Poetamque omnibus numeris abſolutum in hoc Cremonenſium Virorum albo non aſcriberem, quem ampliſſimis Magiſtratibus perfunctum Neapolitanus Rex ſibi in Cancellarium magnum, ut dicitur, ac Conſiliarium ex Patria avocatum delegit, cujus præclari ingenii monumenta ſunt triginta millia Carminum, quibus præclara facinora temporum ſuorum, ſed in primis, quibus ipſe præfuit, vel interfuit, complexus eſt. Syderali ſcientia adeò emicuit, ut à ſummis Viris, tanquam Mercurii Numen, veneraretur, celebrareturque; At herclè non noſtra ſolùm adiuratiſſima ſententia ex omnibus, quæ mortalibus dantur virtutibus, nulla ei deeſſe videbatur, uſque adeò, quod deorum numero potiùs, quàm mortalis cenſebatur.

tur. Id profari non erubeſco, cum res ipſa per ſe loquatur &c.

Ejuſdem meminere *Cavitellus*, à quo vocatur vates, & J.C. celeberrimus.

Ant. Campus in Hiſt.

Franciſcus Zava latè in Orationibus.

En ſingulare privilegium à Rege Ferdinando Comiti Brocardo conceſſum, ex quo apparet quantum amore, muneribus, & Feudis à magno illo Principe fuerit exceptus. Archetypum habui à Com. Brocardo Perſico Juniore Amico meo humaniſſimo.

FERDINANDUS Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ.

UNiverſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tàm præſentibus, quàm futuris Optimum Regnum tunc ſolidis fundamentis ſubſiſtere, & prudentiſſimè inſtitutum eſſe arbitrari poſſumus: Cum Viris, & quidem clariſſimis abundat, & præcipuè cum Aula Viris omni Virtutum genere præſtantibus eſt perilluſtris. Quid enim eſt, vel in Republica, vel in quoque Principatu, aut utilius, aut dignius, quàm Viris inſignibus decoratum iri? Si enim in Orbe cætus hominum bonis moribus, & diſciplinis inſtituti, omnibus mundanis rebus præferendi, quantò magis optimates, qui egregia virtute ab omnibus ſunt ſelecti? Quo fit, ut cum nobis exactiſſimum ſtudium ſit noſtram Aulam Viris virtute eximiis decorare longa jam experientia, cognita nobis per mille rerum diſcrimina, virtute rariſſima, & clariſſimis dotibus Spectabilis, & Magnifici Viri Comitis Brocardi de Perſico, noſtri Regni Cancellarii rem dignam nos facturos, & laudatiſſimam arbitrati ſumus: Si hunc Virum Nobiliſſimum noſtræ Aulæ optimatibus, atque proceribus adiunxerimus, ſeù adiunctum beneficentia, qua mortalium ſtudia deviinciuntur, foverimus, & ex dedito deditiſſimum nobis reddiderimus; Eſt enim Vir & literarum peritia non mediocriter eruditus, moribus graviſſimis, prudentia, & uſu rerum per omnes utpotè fortunæ caſus obiectatus clarus, & inter primiores noſtri Sæculi habitus; Cumulatiſſimus denique adeò virtutibus, & meritis ornatus, ut inter rariſſimos nova hac ætate poſſit adnumerari. Declaratum eſt, vel ex eo quòd apud Sereniſſimum, & Inclytum quond. Alphonſum Regem Patrem, & Dominum noſtrum apud Illuſtriſſimum, & Splendidiſſimum Philippum Mariam Ducem olim Mediolani præſtantiſſimum, apud Illuſtriſſimum, & Potentiſſimum Franciſcum Sfortiam Ducem Mediolani invictiſſimum, apud Illuſtrem, & Magnificum Nicolaum Piceninum belli Imperatorem fortiſſimum, apud Illuſtrem Jacobum Piceninum de Aragonia belli ducem clariſſimum ſemper in pretio eſt habitus. Et placuiſſe tot Principibus Viris non ultima eſt laus: Quæ omnia, & pleraque alia, quæ longum eſt recenſere animo repetentes ad gloriam, & Regni noſtri amplitudinem conducere exiſtimavimus. Si hunc Virum apud nos habuerimus, cum itaque aliàs illi polliciti fuerimus nonnulla dono concedere.

cedere. Idque efficere nequiverimus, bonis, & rationabilibus ex cauſis: Inſtituimus vice illarum rerum eidem donare, & elargiri Terras Gajani, & Cotrofiani Provinciæ Terræ Nydrunti, quo habeat condecentis vitæ alimenta; & ut inter Proceres, & Optimates noſtri Regni apud nos vitam celebrem agere poſſit; Ultrà alia, quæ à nobis accepit, accepturuſq; eſt beneficia: Id propterea ius adducti rationibus, & aliis dignis ex cauſis, et propter accepta ab eodem officia, & quæ impoſterum præſtiturum ſperamus de bono in melius continuatione laudabili ſuper præmiſſis noſtrorum Collateralium, & aliorũ de conſilio noſtro maturè præhabita deliberatione, quæ ad hoc ſpecialiter intervenit eidem Comiti Brocardo, & ſuis utriuſq; ſexus hæredibus, & ſucceſſoribus legitimis, & non legitimis modo, & forma inferiùs annotatis natis, tàm et in antea naſcituris in perpetuũ Terras Gajani, et Cotrofiani, Provinciæ Nydrunti per Noſtram Curiam hactenùs tentas, & poſſeſſas cum ſuis Villis, Caſtellis, Caſalibus, Hominibus, Vaxallis, Incolis, Sale, Focolariis, collectis, & cæteris Fiſcalibus functionibus impoſitis, vel imponendis Noſtræ Curiæ ſpectantibus, & pertinentibus quocunq; nomine cenſeantur, & cum redditibuſq; feudis Feudatariis, Subfeudatariis, angariis, perangariis, domibus, poſſeſſionibus, vineis, Olivetis, Jardinis terris cultis, & incultis montibus planis, pratis, ſylvis, nemoribus, paſcuis, arboribus, molendinis, baſtinderiis, piſcariis, Venationibus, paſſagiis, tenimentis, territoriis, aquis, aquarunq; decurſibus, bajulationibus banco Juſtitiæ cognitione cauſarum Civilium, Criminalium, et mixtarum, aliiſq; Juribus, juriſdictionibus, rationibus, actionibus, utiliq; dominio, & pertinentiis omnibus ad dictas Terras pertinentibus cum juriſdictionibus ſuis, atque ſpectantibus ad illas, & illa quovis modo Res utiq; per noſtram Curiam tentas, & poſſeſſas. Quæ videlicet ſunt de Demanio in Demanium, & quæ de ſervitio in ſervitium, pro eo quidem valore annuo, quem præfatæ Terræ cum pertinentiis ſuis, & juribus valent, vel valere compertæ fuerunt in ſtudium nobile, & ſub contingenti proindè Feudali ſervitio, ſeù adhoc, nec non et cum Juriſdictione Criminali, et plena meri, mixtiq; Imperii, et gladii poteſtate, et exercitio Juriſdictionis ipſius, quam, & quod per eundem Comitem Brocardum, & ſuos hæredes, & ſucceſſores, & eorum Officiales fideles, & providos unà cum Judicibus aſſeſſoribus, actorumq; Notariis, quos aſſumendos, et ordinandos per tempora duxerunt in dictis Terris, Caſalibus, et earum pertinentiis, & juribus ex nunc in antea in perpetuum exerceri, geri, et adminiſtrari volumus, & jubemus. Nec de ipſorum Curiæ, & criminali Juriſdictione, merique, & mixiti Imperii, & gladii poteſtate exercitio, & adminiſtratione in dictis Terris, Villis, & Caſalibus, juribus, & pertinentiis, hominibus, et Vaxallis, Officiales noſtros omnes, & ſingulos tàm majores, quàm inferiores, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quocunque Præſidatu fungatur, vel officio, aut dominatione notentur per dictum Regnũ noſtrum Siciliæ, ejuſq; Terras, & Provincias, conſtitutos, vel conſtituendos præſentes ſcilicet, et futuros deinceps intromitti. Sed ab illis ibidem deſiſtere, et ceſſare tamq; rem noſtram propriam, ac ad nos, & ad dictam noſtram Curiam de jure ſpectantem, et legitimè pertinentem, damus, donamus, tradimus, et ex cauſa donationis inter vivos irrevocabilis proprii noſtri motu, inſtinctu, & præmiſſorũ,

& aliorum conſiderationis, præſentis Privilegii noſtri tenore concedimus de certa noſtra ſcientia, liberalitate mera, & gratia ſpeciali maturè, conſultò, & deliberatè, & noſtrorum Collateralium, & Sacri Conſilii conſultatione, & deliberatione præhabita juxtà uſum, & conſuetudinem dicti noſtri Regni Siciliæ, ac generalis, & humanæ Regiæ ſanctionis editum deferendorum ſucceſſionibus in favorem Comitum, & Baronum omnium dicti Regni, à tempore felicis adventus claræ memoriæ Domini Regis Caroli Primi in ipſius Comitatus Baronias, & Feuda initi ex perpetua collatione tenentium factum dudum per Inclytæ recordationis Dominum Regem Carolum II. in parlamento celebrato Neapoli divulgato, legibus, & Juribus, conſtitutionibus, Regnique Capitulis, & reſcriptis quibuſcunque contrariis, ſeù contrarium forſitan diſponentibus, eiſque præſertim, quæ conceſſionem, & donationem bonorum feudalium fieri prohibent, & quibuſcunq; donationibus; ſeù conceſſionibus quibuſvis aliis perſonis, forſitan factis, ſeù faciendis etiam, ſi capta, vel apprehenſa fuerit poſſeſſio corporalis, vel etiam ſi de præſentibus expreſſam, ac de verbo ad verbum facerent mentionem. Cedulis, albaranis, promiſſionibus, aut aliis reſcriptis, & rebus, perſonis quantumvis benemerentibus, etiam ſi pro ſtatu Reipublicæ factæ eſſent, et pro ſtatu noſtro, & ſi ſpecialiſſimam exigerent mentionem, et aliis quibuſqq;, quas, et quæ in quantum præſenti noſtræ conceſſioni refragarentur, vel obſiſterent decreta, ſcientia, poteſtate dominica legibus ſoluta de collateralium, et Sacri Conſilii deliberatione, caſſamus, irritamus, annullamus, et viribus, & efficacia evacuamus non obſtantibus quoquomodo; Et nihilominus pro favorabiliori proſecutionis affectu donationis, conceſſionis, et traditionis præſentis in eundem Comitem Brocardum, et dictos ſuos hæredes, et ſucceſſores omne jus, omneſq; actiones reales, perſonales, utiles, et directas, mixtas, et in rem ſcriptas nobis, et noſtræ Curiæ, competens, et competentes, competiturum, et competituras in, et ſuper dictis Terris, Juribus, et pertinentiis ut ſuprà cum Villis, Caſalibus, Hominibus, Vaxaliis, Feudis Feudatariis, Subfeudatariis, bajulationibus, gabellis, mero, et mixto Imperio, et gladii poteſtate, Sale, Focolariis, collectis, Fiſcalibus functionibus quibuſqq; noſtræ Curiæ hactenùs ſpectantibus, et pertinentibus prædictis ex cauſis, vel quavis alia ratione titulo, vel prætextu vigore dicti præſentis noſtri Privilegii de ipſa certa noſtra ſcientia, motuq; proprio, ac Regia poteſtate, ac Collateralium, et Sacri Conſilii deliberatione transferimus, cedimus, & penitùs derivamus. Ad habendum, tenendum, poſſidendum jam dictas Terras Gajani, et Cotroſiani, nec non caſtra, ſeù Fortilitia cum Vaxalis, Feudis, Feudatariis, Subfeudatariis, Fiſcalibus functionibus, bajulationibus, Gabellis mero, et mixto Imperio, juribus, & pertinentiis ſuis omnibus antedictis per eundem Comitem Brocardum, et ſuos omnes hæredes, et ſucceſſores, ut infrà, in Feudum immeditè, et in capite à nobis, & dicta noſtra Curia, ac hæredibus, et ſucceſſoribus noſtris in prædicto noſtro Regno Siciliæ ſub feudali ſervitio, ſeù Adloa ut ſuprà præſtando, ac petendum, ac reintegrandum, et reintegrari faciendum omnia, & quæcunque bona, & iura à dictis Terris, et Locis quovis modo alienata, illicitè diſtracta, ſeù occupata, juramenta aſſecurationis debita à

Va-

Vaxaliis recipiedum per manus Commiſſarii ſuper hoc per nos deputandi, vendendum, alienandum, permutandum, donandum, tradendum, & concedendum, illiſque dominandum, & eis uſufruendum, ac de ipſis Terris, et Locis faciendum, & diſponendum, pro ut quando eis videbitur inter vivos, & in ultima voluntate, et quemcunq; contractum faciendum tamquam de re propria ipſius Comitis Brocardi, & ejus hæredum, & ſucceſſorum prædictorum nostro in hiis aſſenſu, & beneplacito reſervato. Et demùm concedimus ex certa ſcientia, conſulto, & deliberatione noſtri noſtrorum Collateralium, et Sacri Conſilii deliberatione præhabita poteſtate, quæ Dominium ipſi Comiti Brocardo volenti ſuis rebus cautiùs conſulere, eidem dumtaxat, et pro hac vice ſolùm, quòd poſſit ſibi in teſtamento utriuſque ſexus hæredem, vel ſucceſſores, hæredes, vel ſucceſſores in dictis Terris, bonis, et juribus univerſis, vel in parte ipſorum inſtituere unum, vel unam, vel plures, filiam, vel filium, vel filios legitimum, legitimam, vel legitimos, non legitimum, non legitimam, vel non legitimos, vel quemcunque, quamcunque, quaſcunque, vel quoſcunque hæredem ſucceſſorem, hæredes, et ſucceſſores quemquam, quos, vel quas maluerit, et ſibi placuerit ſecundùm ratas diſtinctiones, et partes per eum conſtituendas. De quibus volumus, decernimus, et jubemus dictos hæredes, vel ſucceſſores, hæredem, vel ſucceſſorem remanere debere tacitum, vel tacitam, tacitos, vel tacitas, contentum, contentam, contentos, vel contentas, et perpetuum ſilentium illi imponimus, Et ex nunc, prout ex tunc charum, gratum, et firmum gerentes, et tenentes quicquid in dicta hæreditate, et ſucceſſione per ipſum Comitem Brocardum actum, geſtum, factumve fuerit. Aſtringentes ab ea, eo, vel eis, non legitimo, legitima, vel legitimis omnem natalium maculam eo caſu; Et habilitantes eum, vel eam, eos, vel eas ad dictam ſucceſſionem ex poteſtate dominica, gratia ſpeciali ex certa ſcientia. Volumus etiam, decernimus, et declaramus, quòd præfatus Comes Brocardus, et ſui hæredes, et ſucceſſores, ut ſuprà debeant uti, frui, et gaudere introitibus, ſalis Focolariorum, et collectarum Regalium, ſeù Fiſcalium, et omnibus Fiſcalibus functionibus hactenùs per nos impoſitis, ac imponendis, quæ eidem, ſuiſque hæredibus, et ſucceſſoribus conſultò, et deliberatè, et ex certa ſcientia concedimus, donamus, et elargimur. Ita tamen quòd præfatus Comes Brocardus, et præfati ſui hæredes, et ſucceſſores, prædictas Terras cum Caſalibus, Villis, Locis, et Juribus omnibus ſupraſcriptis ut ſupra, poſteaq; illa fuerint realiter aſſecuti in Feudum immediatè, et in capite à nobis, et noſtra Curia, ac Hæredibus, et Succeſſoribus noſtris in dicto Regno noſtro Sicilię perpetuò teneant, et poſſideant, Nec alium prętèr nos hęredes, et ſucceſſores noſtros in Regno jam dicto ſuperiorem, et dominum exindè recognoſcant: ſervireque prętereà teneantur, et debeant nobis, præfatiſq; noſtris hęredibus, et ſucceſſoribus de Feudali ſervitio ſupradicto ad rationem, et conſuetudinem noſtri Regni. Quod ſervitium dictus Comes Brocardus pro ſe, et hæredibus, et ſucceſſoribus ſuis prędictis in pręſentia noſtra conſtitutus pręſtare, et exhibere, et facere nobis, pręfatiſq; noſtris hęredibus, et ſucceſſoribus ſuis juribus ſpontè

obtulit, et promiſit: Inveſtientes proindè prefatum Comitem Brocardum pro ſe, et heredibus, et ſucceſſoribus ut ſuprà de preſenti noſtra conceſſione, donatione, et gratia per expeditionem præſentium, ut eſt moris. Quam inveſtituram vim, et vigorem veræ donationis, et realis aſſecurationis, & traditionis dictarum Terrarum, & Locorum, & jurium omnium ſupradictorum Volumus, & decernimus obtinere. Pro quibus quidem Terris, Locis, & Juribus prædictis ab eodem Comite Brocardo ligium accipimus in manibus noſtris homagium, & fidelitatis debitæ juramentum, clauſulis, conditionibus, reſervationibus omnibus, & ſingulis, quæ in Privilegiis conceſſionum, & donationum Regalium, & noſtris conſueverant exprimi, & apponi in præſenti Privilegio intellectis, & habitis pro ſufficienter expreſſis, ac ſi forent in eo diſtinctè, & particulariter annotatæ; ſalvis nihilominùs, reſervatis nobis, præfatiſque noſtris hæredibus, & ſucceſſoribus ſervitiis nobis ex inde debitis ſecundùm uſum, & conſuetudinem Regni prædicti, ac omnibus, & quibuslibet aliis, quæ nobis, & noſtræ Curiæ Majoris Dominii ratione competunt, & debentur, prout habemus, & habere debemus in Terris, & Locis ſupradictis, & omni juriſdictione ipſarum collationibus, & præſentationibus nobis, dictiſque noſtris hæredibus, et ſucceſſoribus ſpecialiter reſervatis. Firmis tamen remanentibus omnibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis in hoc Privilegio contentis, & ſpecificè declaratis. Intendimus autem, et præſenti noſtro Privilegio declaramus, quòd dictus Comes Brocardus Procurator cum ſolertia debita, & inſtanti infrà Menſes ſex poſt adeptionem dictarum Terrarum, & Locorum in anteà numerandos præſens noſtrum Privilegium, vel ejus tenorem in quaternionibus noſtræ Cameræ ſummariè penès noſtros Præſidentes tranſcribi facere, & particularitèr annotari, ut tempore, quo Feudale ſervitium Regni Comitibus, Baronibus, & Feudatariis aliis in Regno jam dicto per noſtram Curiam generaliter indicetur, contingat ipſum Comitem Brocardum, & præfatos ſuos hæredes, & ſucceſſores tamquam novos poſſeſſores, & Dominos Terrarum, & Locorum prædictorum pro illis Feudalibus ſervitiis debitis in quaternionibus ipſis manualitèr, inviolabiliter referri. Declarantes inſuper, & volentes, quòd ipſius Comitis Brocardi futuri hæredes, & ſucceſſores in dictis Terris, & Locis gradatim ad noſtram Curiam venire teneantur, & debeant. Denuntiantes in eadem noſtra Curia præfatorum decedentis, & decedentium, ſi qui fuerint, debitum, ligiumque præſtaturi in manibus noſtris homagium, & fidelitatis debitæ juramentum, ac debitum in noſtra Curia relevium ſoluturi, ſeque conſcribi facere in quaternionibus dictæ noſtræ Cameræ penès Præſidentes, ad quos ſpectat, & ſpectabit cum particulari diſtinctione Terrarum, Locorum, et jurium ſupraſcriptorum, cumque valore annui, & contingentis pro illis Feudalibus ſervitiis, et prædicta alia facturi, et adimpleturi, ad quæ propplayer rationabilitèr aſtringuntur, Alioquin præſentem noſtram gratiam, quo ad deficientem, ſeù deficientes in præmiſſis decernimus eſſe nullam. In quorum fidem præſentes noſtro magno prudenti ſigillo munitas fieri juſſimus. Datas in Civitate noſtra Ca-

pue

pua per ſpectabilem, et magnificum Virum Honoratum Graytanum Fundorum Comitem hujus noſtri Regni Logothetam Protbonotarium Collateralem Conſiliarium fidelem nobis plurimum dilectum, Die v. *Menſis Maii Anno Domini* MCCCCLXV. *Indictione decima, Regnorum noſtrorum Anno octavo.*

Subſcript. Rex Ferdinandus &c. cum Sigillo magno Regio.

Poſt hunc occurrit alter Comes Brocardus de Perſico, qui floruit circà annum 1560. Caſſani Marchio, & Eques Hieroſolimitanus, idemque Catholici Regis familiaris, & ab ipſo Præfectus Exercituum in Ducatu Mediolanenſi, Alexandriȩ Gubernator, Legatus ad Pium IV. P. M. conſtitutus, aliiſque decoratus honoribus, & diem obiit Mediolani die 23 Aprilis 1571. Cadaver autem Cremonam aſportatum ad Divi Dominici, in Sacello Perſicorum Divo Jo: Baptiſtæ ſacro tumulatum eſt. Meminerunt ipſius *Lucas Contilis in Epiſt. Julius Ceſar de Solis in Poematio de Urb. Ital. Orig. Trajanus Dordonus in rytbmis diverſ. Auct. Cremonæ cuſis ann.* 1560. *Alex. Lamus in Somniis. Porta in Theatro Alexandriæ, Franciſcus Zava in Orationibus, cujus verba retulimus in II. volum. ad annum* 1588., *in quo de altero Brocardo J. C., Cavitellus, et Campus* ad eundem annum 1571. quo tempore per utriuſque Brocardi veſtigia incedebat Camillus Perſicus, Comes pariter, & Eques Rhodius, qui præclaræ virtutis editis ſpeciminibus vivere deſiit Melitæ 1577.

Et cum hìc de Brocardo, & Camillo ex Fam. de Perſico Equit. Hieroſolimitanis ſermo habitus fuerit, non erit incongruum nonnullos alios Cremonenſes tanta Cruce inſignitos uſque ad annum 1687. referre juxtà Catalogum *Equ. Bartbolomæi Putbei*, nempè

Anno 1481. Franciſcus Aghinulphus.
1501. Brocardus Perſicus.
1572. Antonius Maria Offredus.
1574. Johannes Baptiſta Ripa.
1574. Camillus Perſicus.
1581. Johannes Georgius Stanga.
1598. Franciſcus Celanus.
1604. Johannes Franciſcus Ghiſulphus.
1611. Petrus Franciſcus Oſcaſalis.
1614. Franciſcus Roncadellus.
1615. Attilius Offredus.
1661. Johannes Baptiſta Lauda.
1687. Nicolaus Lauda hodie vivens meritis, & virtutibus clariſſimus.

Quibus addendi ſunt nunc pariter vitam agentes, ſuorumq; Majorum ſplendidiſſima exempla imitantes.

Andreas Roncadellus L. T. Cremonæ Illuſtriſſimi Commiſs. Generalis Exercituum totius Dominii Mediolani.

Franciſcus Maynus Marchio, &

Camillus Pallavicinus Marchio.

Hiero-

LXI.

HIeronymus Oliva ex Monachis Divi Hieronymi degens in Aſceterio S. Sigiſmundi extrà Urbem, Theologus inſignis habitus eſt, & inter præſtantiores Evangelii declamatores receptus. Scripſit.

Expoſitiones ſuper præcepta Decalogi
Conciones in Feſtis B.V.M.

Breſſianus Virtu. Rav.

LXI.

JOannes Antonius Cremonenſis Ord. Min. S. Franciſci doctrinæ opinione commendabilis, hoc anno Provinciæ Mediolanenſi præficitur, ut de eodem videre eſt *Haroldum in Epit. Annal. Vvadinghi ann.* 1461. *nu.* 3. ubi nominat eum Cremenſem, ſed in Indice Cremonenſem, quapropter veritati ſubſcribo.

LXI.

JOhannes Granellus Comes J. U. D., & legum Gloſſator Egregius vulgavit

Conſultationes
Super Pandectas Volumina conſcripſit.

Breſſianus in Coll. J. C., & in libro, cui tit. Virtu Rav. Syllabus J. C. de Coll. ex quo liquet Johannem in Coll. receptum fuiſſe die 25. Junii 1419.

Floruerunt ex hac gente inter J. C. Collegiatos.

Benedinus anno 1400., qui Patria ejectus ab Ugolino Cavalcabovio, ibi Regulo, ad Aulam Sigiſmundi Imperatoris appulſus pro meritis Comitis titulo inſignitur.

Franciſcus Comes, de quo *Haroldus in Epit. Annal. Vvadinghi ſub annis* 1479. *num.* 9. *Cum B. Amadæus obtinuiſſet à Sixto, ut ſuis Conſodalibus extrà muros Cremonenſes conſtrueretur Cænobium, pro cujus ædificio pecunias teſtamento reliquit Franciſcus Granellus Doctor U. J.*

Joannes Aloyſius Comes, Patriæ Decurio anno 1473.

Joannes Maria & ipſe Decurio 1487. de quo adhuc legitur in Magno Sacrario Templi Divi Dominici hæc inſcriptio parieti, nigris notis, injuncta

MCCCCLXXIX. *die* V. *Menſis Madii Hanc Capellam, ſeù Sacriſtiam conſtrui fecerunt Joannes Maria, & Benedinus Fratres de Granellis Cives Cremonen. ad formam literarum Apoſtolicarum.*

LXII.

ANtonius Melius, alter à (ſuperiori loco) recenſito Vir magnanimus, ac ſingularis doctrinæ, & religionis Abbas Cænobii S. Laurentii Cremonæ.

Ejus

Ejus ſumptibus in iiſdem Ædibus elegantiſſimè exculptam alabaſtritis Arcam erigi curavit, quæ etiamnunc inter noſtræ Urbis admirabiliora exhibetur, ut in ea conderentur oſſa SS. Chriſti Martyrum Marii, Marthæ, Audifacis, & Abacuc, & cum aliis Sanctorum Urbani Sum. Pontif., & Quirini lipſanis, eamque ſubtus tumulari juſſit hac Epigraphe.

Melius hic Doctor Abbas Antonius Arcam,
Qui dedit hanc Turrim, Templa, Domuſque bona.

Deceſſiſſe ab hac Vita fertur die 9. Auguſti 1479.

Vide *Cavitellum in Annal. ſub anno* 1472.

Et *Breſſianum in Coron. Vir. Illuſtr. p.* 3.

LXIV.

RUggerius de Comitibus Juriſprudentiæ ſtudens, ac in arte Oratoria non modicè inſtructus edidit

Orationem Funebrem,

Quam publicè habuit in parentalibus Jacobi Puthei Cremon. Patritii, & legum Doctoris præclariſſimi, ut habetur ab *Antonio Campo in Hiſt. lib. 3. ad ann.* 1583., ubi multa leguntur de Gente Puthea.

LXIV.

JUlius Guarna Salernus in omni ſcientiarum genere maximè verſatus, Græciſque literis peritus, Romæ dignitatibus Eccleſiaſticis inſignitus floruit, quibus Nicolaus V., ac Caliſtus III Summi Pontifices regnabant. A Secretis deinceps Pauli, hujus nominis, II. honeſtiſſimè deceſſit.

Breſſianus in Roſ., & Viol., et in Coron. Vir. Illuſtr. p. 3.

Julium itidem Salernum ex Patriæ Decurionibus fuiſſe conſtat anno 1560. ex regeſto, in quo deſcribuntur.

Occurrit & nobis alter Julius Salernus, Patria verò Ticinenſis, qui anno 1551. contrà Cremonenſes, in cauſa Principatus, nonnulla abſq; ingrati animi, & maledicentiæ nota exaravit, ut vidi ex M. S. ad meas manus à ſyncero quodam Amico delatis, loquendo etiam de Cremonenſibus ſcribit inter cætera *cum multis eorum Civibus paternas neceſſitudines, domeſticaſque familiaritates intercedere*, nihilominùs candidiſſimas Cremonenſium glorias adulterinis ſtudet deprædicare mendaciis, & ut multa taceam (ne priſca fricem vulnera, ut nuperrimè inconſultò, & inſulsè egit quidam F. Romualdus) immodico, ac juvenili præter omnem modeſtiam auſu ineptum Sicardum Cremonenſem illum Epiſcopum doctiſſimum, ut innuimus, vocare non erubeſcit.

Cum eſſem Mediolani hoc anno 1695., Menſe Junio labente, in Muſæo Eruditiſſimi, & Venerabilis longæva ætate Viri Jo: Baptiſtæ Blanchini deque recenſitis Ticinenſibus Orationibus ſermo inci-

diſſet, meque pro Patria pugnantem gravis ille Senex audiviſſet: *Tace*, inquit, *Ariſi mi, lis eſt adhuc ſub Judice indeterminabilis*, *nam jura pro unaquaque Urbe ad rhombum examinata validiſſima ſunt*, & illico è quibuſdam ſuis ſchedis ſequens traxit Epigramma, cujus exemplum ſubdere lubet hìc ad utriuſque Urbis gloriam.

Quæ ſit Nobilior magno certamine pugnat
Urbs Ticini, hinc ſapiens, inde Cremona potens.
Palladis illa domum, Pontem, Fora tollit, & Amnem
Quæ Italiæ Sedes Regibus una fuit.
In bello nulli inferior teſtantur id oſſa
Gallorum medio Semiſepulta foro.
Ædibus & Sacris Præſul, qui Præſulis Archi
Indumenta, crucem par in honore gerat.
Plura Cremona tamen. Turrim, Palatia, & Artes
Obiicit, & Superis Templa operoſa Diis.
Cui Bellona parens, cui ſit Romana propago,
Ingenio, & ſummis ora diſerta Viris.
Ipſa quoque ingentes Gallorum oſtentat acervos
Pleſſeo nuper, qui cecidere, Duce.
Quid certare juvat geminæ radiate Sorores
Jam, Gallis victis, Nobilitate pares.

LXIV.

JOhannes de Cremonen. & Jacobus de Cremonen. recenſentur unus poſt alium à doctiſſimo Præſule, & mei humaniſſimo *Johanne Ciampino in Enarratione Synoptica Abbreviatorum de Parco Majori S.R.E. Vicecancellarii Aſſiſtentium expeditionibus literarum Apoſtolicarum*, *quæ in Cancellaria Apoſtolica peraguntur*. *Hoc anno Sanctiſs. Pont. Pius II. Abbreviatores*, *qui incerto ordine*, *incertàque lege ævo ſuo vagabantur*, *in unum collegit*, *ut ex ejus Conſtitutione*, quam refert Ciampinus Cap. V. adhuc mihi non liquet, ex qua familia provenire potuerint memorati Abbreviatores. Verùm cum ſint patria Cremonenſes, ut credo, eos præterire nec volo, nec poſſum.

LXIV.

JOhannes Baptiſta Archidiaconus, ſeù de Artezaghis in utroque Jure laureatus, doctiſſimus Aulicus Calixti III. Pont. Summ., & à Secretis, quo vita functo, eodem in gradu à Sapientiſſimo Pio II. confirmatur, item Scriptoris Apoſtolici munere condecoratur. Princeps ex Præpoſitis Mitratis Eccleſiæ Divæ Agathæ in Patria ab eodem Pont. Pio II. conſtitutus, cui jam Calixto annuente præfuerat perpetuus Commendatarius, ſuppreſſis nonnullis Canonicis Regularibus in ædibus ejuſdem Fani degentibus, ut patet ex

ex Pont. diplomate relato à *Peregr. Merula in Sanctuar. Cremonæ pag.* 27. Anno 1468. eamdem Præpoſituram Antonio Viro clariſſimo ejus Nepoti reſignavit, quo vivente anno 1495. in ipſa Eccleſia B. Bernardinus Feltrenſis Evangelicas habuit Conciones.

Fertur Iohannes Baptiſta Opera complura ſcripſiſſe, & ſervari in Bibliotheca Vaticana.

Antonius Nepos ejus Eccleſiam Præpoſititiam ampliorem, ut in præſentiarum eſt, & elegantiorem reddidit. Id denotat lapis in Choro poſitus.

Alexandro Max. VI. Pont. Divoque Lud. Maria Anglo Mediolani Duce Principatum obtinentibus, voluentibus Annis Domini MCCCCLXXXXV. *Idib. Septemb. R. D. Antonius de Archidiaconis hujus loci Præpoſitus Eccleſiam banc à fundamentis abſolvit:*

In eodem Choro poſt Altare majus habuit Sepulchrũ, ubi ſcriptũ eſt:

Oſſa Præpoſiti Antonii Archidiaconi hic ſita ſunt.

Memorantur ambo *à Cavitello in Annal.*

A Merula, ubi ſuprà, *et Breſſiano in Corona &c. & in Roſ. et Viol.*

Ex hac Familia floruit Jacobus Artium, & Medicinæ Profeſſor, ut notat *Alidoſius in Libro inſcripto Doct. Theol. &c.* ſub annis 1592. 94. 95.

In hiſce ædibus Divæ Agathæ ſacris ab anno DLXVIII., ut *Cavitellus affert in Annal.* maxima cum veneratione ſervatur Tabula, quæ ab Angelica manu delata dicitur ſuper Tumulum Martyris Glorioſiſſimæ, de qua vide *Bolandum in Actis S. S.*, ubi de Reliquiis ejuſdem Sanctæ agit, nec ſunt prætermittenda, quæ

P. Julius Mazarinus S. I. concione 45. in Pſalmum 50. ſcribit, ſcilicet hanc Tabulam marmoris candidiſſimi eſſe, in eaque brevi compendio egregias virtutes S. Agathæ, & laudes exaratas fuiſſe. Auguſtinus Inveges ad annum Chriſti 254. n. 15. ait, has ei Tabulæ inſcriptas literas M. S. S. H. D. E P. L., quæ acta ſuperiùs relata, aliique Scriptores exponunt: *Mentem Sanctam Spontaneum Honorem Deo, & Patriæ Liberationem.*

Refert deindè ex *Petro Carrera*: cum S. Carolus Borromæus Archiep. Mediolanenſis Eccleſiam Cremonenſem (perperam tamen Veronam ponit pro Cremona) viſitaſſet, omneſque Sanctorum reliquias diſcoopertas inſpexiſſet, ut prolata Angelica hæc Tabula fuit, noluiſſe eam diſcooperiri, ſed poſitis humi genibus religioſè eam veneratum fuiſſe. Ejus exemplo idem egiſſe Nicolaum Sfondratum tunc Cremonenſem Epiſcopum, qui deindè Gregorius XIV. Pont. Max. fuit. Facta illa Cremonenſis Eccleſiæ per S. Carolum viſitatio anno CIƆIƆLXXV. uti *Carolus Epiſcopus Novarienſis, & Johannes Petrus Juſſanus lib. 3. Vitæ ejus, ac Joſephus Ripamontius Hiſt. Eccleſ. Mediol. parte 3. lib. 3. memorant.*

Addit *Inveges* ex Auctore anonymo, ſi fulſerit, aut tonuerit, proferri Cæleſte illud marmor, eoque fulgura, fulminaque diſſipari, & propulſari.

Refragatur iis, quæ hìc narrata ſunt, *Antonius Philotheus* de Tabula eadem, ita ſcribens in *Ætnæ Topographia:* Qui Lapis (ut fama per manus Hominum ducta refert) religioſiſſimè Catinæ conſervatur in præſentem uſque diem. Sed Hominem opinio fefellit, ſubdit *Bollandus*. Quòd verò Reliquiarum ſimilium Capſulæ antiquæ non ſint adaperiendæ, optimum ſemper exiſtimo, ne fortè in Fidei noſtræ detrimentum eveniret id, quod enarrat *Kempius de Oſculis diſſert. 6. §. 22.*

LXV.

JOhannes Simonetta Franciſci, ſeù Cecchi celeberrimi, apud omnes Chronographos Frater, natione Calaber, inter Cives Cremonenſes hoc anno unà cum Fratre adſcriptus, & in Collegium Notariorum receptus, quum hìc degeret in Vicinia S. Apollinaris. Ab Epiſtolis Franciſci Sfortiæ Mediolani Ducis, & Cremonæ Domini, cujus geſta in bello, & pace eleganti ſtylo compoſuit inſcripta

Sfortiades Lib. XXX., ſeù de geſtis Generoſi, & Invicti Franciſci Sfortiæ, ex qua integra cognitio eruitur ſucceſſuum in Italia ab annis 1423. *uſque ad* 1444.

Franciſcus Putheolanus Poeta Parmenſis in hoc Opere præfatus eſt. Italia lingua etiam circumfertur à *Sebaſtiano Fauſto Patavino, & Venetiis per Curtium Trojanum excuſum anno* 1543.

Abbas Picenellus in Atheneo Liter. Mediol. contra communem opinionem, & præcipuè *Volaterrani, & Geſneri* hunc negat fuiſſe Calabrum. De eodem videndi ſunt *Philelphus in Epiſt. lib.* 8 *ep.* 19. *& Toppius in Bibliotheca Neapolitana.*

Horum Fratrum lapſus, & erumnæ apud eruditos innoteſcunt.

LXVI.

FRanciſcus Cremonenſis à Patria dictus eſt ex Min S. Franciſci, de quo ſcribit *Haroldus in Epitome Annal. Vvadinghi anno* 1466. *nu.* 1. *Fr. Franciſco Cremonenſi Viro docto, & prudenti regularis obſerv. commiſſa eſt authoritas abſolvendi à cenſuris Incolas Oppidorum Jovis, Aluiani, Guardæi, et Attilliani, qui ad Pontifices Adverſarios aliquandò deficientes Sed. Apoſt. Terras, Subditoſque, variis executionibus divexarant.*

Hunc credo illum fuiſſe, quem *Breſſianus in Coron Vir. Illuſtr. anno* 1469. ſub nomine Joannis Franciſci commemorat Provincialem Miniſtrum electum in Galliis.

LXVII.

GAlaſius Amidanus nitidiſſimi ingenii Vir, in maximis Reip. Curis verſatus, Joannis Galeatii Sfortiæ Vicecomitis Mediol. Ducis, princeps inter ejus Secretarios, ſcripſit epiſtolas quamplures.

In-

Inter quas hìc unicam ſubnectam nomine eiuſdem Sfortiæ exaratam de adventu Joannis Stephani Bottichiellæ Ticinenſis ad Epiſcopatum Cremonæ.

Gio: Galeazzo Sforza Viſconte Duca di Milano.

DIlectiſs. Noſtri, *La Santità di Noſtro Signore, come dovete haver inteſo, hà dato con noſtra bona volontate al Ven. D. Gio: Stefano Butichiella noſtro cariſſimo el Veſcovado di queſta noſtra Città di Cremona, del quale così havvemo havuto ſingolariſſimo piacere, e contento, e voi per riſpetto dell' invittiſſima prudenza, & infinite virtuti di ſua Signoria accadendo venire doverli al detto Monſign. Volemo li facciate quella racolienza, & honore, quale merita, e ſe conviene à così degno Prelato, & in pigliar la poſſeſſione di quel Veſcovato ſive per lui, ſive per qualche ſuo meſſo, & Procuratore gli preſtate ogni ajuto, & favore, & li faciate ogni altra coſa ſpettante à quella Menſa Epiſcopale, e contro à ciaſcun ſuo debitore le faciate ſommaria Giuſtitia, mentre così è noſtra mente. Dat. Papiæ die* XXII. *Februarii* 1467. *Subſcripta Galeaz. &c.*

In Calce Galaſius Amidanus Secret.

A tergo Spectabilib. & Egr. Milit., ac Nob. Viris Dominis Comiſſ. Poteſtati, Referendario, & Decurionibus Civitatis Cremonæ dilectis noſtris.

LXVI.

JOannes Baptiſta Riparius Patriæ Decurio, ejuſque Iureconſultorum Inſignis Collegii Alumnus, publicè leges interpretatus fuit. Anno 1476. Bononiæ rerum criminalium Judex, de bene geſto Magiſtratu nomen inclytum ad Patriam reportavit. Edidit

Conſilia Legalia,

quæ in Advocandi munere conſcripſit, quorum unum penès me ſervatur ab eo exaratum anno 1477. aliaq; permulta vidi.

Ejuſdem extabat hoc monumentum in Templo S. Donati Cremonæ.

Spectabilis Legum Doctor D. Joannes Baptiſta de Ripariis f. q. Spectabilis Leg. Doct. D. Lantelmini. Hanc mediam voltam. & Capellam facere fecit ſuis ſumptibus, & expenſis pro ſe, & hæredibus ſuis, ad laudem Dei Anno MCCCCLXVI. *die* XX. *Aprilis, quo tempore reædificata fuit hæc Eccleſia.*

Breſſianus in Coll. & in Syllabo J. C.

Alidoſius in libro de Judicibus Bononiæ.

LXVI.

BArtholomæus Petronius Rhetor, & Poeta inter ſubtilia ſuorum temporum ingenia præeminens Franciſco Sfortiæ Mediolani Duci admodum charus, ejus etenim Filios Philippum Mariam, Ludovicum, Aſcanium Mariam, S. R. E. Card.

Octavianum Hipolytham, & Eliſabeth natas, in literis, quas pulchriores appellant, inſtruxit.

Epigrammatum Vol. 2.
Epiſtolarum familiarium Vol. 2.

Eum laudant *Cavitell. in Annal. ann.* 1466.
Breſſian. in Virt. Rav.
Bordigallus in Epitaphiis.

Cum in evoluendis Archivii Civitatis Regeſtis, & præcipuè in libro ſignato M. annorum 1486. pag. 38. inciderim in hæc Petronii noſtri Carmina, & tranſcribere non piguit.

Ad Inclytam, & de primis Italiæ, immò Orbis Ornamentis unum, Urbem Cremonam.

Epigramma.

SAlve chara parens; duo te poſt luſtra reviſo,
Quam genitale mihi glorior eſſe ſolum.
Vilior hac mihi Roma potens, Latiumque fuiſſet
Totum, Clara Rhodos, pergameique Lares.
Quælibet Urbs aliquas dotes; & dona recenſet
Magna, ſed elucent cuncta *Cremona* tibi:
Inconſumpta Ceres; pariliſque pecunia: meſſis
Altera, prælabens ſub tua Clauſtra Padus.
Pulchraque marmoreis ſparſim variata figuris
Mænia fluminea Navis imago ſitus.
A Cruce nomen habens Arx inviċtiſſima, Turris
Unica, ſeù molem, ſeù celebremus opus,
Quæque decus poſſent non paucis Urbibus eſſe
Templa, Forum, Plateæ, Magnificæque Domus.
Temperies Cæli: peracuta, & amica Minervæ
Ingenia, & lectis dextra perita notis.
Quidquod es in primis Regi chariſſima, & illi
Cujus ope in melius Regna Nepotis eunt.
Veraque Romulidum deducta Colonia: quæ ſcis
Pro Duce magna agere, pro Duce magna pati.
Nocte, doloque olim ſurreptis Arcibus Hoſtem
Eiicis, armatas fundis & inde rates,
Non vaſtatus ager bello: non acta per omnem.
Præda locum, fregit, caſtraque mota propè.
Preſſa fame crebrò es: qua quamvis clauſa per ibas
Sanctior illæ ſim, es tamen ipſa locis.
Te tibi pro patria ſi poſſit habere, repente
Ridebit Creten Jupiter ipſe ſuam.

Hinc etiam appoſitè *P. Angelus Maria Saluatorius*, Servita S. T. M. Celſitudinis Regalis Sabaudiæ Theologus, & ad muſarum ingenium planè factus non ineleganter cecinit, hoc Epigrammate Auctori directo. Laudantur Patriæ Cremonenſis ingenia, & alluditur Turri celſiſſimæ, in qua nobile Horarium eſt.

Turris

Turris celſa, ingens illuſtri condita in Urbe,
Herculis invictæ quam poſuere manus,
Surgis in æthereos aſtris contermina tractus
Tempora ſicque notas, ſydereaſque vias:
Index Aſtrorum ſublimibus ipſa Cremonæ
Menſura ingeniis verior eſſe potes.
ARISI, *ut noſtri virtute ad ſydera tendant,*
Excelſa faciunt hac ſibi parte fidem.

LXVI.

PEtrus Ponzonus J.U.D. in Coll. J.C. Patriæ connumeratus, perpetuus Commendatarius Prioratus SS. Hippolythi, & Gabrielis ab Innocentio VIII. Sum. Pont. conſtitutus, meritis, doctrina, & præcipuè Muſarum Studiis Clariſſimus. Ad horum confirmationem ſufficiat dicere Michaelem Carrarienſem Bergomatem ſcientiarum omnium doctiſſimum eidem dedicaſſe ſuum Librum, cui Tit.

Bucholicum Carmen,

ut notat *Jacobus Philippus Bergom. in ſupplement. lib.* 15. in fine, & *P. Donatus Calvus de eodem Carrarienſi loquens in ſcena lit. ſcript. Bergom.*

Eiuſdem Ponzoni meminere *Syllabus J.C. de Coll.*
Joſeph Breſſianus in Coll.
Franciſcus Breſſianus in Via Lactea Familiæ Ponzonæ.

LXVII.

CHriſtophorus Cambiagus bonis artibus perexcultus non inelegantia panxit

Epigrammata, & ſingillatim
Eroticam deſperationem,

Quam inſinuat *Laur. Legatus* in fragmentis ſui Lycei Herculis reperiſſe M. S. apud U. C. Ovidium Montalbanum Bononien. in antiquo variarum lucubrationum Volumine peringenti, quod *Palladium eruditionis* inſcribitur.

In libro 28. *Epiſt. 6. Franciſcus Philelphus* commendat Chriſtophorum, dum eum veteris diſciplinæ memorem, & officiorum expertus fuit.

LXVIII.

VAlerius Roſanus amæniorum literarum ſtudioſus, ac excultus Syngrapheus libros confecit

De Exarchis Ravennæ
De Memorabilibus Italiæ Succeſſibus
De Scientiis in genere, dialogum varia offertum eruditione

Breſſianus in Vir. Rav.

Stir-

Stirpem Roſanam Cremonæ floruiſſe vidimus in Lothario Patriarcha, & de ipſa perhibetur teſtimonium in inſcriptione ad Altare S. Johannis Baptiſtę in Cathedrali Eccleſia, ut habemus à *Buſcbetto.*

Mccxc. *D. Guazzo de Roſanis dotavit hoc Altare S. Joannis Baptiſtæ ad honorem Dei pro anima ſua, & parentum ſuorum.*

LXIX.

FRanciſcus Brumanus Thomæ Filius Vic. S. Helenæ, legum Doctor facundiſſimus, in albo Judicum Patriæ hoc anno die decima nona Auguſti conſcribitur, ex Decurionibus, & Urbis Magnatibus Venetias ablegatus fuit, unà cum Comite Raynaldo Perſico, Sigiſmundo Burgo, Jacobo Ponzono, & Franciſco de Raymundis Juriſconſultis præclariſſimis, nec non Andrea Ala, Leonardo Botta, & Baptiſta Melio ex ſummatibus, & Patritiis, ut Excelſæ Reip. gratularentur de novo dominio Cremonæ aſſumpto, qua omnes Equeſtri dignitate condecorati remigrarunt. Anno peſtilentiæ inauditæ 1505. deceſſit. Scripſit in Jure doctiſſima

Conſilia, &

Tractatus de Maleficiis.

Johannes Jacobus Crottus de eodem pulcherimas in ſuis Orationibus affert laudes, in illa autem, qua deflet ſtragem Quindecim Juriſconſultorum &c. ſcribit:

Veniam tandem ad illud mirabile Civitatis noſtræ Jubar Franciſcum Brumanum Equitem Ornatiſs. quem veluti alterum Aquilium, Scevolam, Papinianum Jureconſultorum ſui ævi *famam ſupergreſſum omnis fatetur Italia.* &

Altera in Oratione ad laudem Franciſci Sfondrati eſt:

Conſilia Franciſci Brumani elegantiſſima penès Joſephum Mariam ejus Filium ingenioſum Collegam noſtrum, majori ex parte delitèſcentia tanquam delphica dicta toto Latio tranſcribuntur.

Antonius Campus ad ann. 1499.

Apud *Philippum Decium in l. fraudare. ff. de reg. Jur.* prolixa eſt de Franciſco Commendatiò allegando Tractatum, quem edidit de Maleficiis.

LXX.

PEtrus Manna Bonuſantiæ Filius Cathaldi genitor, & alterius Petri Avus (de quibus erit ſermo) clariſſimus Rhetor, Grammaticæ, & literarum humaniorum in Patria ſumma facundia, & laude Præceptor eluxit, cujus eximia, & prædicata Virtus ſatis ſuperque erat ad retundendam Franciſci Philelphi ejuſdem coævi nimiam Poeticam libertatem, ut in ejus Carminibus contra Cremonam impropriè increpantibus patet; potuiſſet enim nitidiùs, ac puriùs loqui (utor verbis *Franciſci Robortelli* de eodem Philelpho enunciatis in Epiſt. nuncupatoria, quam præmittit operi

de Rep.

de Rep. rectè adminiſtranda. Nemo autem meliùs, quàm Poggius Florentinus eum reddidit elunbem

Plura ſcripſit, quæ deſiderantur, & præcipuè

Orationes, ſivè Præfationes, quæ in Cod. M.S. lit. V. num. 412. in 8. reperiuntur in Bibl. Ambroſ. hoc tit. Petri Mannæ Cremon. Oratoris eximii in principio Horatii Virgilii Rhetoricæ Præfationes,

Ibi pariter nonnulla carmina latina leguntur Johannis Kaii Mantuani ad Petrum Mannam.

Noſter Manna & egregiè laudatur à *Cavitello in Annal.*

A Hieronymo Faballo in Orationibus ad Decuriones Cremonæ.

A Franciſco Zava in Carminibus lib. 2.

Primus erat Petrus Manna de ſtirpe profectus
Inſignis Rhetor, Grammaticuſque ſimul.

A Julio Tarteſio de Nobilit. pag. 83.

Floruit paucis ab indè annis Petrus Manna Vir ſummæ eruditionis, Inſignis Grammatices, & Rhetoricæ Propugnator, ac multiplici doctrinarum ubertate refertus, qui per quadraginta annos, & ultrà, Cremonæ profeſſus eſt, ad quem confugiebant ex ultimis Ciſalpinæ Galliæ partibus Magnorum Principum Filii erudiendi, ut videre eſt ex Epiſt. Danielis Cajetani nuncupatoria, in qua Pomponii Sabini commentaria in Virg. dicto Petro Mannæ Grammaticæ Profeſſori dicantur.

Johannes Jacobus Crottus in Orat. pro Lucaro, Petrum Mannam ſplendidiſſimè laudat.

Extat ad eum Danielis Cajetani Concivis Præfatio in Commentaria Julii Pomponii Sabini in Virgilium, Baſileæ apud Joannem Oporinum 1544., & ita inſcribitur, *Præfatio Danielis Cajetani Petro Mannæ Inſigni Grammatico, & Rhetorices Propagatori.*

Obiiſſe fertur anno 1485, ut ex Epitaphiis *Dominici Burdigalli.*

Super ejus tumulo in Templo Divi Dominici Cremonæ ante Sacellum Divo Hyacintho dicatum legitur.

S. D. Mag. Petri Mannæ Grammaticæ Profeſſoris, ejuſque Hæredum anno 1484.

LXX.

Balthaſſar Fontanella Doninatus inter Muſarum alumnos non leviter doctus, illuſtrium Virorum Titi, & Herculis de Strozzis neceſſitudine obſtrictus, dum in Univerſitate Ferrarienſi legibus incumberet, ſucceſſivis horis egregium carmen compoſuit inſcriptum

Querimonia Dalmatiæ in honorem Divi Borſii, ejuſque generis &c.

Opuſculum id M.S. adhuc in pergamena charta characteribus aureis, Eſtenſium inſigni ſtemmate, ac Ducis Borſii effigie ornatum ſervatur in Muſeo eruditiſſimi Hieronymi Baruffaldi Ferrarienſis, ut ipſe ſuis literis, non alia ductus, quam ſui in meam hiſtoriam,

amoris

amoris cauſa, ſuppeditavit, cujus offitia mihi humaniſſimè tributa haudquaquam potero oblivíſci; ſicuti hìc præterire non poſſum, cum de Gymnaſio Ferrarienſi inciderit Sermo, quin doctiſſimum Joſephum Lanzonum pub. Medicinæ Magiſtrum, ac ejuſdem Baruffaldi amicum comemorem, in cujus quidem benevolentia, ac Epiſtolarum comercio non modicè glorior.

Ex hujus Poematii excellentia, ut teſtatur ipſemet Baruffaldus, autumare poſſumus noſtrum Concivem alia conſcripſiſſe Carmina, quæ deſiderantur.

Incipit namque, ut Amicus ſcribit, à Borſii laudibus hominum doctrina inſignium inclyti Mæcenatis.

Te Duce Magnanimo clarum Ferraria Borſi
Nomen habet: Muſis Te Duce fertur honos.

Poſt nonnulla carmina Dalmatiam introducit eidem Principi opem poſcendo, cum ſe opprimendam à Turcis metueret, hacve arrepta occaſione Eſtenſis Herois dignis recenſet encomiis

Dalmaticos heu Turca meos incendere fines
Gens parat, & legi ſubdere cuncta ſuæ
Jam Claſſis numeroſa maris &c.

Pergit Borſium laudando, & pręcipuè uti Pacis Italiæ Auctorem anno 1455. inquiens

Cui nullus pietate prior, nec major in armis
Nec qui conſilium præferat ullus erit &c.

Numeris ſiquidem omnibus abſolutum eſſe hoc poema laudatus Amicus confirmat, cujus etiam conſilio circà dubia Balthaſſaris cognomina acquieſco, cum Balthaſſar Doninenus potiùs ea inſigni Fontanellæ Provinciæ Cremonenſis Oppido, in quo Doninena effiorebat familia, quàm Fontanella Doninatus eſſet appellandus.

LXX.

Baptiſta, ſeù Joannes Baptiſta de Plaza Ord. Servorum B.M.V. Vicarius Generalis, de quo *Archangelus Gianius in Annal. Cent. 5. lib. 2. cap. 18. & lib. 3. cap. 1., & præcipuè cap. 11. Venetiis quoque magna populi admiratione hoc anno audiebatur F. Baptiſta de Cremona eruditus Concionator, & lib. 4. Intereà Patres de Congregatione in Conventu Brixiæ habita, F. Baptiſtam de Cremona 4. vice in ſuum Vic. eligunt, qui Menſe Septembris* 1491. *extremum diem claudit, & in ejus locum ſufficitur per literas patentes Generalis Alabanſi M. Hieronymus de Francinis Venetus.* Deplorat autem in eiſdem literis Antonius jacturam ejuſdem F. Baptiſtæ, quem à prudentia, & vitæ integritate à magno rerum uſu, & à religioſo zelo vehementer extollit.

Eundem memorat *Michael de Florentia in Chron. Ord. ſub anno* 1471., ac ſcribit, iſto F. Baptiſta ſuadente, locum S. Pauli de Padua M. Valentinus Dalmatienſis effecit, ut perpetuò poſſiderent, erat enim anteà hoſpitium Epidemiæ dedicatum.

Sequen-

Sequentes Apoſtolicas literas relatas ab eodem *Gianio Cent. 3. lib. 3. cap. 1.* cum de noſtro Baptiſta quid peculiare contineant liceat exſcribere:

Sixtus Epiſcopus Serv. Serv. Dei F. Vacantibus ſub Relig. obſervantiæ ſtudio, piæ vitæ perſonis Apoſtolicum favorem libenter impendimus, ut ea, quæ ſolidioris ſtatus ad pacem, & tranquillitatem eorum reſpiciant, concedimus, & Apoſtolico, cum à nobis petitur, munimine roboramus. Sanè pro parte Nob. Viri Galeatii Ducis Mediolani, & Chriſtophori Juſtinopolitani Prioris Generalis Fratrum Servorum B. M. Ordinis S. Auguſtini, ac Baptiſtæ de Plaza de Cremona dicti Ordinis dilectorum filiorum nuper nobis exhibita petitio continebat, quòd ipſe Chriſtophorus Generalis proindè attendens, & ex certis conjecturis, quod inter Fratres domorum, ſeù Conventuum Cremonæ, & aliarum, quæ ſunt in Dominio Illuſtriſs. Ducis Civit. Congregationis de obſervantia dicti Ordinis, qui celebrationi Divinorum vacant ſolertiùs, & mundanis abſtracti illecebris, gravibus pænitentiis dediti, Cæleſtibus inhiant, ac grata, & ſalubria propriis devotis dona porrigant in Divinis, & alios ejuſdem Congregationis dubitari ſcandalum futurum eſſe aliquas pro eorundem Fratrum ſtabilitate, pace, & tranquillitate, & ad obviandum ſcandalis hujuſmodi proviſiones, & ordinationes fecit Vid: quia deputavit, & conſtituit Fratrem Baptiſtam Vicarium, & Gubernatorem Domorum, & Conventuum Dominii Illuſtriſs. Ducis, ut ſuprà, volens quòd dictus Baptiſta tamquam Vicarius dictæ obſervantiæ ſit immunis, & liber ab omni alia ſuperioritate, nec quiſpiam de Officio ſuo ſe intromittere poſſit, nec præſumat, nec de prædictis Conven., & Fratr. in eis habitantibus pariter, & de aliis acquirendis, & Fratribus recipiendis; Ideò nos authoritate Apoſtolica prædictum Vicarium in prædicta loca præſentia, & futura de obſervantia à cæteris ſegregamus, & ſegregata denuntiamus, mandantes omnibus, & ſingulis Fratribus præſentibus, & futuris, ut eidem Baptiſtæ Vicario, vel ſucceſſori ejus electo ſecundùm formam, & conſtitutionem, & Bullam Eugenii prædeceſſoris noſtri, quam confirmamus, & approbamus, & ratam eſſe volumus, obediant, & pareant tamquam perſonæ Generalis, & quòd omni anno poſſint ſuum celebrare Capitulum. Volentes inſuper, quòd dictus Baptiſta poſſit per ſe, & per alios alia loca acquirere, & ad regularem obſervantiam inducere diligenter; declarantes tamen, quòd loca præſentia, & futura Congregationis obſervantiæ ſingulis exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, & conceſſionibus, & indultis, quibus cæteræ domus, Conventus, & loca dicti Ordinis prædictæ Congregationis obſervantiæ gaudent, & gaudere poſſunt, gaudeant authoritate Apoſtolica tenore præſentium, ut ſpeciali gratia indulgemus. Dat. Tibure Anno Incarnationis Dominicæ 1473.

Ex hoc Inſigni Serv. B. V. M. Ordine Ven.les Sanctimonia Viri, & Fœminæ Cremonenſes prodiere, ut notat allegatus Author, nempè

Anno 1440. *Toſcana* ex Oppido Caſalis Majoris

Anno 1451. *Ricadona*, *Beatrix*, & *Monica* in Eccleſia S. Cathaldi, olim in Suburbiis, multis claræ miraculis, ſepultæ fuerunt.

Anno 1455. *B. Joanna de Viſellis* Nob. Virgo, Sanctitatis, & Virginitatis ſpeculum ab omnibus appellata, obiit tertio Nonas Decembris 1455.

1468. *B. Eliſabeth* de Picenardis de qua alibi.

1478. *Victor de Cremona* in Caſtro S. Joannis mortem appetiit.

1484. *B. Marcus de Gualteriis à Caſale Majori*, meritis plenus moritur in Inſula Cretæ, & tumulatur in Eccleſia S. Catherinæ apud Oppidum S. Salvatoris.

LXXI.

PEtrus Foliata ad Muſas natus, & Philologus non modicæ frugis, ab Epiſtolis Herculis Ferrariæ Ducis eruditos, & conditos ſale, permultos libros compoſuit, & præſertim Italicè,

Del vero, e perfetto Segretario,

latinè verò

De antiquitate, et Nobilitate Familiæ Eſtenſis, opus præclarum, quod in Ducali Bibliotheca ſervatum fuiſſe teſtatur *Breſſianus in Vir. Rav.*

LXXII.

ANſelmus Regonaſcus Medicinæ cultiſſimus Profeſſor, non patriæ tantùm, ſed Inſubriæ totius Urbibus cognitus, & acceptus, ſua ingenii excellentia Rempublicam Medicorum ornavit:

De Partu Mulierum

De Practica Medicinali

De Febribus Malignis

De Putredine, et

De Humido radicali. Quæ omnia tribus Voluminibus eſſe comprehenſa, refert *Breſſianus in Coll. Med. M. S., & in Opuſculo Virtù Rav.*

LXXIII.

HIeronymus Specianus, cujus in omni pediarum genere exquiſita eruditio, poſt lauream Bononiæ ſuſceptam delatus Romam, inter principes almæ Urbis Literatos præmicuit. Nec omninò vera, quæ ſcribit Pius II. in Hiſt. ubi de Urbe Romana inſinuavit. *Quemadmodum* (inquit Pontifex) *terræ flumina quamvis ampla, et profunda nomen amittunt ingreſſa mare, ita Doctores Domi Clari, et inter ſuos illuſtres Romanam adeuntes Curiam, inter majora lumina nomen, et lucem amittunt*; quippè Sixtus IV. Sacrorum Rex Hieronymi ingenium admiratus, ipſum ad Ludovicum XI. Francorum Regem ablegavit, ut ardua componeret, quibus fæliciter peractis, in Urbem remigrans, ad Purpuram accitus, Lugduni morbo

morbo correptus die 18. Septembris anno 1474. ſibi Romæ, & Patriæ devixit.

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. p. 3.

LXXIII.

BLanca Franciſca Sfortia Franciſci Mediolani Ducis, & Cremonæ Domini ex inclyta Blanca Conjuge F. ea perdita religione, ac vitæ integritate, ut divinum quoddam magis, quàm humanum redolere videretur, Cænobium Auguſtinianæ Obſervantiæ, quod paulò ante Heliſabeth Sfortia Jacobi Antonii F. ejuſque Sobrina petierat, ingreditur, ubi ſeptem ultrà quadraginta annos Natalium, Parentumque, ampliſſimæ ditionis immemor ſanctiſſimè vixit. Monaſterio decori, & incremento fuit, opibuſve illud fovit, & informavit exemplo: Etenim, ut ſcribit *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ pag* 118. *die* 14. *Maii* 1473., qua die religioſum Inſtitutum Blanca Franciſca ſuſcepit, cum ea Puellæ quatuor ex principibus Mediolani Familiis, prima ſcilicet ex Vicecomitibus, ſecunda ex Triultiis, tertia ex Borromeis, quarta ex Lampugnanis, iiſdem in ſacris Ædibus ſæculi illecebris ſe abdiderunt; fertur evulgaſſe.

Leges pro recto, compoſitoq; regimine ſuarum Sororum. Piè denaſcitur anno 1516. ætat. 60., & ſepelitur cum hac Epigraphe marmorea

BLANCÆ FRANCISCÆ
F. FRAN. VIC DUC. MED.
QUÆ PR. BEAT. MON. SAC.
FOCIS VII ET XL. ANN.
ANT. SEP. SINE LABE
EXCUBUIT. ATQ; COM. DIVI
JO. BURG. S. D BENED. ABB.
PERP. DICAVIT AUGUSTIN.
VIRGIN. CHORUS VIX.
ANN. LX. OB. ANN. CHRISTI.
JESU M. D. XVI.

Philippus Elſſius in Encom. Auguſtin.
De Herrera de Perſon. Illuſtr. liter. B.

Nec mihi prætereundum eſt hujuſce Aſceterii nobiliſſimi ſingularem virtutum probitate, & innocentiæ candore alumnam, quinimmò Abbatiſſam fuiſſe Franciſcam Ariſiam, Johan Ludovici Filiam (de quo erit ſermo) pro cujus dotis eleemoſynariæ ſolutione in manibus Ven. P. Anſelmi de Muſonibus à Vitelliana Ord. S. Auguſtini, tunc ejuſdem Monaſterii Mandatarii penès me leguntur tabulæ receptæ per *Joannem Baptiſtam Reggium Cremonæ Tabellionem die* 12. *Novembris* 1529.

LXXIII.

JAcobus Antonius Turrius, ſivè à Turre, Senator Ducalis Mediolanenſis, à Sixto IV. nonus, & ſexageſimus Cremonenſium Antiſtes conſtitutus xviii Kal. Februarii 1373. quum tres, & decem annis Eccleſiam noſtram cum laude rexerit, duplici titulo, & dignitatis, & habitationis locum hic ſibi vindicat. Non eſt ergo prætereundum ab ipſo reformata fuiſſe anno ſecundo ſui Epiſcopatus.

Statuta Capituli Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ, ibi excuſa per Chriſtoph. Draconium 1574.

Quæ (ut inquit Blaſius Rubeus in Tabula dyptica Epiſcoporum Eccleſiæ Cremonenſis nu. 68.) modò obſervantur. Obiit hic Præſul anno 1486. ut notat *Ferdinandus Ughellus Tom. IV. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Cremonenſibus, & Mediolani*, conditus eſt in Sepulchro gentilium, quod proſtabat in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum ex cælato marmore cum hoc Epitaphio.

Hoc Monumentum
Jo: Franciſcus della Turre
Comes Palatinus
Ac Ducalis Quæſtor
Reverendiſs. in Chriſto Patri
Domino Jacobo Antonio della Turre
Epiſcopo Cremonenſi.
Ducali Senatori, Patri, ac Benefactori
Optimo
Lezadræ Uxori ſuæ Chariſſimæ
Sibi, Liberiſque ſuis,
Ac Poſteris. P.
Anno ſalutis 1483.

A Turrianis, qui toti Inſubriæ quondam dominati ſunt, variis in locis propagata Familia generoſos, & doctos Cremonæ tulit Alumnos, ut in hoc libro.

Johannes de Stabilibus Archidiaconus Firmanus Jacobi Antonii Vicarius Generalis, non modicæ famæ effulſit, ut ſuo loco.

Alter Jacobus Antonius à Turre Mutinenſis iiſdem fermè temporibus præfuit Epiſcopus Patriæ, ut refert *Ughellus in Ital. Sacr. Tom.* 1.

LXXIII.

ALexander Colletta Jo: Galeatii Mariæ Mediolani Ducis à ſecretis, Vir probus, & ingenio ad omnia verſatilis, ab eodem Principe quocunque immunitatis genere diſtinctus, unà cum Franciſco, & Bartholomæo ejus Fratribus, cujus diplomatis nonnulla verba exſcribuntur ab *Antonio Campo Hiſt. lib.* 3. ſub anno in calce expreſſo, quæ cum multum inferant pro exiſtimatione Alexandri, ſunt hæc:

Sic ejuſdem Alexandri promerentibus virtutibus, & meritis, cum is jamdiù, ac multos annos noſtris in ſervitiis maximè importantibus verſatus, tale fidei, & integritatis argumentum dederit, ut non niſi in benemeritum, & omni parte dignum fuiſſe putemus quidquid beneficii, & honoris in eum conferamus &c.

Anno 1479. tyrannicè mandante Ludovico Sfortia, Jo: Galeatii Ducis Patruo, fuere idem Alexander, & Johannes Botta Patritii Cremonenſes, tanquam Franciſco Simonettæ Tutoris ipſius Ducis pupilli adhærentes in carcerem detruſi, verùm paucos poſt dies ob innocentiam dimiſſi.

Ant. Campus, ubi ſupra.

Ex ſuperiùs narratis in gratiam eruditionis, & ut magis dominandi libido in Ludovico Sfortia innoteſcat, penès me numus argenteus duarum ſeſclarum pondere inter alia non aſpernanda numiſmata, cùm antiqua, tùm recentiora proſtat icone Johannis Galeatii obſignatus hiſce notis: Jo. GZ. M SF. VICECO. DUX. MEDIOL. S. X. in poſtica verò numi facie cernitur effigies Ludovici cum literis. LUDOVICUS. PATRUUS. GUBERNANS.

LXXIII.

NIcolaus Dovaria Eques hoc anno, & menſe Decembris Collegium Patriæ Juriſperitorum ingreſſus, poſtmodum Herculis Eſtenſis Ferrariæ Ducis à Conſiliis effulſit. Legum eminentia clarus luculenter contexuit

De Differentiis inter Arbitrum, et Arbitramentarium, et de Compromiſſo Tom. 3.

Breſſianus in Coll J.C., et Syllabus Collegii, in quo etiam leguntur ex hac ſtirpe

Gabrinus: 1354.
Benedinus. 1379.

In Tabulis confectis per Piaſinum de Piaſiis publicum Cremonæ, & Colleg. Tabellionem ad annum 1488 legitur inventarium librorum Legum, qui fuerunt quond. Equitis, & Spectabilis Legum Doctoris D. Nicolai de Dovaria fil. qu. Nob. Viri D. Philippini, relictorum per dictum D. Philippinum Boſio de Dovaria ejus Nepoti, filio Nob. Viri Petri Jacobi de Dovaria.

LXXIII.

ANtonius Buclarinus Thadæi F. Viciniæ S. Lucæ die 3. Decembris Collegio Juriſperitorum Patriæ addictus propter virtutum elegantiam, & morum rectitudinem plurimum valuit. Elucubravit

Axiomata Legalia. Vol. 2.
Orationes Varias.

Anno

Anno 1505. lue contagioſa necatus eſt unà cum Troylo Buclarino ejus Gentili, ac J.U.D Coll. non infimi cenſus. Et cum hìc obiter de contagione excurſus inciderit, juvat nonnihil de rebus medicis in tali materia aliquid adſpergere, ut quæ aliquandiù legimus, innoteſcant, nempè quomodo ſentiat de Contagio Medicus ille celeberrimus *Jo: Baptiſta Montanus. Contagium generaliter acceptum (inquit) eſt affectus tranſiens de ſubſtantia in ſubſtantiam, eamque deſtruens mediatè per convenientiam materiæ, & contrarietatem formæ, interveniente alteratione caloris indebitè concoquendi humidum. Ad actum infectionis tria requiruntur, Perſona, ſeù corpus inficiens, quod communicat. Secundò miaſma virulentum tranſmiſſum, ſivè communicatum. Tertiò Perſona recipiens infectionem, & verè cum nulla cauſa tàm efficax ſit, quæ citrà patientis aptitudinem agere poſſit.* Ariſtot. Problem. 7. *ſcribit, Senes, Malencholicos in peſtem non incidere, eoſque, qui laudabiles habent in corpore humores, hi enim maximè peſtilenti contagioni reſiſtunt.* Inter præſervationes, quas innumeras Medici recenſent, illa placet *Jo: Baptiſtæ Alpruni in experim. de Contag Viennenſi* 1680. de ſe namq; loquitur. *Tàm in inguine dextro, quàm in ſiniſtro lancetta leve vulnus non ſolum mihi, ſed aliis duobus Amicis infixi, peſſariumque intruſi, ut per apertam artificioſam viam erumpat venenum, quod fæliciter pluries ſum expertus ſemper cum magna materiæ eruptione &c.*

Antonium Buclarinum lacrymis memorat *Jo: Jacobus Crottus* in Oratione pro Jureconſultis peſte ſublatis, dicendo: En Ant. Buclarinum proſtratum optimum Senatorem, Optimum Oratorem, optimum J.C.

Humatur in ædibus Divi Lucæ ſub Epitaphio

Corpus Egr. Viri, & J. U. D. D. Antonii de Buclerinis hìc ſitum eſt, qui obiit prid. Kal. Octobris Ann. MDV.

LXXIV.

FRanciſcus Benzonus utroque Jure laureatus, Collegium hoc anno adeptus, & inter Patriæ Decuriones promotus, Principibus charus, tùm Oratoriis, tùm legalibus literis jugiter operam navavit, fæliciſſimi ejus ingenii ſunt opera.

De Codicillis, & de Ultimis Voluntatibus lib. 2.

Conſultationum Legalium Vol. 2.

Fuit ex ablegatis ad Remp. Venetam in deditione Urbis noſtræ anno 1499. Ad ſuperos evolavit die 13. Februarii 1523.

Ejuſdem commeminere *Breſſian. in Virt. Rav., & in Coll.*

Item *Syllabus J. C. Coll.*

LXXV.

BAptiſta (Platina ſed meliùs Bartholomæus cognomento de Sacchis, Platina verò ab ejus natali ſolo ab omnibus nuncupatus) in lucem æditus anno ſalutis 1421. tantum decus Patriæ contulit

ſcriben-

ſcribendo, ut ea nec Principum Authorum genitricibus Civitatibus ſit conceſſura. Quamobrem nec ipſe paucis memorandus. Eſt autem Platina, vulgò Piadena, non incelebris Provinciæ Cremonenſis Pagus ad duos de viginti ab urbe lapides, cui nomen dediſſe fertur Johannes Platina Hexarchus Ravennæ circà annum Domini 686., ut ipſe Bartholomæus refert, in Vita Cononis Sum. Pont. Hujus Viri non pauci meminere Scriptores, cui vel celebritatem reddit ditio ejuſdem loci à Comitiſſa Mathilde poſſeſſa, ut apud *Domnizonem Presbyterum cap.6. lib.2. de Vita Comitiſſæ*

Platena Nogara, niſi quæ ſunt oppida clara
Hæc loca nempè fidem tunc ſervarunt Comitiſſæ.

Addit & eidem loco laudes Marmoreus Tumulus Ardicionis, qui ſub Alexandro III. floruit clariſſimus S. R. E. Card. in Ædibus Majoribus hac Epigraphe exculptus, ex quo Beneventanum, non autem Mediolanenſem fuiſſe Ardicionem (quem faciunt ex gente Rivoltella) contra Ciavonium, & alios clarè liquet.

Mortis ob eventum plangit prolem Beneventum,
Pulvis ut in ventum, ſic deſunt ſceptra Potentum.
Cardo ſublimis fuit hic, qui dormit in imis
Papæ Legatus Ardicio voce relatus,
Pacem facturus venit ſubito ruiturus
Quem mors conſumpſit Veronæ, Platina ſumpſit
Illinc translatum facias quoque Chriſte Beatum.

Fuit verò Bartholomæus, quod magis intereſt, Vir undequaque doctiſſimus, ſivè Philoſophum, ſive Hiſtoricum, ſivè Oratorem ageret, ſivè Poetam; Acceſſit Græcæ linguæ peritia, quæ tanta fuit, ut meritò de ipſo cecinerit Sigiſmundus Fulginas Apoſtolicus ævo Platinæ (ut vocatur) Secretarius.

Ingenuæ placuere artes, præceptaque divi
Socratis, & Samii ſcripta verenda ſenis;
Quæ penitùs te noſſe volens de fonte petiſti
Grajorum, gemino nobilis eloquio.

Eadem & *Joannes Baptiſta Almadianus Viterbienſis* heroicè; ſed fuſiùs monodia in Platinam, qua & omnem eruditionem enarrat.

Quid referam pectuſque memor, quo cuncta tenebas
Priſcorum monumenta Virum, quos barbara tellus
Argolicumve ſolum genuit, ſeù mitia rura
Falcifero regnata ſeni? quæ ſidera cęlo
Fixa manent, & quæ converſa lege vagentur?
Cum Mare non auſit metas tranſcendere, vel cur
Parrhaſis occiduo nunquam cadat Urſa profundo?
Tu terras, ſpatiumque maris, tu flumina noſti,
Æoliaſque domos; tu conteris utile boneſto
Et latio doctus veteres oſtendis Athenas
Ingenii dotes repetam! te Gręca putaſſent
Ora ſuum tua Męonio quum ſcripta cothurno

Conte-

Contegis, aut doctę tibi vis fluit Attica linguę,
Noſceris inque vicem latio de ſanguine, quum tu
Andinos imitate ſonos, vel carmina condis
Laurigero modulanda deo; pedibuſve ſolutos
Dicendi ſublime geris, ſectaris & artes
Conſulis Auſonii. Veneratur maximus Orbis
Ingenii monumenta tui, quæ clara vigebunt
Dum linguæ Latialis honos dum littora Tibris
Tuſca Pater ſubeat, dumque inclyta Roma monebit:
Doctorumque oculos, aureſque moraberis, & te
Poſteritas ventura colet, meliore tuique
Parte ſuperſtes eris, nec te Libitina, roguſque
Opprimet, æternumque decus tua nomina condet.

In omnibus autem Vir gravis, & procul à mendacio Platina.

Maximam autem admirationem velox Platinæ ingenium unicuique ſolet excitare, cum ſubit hoc Marti prius, indè verò Palladi litaſſe. Nam viridem adoleſcentiam in promerendo militari ſtipendio traduxit, non obiter quidem, neque procul, nec inter pacis otia, ut aſſolent effœminati, molles, ac formidoloſi, ſed integrum quadriennium, ut ipſe Platina fatetur, adoleſcens, & quidem inter velites (nimirum inter levis armaturæ milites frequentiſſimè hoſtibus obvios) magnanimus abſolvit. Poſtremam verò, ideſt præcipitem adoleſcentiæ partem, ac reliquam ætatem dicavit literariæ paleſtræ. Undè corrigendus eſt *Volateranus in Antropol. lib.* 21. ubi affirmat fuiſſe à Platina totam juventutem rebus bellicis impenſam, cum ne præcipitem quidem adoleſcentiam, ſed ſolum viridem exegerit in caſtris, ut qui non niſi quadriennio inter milites primam adoleſcentiam traduxit, ut ex Platinæ verbis paulò poſt adducendis palam fiet. Hinc ſuperiùs allegatus *Fulginas eleg. in Plat.*

.... ſevas pugnas, & claſſica dira ſecutus
Sanguinis alterius prodigus atque ſui.

Quod in cauſa fuit, ut non ineruditus quidem cenſerit Platinam noſtrum, nedùm aliquando militem, ſed & Poetam eundem fuiſſe cum Platino illo milite pariter, & Poeta, quem *Titus Strozza* duabus, *Baptiſta Guarinus* ſenior tribus elegiis celebrarunt; ſed hallucinatur, cum Titus ad Platinum ſcripſerit recens mortuo Borſio Ferrariæ Duce I. jam diverſitas inter Platinam, & Platinum ſatis apparet; conſtat namque Borſium diem obiiſſe 15. Kal. Septembris 1471. ut teſtatur *Gyraldus* in ejus Principis vita. Platina verò vel ad juventutem adoleſcentia vergente Marti poſtremum vale dixit, ut ipſe innuit Federico Gonzaghæ Mantuæ Marchioni, in Epiſtola nuncupatoria ſui libri de Principe inſcripti (quem edidit typis Genuenſibus 1637. *Auguſtinus Pallavicinus* Nob. illius Urbis) ubi hæc verba leguntur. reſpondere tu quidem, ac verè poteris, me Adoleſcentem, & quadriennio militem levis armaturæ fuiſſe, & partim ſub F. Sfortia, partim ſub Nicolao *Picinino*

egregiis Copiarum Ducibus militaſſe, vidiſſeque multa, quæ ad hanc diſciplinam ſpectant; cum ſcilicet ob ingenii aptitudinem notus Ludovico Gonzagæ Mantuæ Domino, à caſtris ad Aulam translatus inter Franciſci ejus Filii familiares aſcitus eſt: Quia & is Princeps ad majora progrediens, Bartholomæi ſtudia primus fovit. Quapropter idem *Almadianus*

...... ſibi pro meritis quantos Franciſcus honores
Progenies Gonzaga dedit, quæ maxima floret
Italiæ præclara Domus, quà Mincius ampla
Mitis arundinea complectitur arva corona.
Is tibi parva licet priſcæ propè culta Cremonæ
Tecta forent (tamen illa ſolum natale ferebat)
Te conſanguineo ſolitus conferre Maroni &c.
Is tibi primus opem placidi quoque dona favores
Ac ſtudiis fomenta tulit non parca benignus
Atque iter ad titulos, & nomine clara paravit.

Proptereà gratiſſimus animi Platina Benefactori ſuo repoſuit de rebus Urbis Mantuæ, Gonzagæque Familiæ libros VI. Hiſtorica gravitate ab ſe conſcriptos, exindè vulgatos, ut dicam; mox Romam cum Gonzaga profectus, regnante Caliſto III. quum ingenii ſui Nobilitatem in publicis doctorum Virorum congreſſibus notam feciſſet, ad opes, & honores viam ſibi adaperuit. Beſſarioni ſiquidem Card. Niceno, & Æneæ Picolomineo, qui Caliſto ſuffectus, Pius II. fuit, & in Patrum numerum cooptavit Gonzagam Patriæ jam electum Epiſcopum, Viris æque doctiſſimis, ac doctrinæ fautoribus acceptus, ab iis ad ſatis opulenta ſacerdotia promotus, & in munere Abbreviatoris Apoſtolici ſcilicet de Parco Majori, ut ajunt, ab eodem Pio conſtitutus eſt, ut notat doctiſſimus peræque, ac Illuſtriſſimus in Romana Curia Præſul *Joannes Ciampinus in Libro*, quem nuperrimè edidit *de Abbreviatorum de Parco Majori, ſivè Aſſiſtentium S. R. E. Vicecancellario &c. ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ* 1691.

Quietam in tam arridente, ut fallaci Aulæ malacia vitam agens, videbatur in portum ſe recepiſſe; proindè totum ſcribendo ſe dederat; jamque inter cætera Pontificum Hiſtorias opus arduum, & omnibus Hiſtoriæ Sacræ cupidis utiliſſimum magna ex parte contexuerat, cum & rerum humanarum fert inconſtantia, malignis, & ab invidorum ſuſurro excitatis Aquilonibus petitus, propè naufragium fecit. A Paulo namque II. delatoribus plus juſto annuente in compedes conjectus, & bonis, quæ ſua induſtria, ſuiſque pecuniis in Urbe pepererat, & dignitate ſpoliatus in vitæ diſcrimen adductus eſt, ut & diuturno carcere maceratus, & vel equuleo tortus id, quod & ipſe in actis Pauli memorat, & ab *Latomo* quoque indicatur his de Platina Verſiculis

Dum res Pontificum ſtrueret, propè fractus ab alto
Collapſus eſt faſtigio

Romulus auſpicio eſt, quia Sacræ conditor Urbis,
Nec non Remus periculo.

At uberiori, & acutiori ſtylo id melius oſtendit *Octavius Ferrarius Prolus 9. de literatorum infælicitate. Majorum noſtrorum memoria Sacrorum Rex, reliqua fortaſſe ter ſanctus, piuſque, verum literarum, ac literatorum oſor ne, dicam an peſtis, ac pernicies: Et, (quo magis ſubagreſte, lividumque hominis ingenium innoteſceret) flos Eruditorum ea tempeſtate fuit. Inter quos Platina, Pomponius Letus, Callimachus, Pontanus, Sabellicus, Sannazarius eminebant. Hi ad propagandas bonas literas ſodalitium Romæ inſtituerant, & quicunque in eum cætum adſcribebatur, veterum ingeniorum illuſtria nomina ad æmulandum decus aſſumebat. Ita Bartholomæus Saccus, ſivè ab hoc inſtituto, ſivè aliundè Platina eſt dictus, Julius Sanſeverinus Pomponii Leti cognomentum aſſumpſit, Philippus Geminianus Callimachi, Jacobus Pontanus Joviani titulo gaudebat, M. Antonius Coccius Sabellici, Jacobus Sannazarius Aetii Synceri cognomento nobilis fuit. Ea nominum novitate Populorum Paſtor offenſus, quaſi occultę conſpirationis teſſera eſſet, Platinam, & Callimachum tanquam impios, ac maleficos tormentis excruciavit, Pomponium Letum Venetiis ad dicendam cauſam in Urbem pertractum, nunquam tamen adigere potuit, ut falſa aut ſe indigna fateretur, ſed in nullum atrociùs, quàm in Platinam ſeviit: Nam cum initio Regni Abbreviatorum ordinem ſuſtuliſſet, inter quos & Platina, qui ad paupertatem redactus, cum ſæpè queſtus, ſemperque inauditus, ac rejectus dolore amens cum neſcio quam concilii mentionem inieciſſet, craſſis compedibus vinctus in turrim, ventis, ac tempeſtatibus perviam hyberno tempore conjectus, quatuor menſium ſpatio eam calamitatem tulit,* quòd pluſquam herus ſaperet, *donec Cardinalis Gonzagæ accuratiſſimis precibus tegeretur, ſed non ita multò poſt ob inanem ſuſpicionem iterum tormentis ad mortem ferè laceratus eſt. Nam cum falſo rumore delatum eſſet Callimachum umbraticum Virum inermem, & abdomine tardum adverſus Sacrorum Regem conſpiraſſe, jamque multos Aſſeclas habere, & ad Urbem perdendam, reſque immutandas feſtinare, iterum Platina in vincula conjectus eſt, tanquam conſpirationis ſocius, & mandata quæſtione Vicecancellario cuidam in Adriani mole, primùm homo ſacris initiatus, & ſi quis alius unquam, optimè de Sacrorum regimine meritus, omni veſte nudatus, raptuſque in ſublime demiſſo fune diu, multumq; quaſſatur; Quo tanquam ludicro ſpectaculo Quæſitor torquem aureum Præfecti lictorum attrectans, rogitat undè illum habeat, & an amicæ munuſculum ſit, multumque de amoribus ſuis confabulatus, convertitur ad pendentem Platinam, jubetque populares conjurationis edere, & quià fortè Pomponius Venetiis ad Platinam ſcribens, Sanctum Patrem appellaverat, ſubiicit ipſum Sacrorum Dominum deſtinatum. Quibus ille conſtanter refutatis, ſemivivus in lectum fertur, ubi fractis oſſibus, totoque pectore concuſſo; cum manum ori admovere non poſſet, fame periiſſet, niſi qui eodem carcere detinebantur, alimenta porrexiſſent. Jam Summus Sacerdotum omnia vana, ac falſa*

compe-

compererat, totque Viros inſontes iniquè excruciatos intelligebat, ſed ne levitatis, aut ſevitiæ incuſaretur, in eodem conſilio perſeveravit, huncque & Pomponium ob nominis mutationem quodque Platonem divinum appellaſſet tamquam impios, ac nefariis dogmatibus convictos longo, ac diro carcere maceravit: Quidnunc &c. Animo tamen infractus Platina eundem in adverſa fortuna ſe præbuit qualem dudum in proſpera, erat enim ipſe; ut inquit *alleg. Almadianus*

.... nunquam magno conſtantia vita timore
Quam nullo valuit confringere fulminis ictu
Fortunæ variantis opus, ſeù carceris atri,
Pædor iners minitanſque trucis vox dira Tyranni.

Interea tunc dialogos de falſo, & vero bono compoſuit, in quibus inſignes Philoſophia Viros ſibi colloquentes inducens, modò Rodericum Zamorenſem, & Calaguritanum Epiſcopum Arcis Romanæ Præfectum, nec non Auctorem doctiſſimi illius libri, quem crebrò meis manibus atteri ſolet, & inſcribitur *Speculum Humanæ Vitæ*, modò Theodorum Gazam, modò M. Valerium Viterbienſem Medicum præſtantiſſimum, cujus opera ſuis in ægritudinibus utebatur ſapientiæ cribro malum à bono, veluti lolium à tritico ſecrevit, animumq; à perturbationibus, & ſenſibus ad ſui ipſius dignitatem revocavit.

Sedatis procellis, mortuoque Paulo, res Bartholomæi melius habere cœperunt; Nam à Sixto IV. ſucceſſore magnis proventibus auctus, & contubernalis, ac Apoſtolicus Abbreviator iterum factus, recens ab eo conditæ in Vaticano Bibliothecæ, toto Orbe celeberrimæ, primus omnium præfectus eſt anno 1475., unus eo munere, quod perpetuum fore decretum eſt, dignus acclamatus.

Inde *P. Franciſcus Amerinus in Elegia quadam de Platina*

Eſtque Palatinas ex omnibus unus ad ædes
Accitus ſummi Principis imperio.
Bibliotheca illi mox eſt commiſſa locoque
Inde tamen major, quam ſibi venit honos.

Huc alluſit & *Almadianus* decantata Monodia

...... iter ad titulos, & nomina clara paravit
Quum ſubitò majora ferunt tibi numina: namque
Florentum ſtudio, Muſaſque Helicone cientem,
Pontificis te cura vocat: tibi protinus ingens
Aula patet, magniſque acceptus in Ædibus hoſpes
Grandior, auguſtique colis faſtigia tecti.

Sorte ſua contentus Pontificum Vitis hìc ultimam admovit manum. *Almadianus* ideò ſubſecutus

Mox tibi Pontificum Vitas, ac Geſta recenſens
Das ſtudiis documenta tui, tibi quæritur ingens
Gloria: Mirantur Juvenes tua ſcripta, ſeneſque
Certatim, & magno paſſim celebraris honore.

Magni iſtorum ſenſuum aſſertores, & præcipuè contrà illos Naſutos,

qui minùs veracem in Vitis Pontificum conſcribendis Platinam autumant, inſurgunt Raphael Volaterranus loco cit. ubi. *Vir fuit alioqui granis, & procul à mendacio*, & fuſiùs Paulus Jovius, qui licèt in texendis Auctorum laudibus admodum parcus, in Hiſtoriarum tamen Platinæ commendationem pronus hæc inter alia ſcripta reliquit Elog. Doctorum 19. *Sacrati præſertim ordinis, bonique mortales plurimum Platinæ debent, quando ejus ingenuo labore ad exoptatam obſcuri ſæculi, nec ideò perituram lucem Pontificis Principatus actionum incorrupta veritas nunciatur, quæ procul eloquentiæ illecebris uti pura, & incompta fidem profert, & cæteris elaboratis operibus auget dignitatem. Neque enim vel Dialogi de Vero Bono, veraque nobilitate, & de optimo Cive graviter conſcripti, vel honeſtæ Voluptatis documenta ſcitè tradita diu ſupereſſent, niſi vivacis hiſtoriæ lateribus adfixa felici ſocietate ſuccederent, & communi, quamquam impari, perennis vitæ ſpiritu fruerentur.* Jovio ſubſcribunt *Tobias Magirus in Eponymologico critico &c. Fridericus Tilemanus in excurſu Philologico de Hiſtoricorum delectu edito Vitembergæ* 1597. *Conſtantinus Cajetanus Abbas Benedictinus acerrimus* ſui longè Nobiliſſimi Ordinis Vindex *in Comment. ad Vitam Gelaſii II.* Pandulpho Piſano conſcripta ibi n. 34. pag. *mihi* 132. *& alii permulti.*

Ædes, & hortos ſibi ſtruxit in Quirinali, quo procul ab ambitione ſecedens, & inchoata conſumavit, & nova cōdidit opera. Quare *Fulginas*

Cum tibi ſe largam præberet dextera Sixti
Impleretque tuos aura ſecunda ſinus
Contentus modico, nil ultrà ponere certus
In tenues uſus ſponte tua redigis.
A. Vaticano collem tranſcendis in illum,
Cui nunc Phidiacus nomina præbet equus
Hic Muſis delecta domus, fundataque, culta eſt
Extremum vitæ tempus ad uſque tuæ
Hic magno ingenio longum transfundis in ævum?
Acta & ſummorum Nomina Pontificum.
Hic etiam æternus liber eſt de Principe natus,
Dux Urbinatum, quem Federicus amat.
Hicque Voluptates juſtas condire laboras,
Et quicquid ſcriptis panditur uſque tuis.
Proh Superi! ignorant homines ſit quanta voluptas
Artibus his quanta, & gloria, quantus honos.
Mitius his igitur ſtudiis fæcunda juventa,
His oblectatur cana ſenecta bonis.
Hæ norunt artes res exornare ſecundas,
Adverſis eadem pandere perfugium
Delectant foris, atque domi, perque omne periclum
Noctes, atque dies dant tibi ſe comites.
Atque etiam poſt facta juvant, nomenque latere
Cultorum, ac laudes poſſe perire vetant &c.

Quæ

Quæ porrò ſcriptis Platina mandavit, ea ſunt

1. *De Vitis Pontificum à D.N.J.C. ad Paulum II.*
2. *Dialogus de Falſo, & Vero Bono Divo Sixto IV. Pont. Max. lib.* 3.
3. *De Vera Nobilitate ad Ampliſſimum Virum Joannem Urſinum Ep. Tranenſem ob quem Tractatum à Joanne Baptiſta Ziletto, & Freymonio* commemoratur inter J.C. qui de Nobilitate ſcripſerunt pag. 79. Elenchi J.U. Peritorum, eoque titulo citatur nec ſine laude à Tiraquello in Comment. de Nobilitate cap. 1. nu. 1. ubi pleroſque, qui id argumentum tractarunt, enumerat.
4. *De Optimo Cive ad Laur. Mediceum lib.* 2.
5. *Panegyricus in laud. Ampliſs. P. Beſſarionis Epiſcopi Sabini Card. Niceni, & Patriarchæ Conſtantinopolitani.*
6. *Oratio ad Paulum II. de Pace Italiæ confirmanda, & Bello Turcis indicendo.* Hæc omnia in Bibliotheca S.P. Franciſci Cremonæ uno Codice vidi comprehenſa, & excuſa Lugduni à Gilberto de Villicis anno 1512. die 22. Menſis Februarii.

Manuſcripta ſingula ſervantur Florentiæ apud S. Laurentium in Bibliotheca Medicea pluteo 65. ut refert *Ludovicus Jacobus à S. Carolo in Bibliotheca Pontificia*. In lucem autem omnia ſimul prodiere multoties, & præter adductam editionem, primùm quidem Venetiis adhuc eo ſuperſtite ann. 1479. in fol. Typis Joannis de Colonia Agrippinenſi, Norimbergæ 1481. apud Antonium Koburgerum, ut teſtatur *Philippus Labbe Soc. Jeſu in diſſert. de Scriptoribus Eccleſiaſticis tom.* 1. *pag.* 174. excudit ſubindè Pariſiis Franciſcus Regnault eodem anno 1481. Venetiis impenſ. Magiſtri Joannis Vercellenſis 1485. in fol. Pariſiis rursùs edita anno 1505. in 8. deindè Coloniæ Agrippinæ 1529. 1568. 1574. apud Maternum Cholitum, & Lovanii 1572. ubique in fol. Coloniæ Ubiorum 1593. 1599. 1610. 1612. apud Petrum Cholinum in 4. cum veris Pontificum Iconibus, & ſupplementis, ac adnotationibus Onuphrii Panuinii, antea verò iterum Lovanii apud Joannem Bogardum 1573.

Italicè redditæ Pontificum Vitæ, ſed abſque Interpretis nomine editæ Venetiis apud Cominum de Trino 1565. in 8. Novam earundem Translationem in Vernaculam noſtram linguam molitus eſt *Lucius Faunus* ibidem *apud Bernardum Bacum, & Barezzium de Barezziis Cremon.* 1594. *in* 4. denuò in Italicum translatæ à R. Bartholomæo Fanenſe prodiere unà ibidem, typis Eliſabethæ Bajæ Bernardi F. 1600. in 4. In Epitomen redactæ à *Thoma Coſto Parthenopæo* apud eoſdem eodem anno, & forma, & cum additionibus ne dum Onuphrii Panvinii, & Antonii Ciccarelli, ſed & Joannis Stringæ Abrahami Bzovii; Equit. Antonii Bagattæ Benacenſis uſque ad Alex. VII., nec non Vita ipſius Platinæ ab Nicolao

colao Angelo Caferro Romano fusè ſcripta, verùm poſt præſentis noſtræ hujuſce qualiſcunque opellæ texturam obſervata, prodiere pariter Venetiis apud Brigoncios 1666. in 4. in Germanicum verò translatæ ſermonem Monachii 1604., & Francofurti 1625. utrobiq; in fol., ut in Bibliotheca claſſica Georgii Drandii pag. mihi 529.

Cum recenſitis & Platinam Autorem habent

7. *De Floſculis quibuſdam linguæ latinæ ad Lælium.*

8. *Dialogus ad Ludovicum Agnellum de Amore Typis Antonii Zarotti Mediol.* 1481. opuſcula per Petrum Auguſtinum Philelphum caſtigata, quæ præ cæteris chariora mihi ſunt, tùm quia, jamdiù ex nomine in veſtibulo conſcripto, proſtabant inter libros Johannis Lud. Ariſii Tritavi mei Patris ſuo ævo non infimi cenſus Poetæ: tùm quia ex his eruitur Platinam verò nomine appellatum fuiſſe Bartholomæum, ut infra latiùs agetur: tùm demum quia infertur, dialogum contrà Amores ad Lud. Stellam, ut circumfertur inſcriptum, corrigendum eſſe, ut dicat ad Lud. Agnellum. Typis Venetis etiam hæc duo prodiere opuſcula anno 1480., ut ſcribit *Henricus Vvarton in Append. Hiſt. Literariæ ſcript. Eccleſiaſticorum Guillelmi Cave Angli num. marg.* 1474. *fol.* 103. Item

9. *De Natura rerum*

10. *De Obſoniis*

11. *De Honeſta voluptate, & Valetudine lib. X.*

Ad B. Roverellam S. Clementis Presbyterum Card., Viennæ Auſtriacæ apud Gherardum de Flandria 1470. *in* 4., & Venetiis, ut vidi 1475. Coloniæ apud Eucherium Cervicornum 1529. & 1537. in 8. Baſileæ 1541., & unà cum Celii Apicis de re coquinaria libr. X., atque Pauli Eginetæ de Facultatibus Alimentorum Tractatu ex interpretatione, & caſtigatione Albani Torini Medici Lugduni apud Sebaſt. Griphium eodem anno 1541. in 8.

Italico ſermone donati, dudum editi fuerunt Venetiis apud Joannem Taurinum de Trivio 1516. in 4., in Gallicum pariter idioma converſi leguntur, ut conſtat ex Bibliotheca Bodlejana Thomæ James, promulgatiq; Lugduni 1505. cum hac Epigraphe.

Liure de toutes Viandes, & choſes que l'homme mange

Germanicè quoque translati ab Stephano Vigilio Pacimontano, ut indicant Geſneriani.

Quod autem ad hoc opus attinet, ejus unius lucubratione ingenio ſuo abuſum Platinam arbitratus eſt *Jacob: Philippus Bergom.* (de ipſo ſcribens) *lib.* 15. *Supplementi Chronic.*, *quòd poſtquam multas calamitates, & afflictiones æquo animo pertuliſſet, à Sixto Pontifice liberatus, & in ſtatum priſtinum reſtitutus eſt, nequaquam ingenio ſuo abuſurus præter librum, quem de natura rerum, etiam de Obſoniis ediderat &c.* Ipſum & *Voſſius de Hiſt. Latin. lib.* 3. *pag.* 589. miratur ſcriptum à Viro graviſſimo, qui paulò ante Nobili Hiſtoria Pontificum

tificum res geſtas proſecutus fuerat, inquit enim. *Mirum autem poſt Pontificum Vitas de re culinaria ſcribere voluiſſe*, quam in rem luſit & *Sannazarius* feſtivo illo Epigrammate ſatis noto. Nec id intactum reliquit *Trajanus Boccalinus* Romanus ille Satyrographus, ſeù quiſquis fuerit (Principem enim Virum callidiores perhibent, qui ſub ejus nomine ingenioſum quidem, ſed mordaciſſimo refertum aceto pervulgavit opus inſcriptum *Raguagli di Parnaſo*) ea namque de re *Ragual.* 35. *cent.* 1. Platinam ab Auguſtino Niſo Neapol. fuſte percuſſum inſinuat, eumque, ut ſolet, ſugillat. Verùm & in hoc ſua ſit Platinæ laus, qui gravibus levia interponens ab Homero, & Virgilio avius non fuit: immò tantò ipſis utilior in non ſeriis, quantò magis prodeſt, quæ de ratione victus, & modo vivendi ſunt ad honeſtam voluptatem tractare, quàm de ranis, culicibuſve ludicra confingere.

Alia quoq; lucubravit ad æternitatem, cujuſmodi memorata ſuperiùs.

12. *De Rebus Urbis Mantuæ, Gonzagæq; Familiæ Hiſtoria lib.* VI.

quam ab Oporino excudendam indicat Bibliotheca Geſneriana in Tigurino pago aucta à Jo: Jacobo Friſio; ſed haudquam prodiit. Ab allegato *Voſſio* hac de re in Hiſtoricis latinis citatur. Verùm Typos ſubiit cura Petri Lambecii Conſiliarii, Hiſtorici, & Bibliothecarii Cæſarei ejus operis titulus, licèt falſo Baptiſtæ nomine, occurrit hujuſmodi.

Baptiſtæ Sacchi Cremonenſis ex vico Platina (vulgò Platinæ) Hiſtoria Inclytæ Urbis Mantuæ, & Sereniſs. Familiæ Gonzagæ in Libros VI. diviſa, & Franciſco Gonzagæ Card. Mantuano olim dedicata, nunc primùm autem ex Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi in lucem edita, cum Chronologia accurata, & acceſſoriis adnotationibus Vindobonæ, ſivè Vviennæ Auſtriæ Typis Matthæi Coſmerovii S. C. Majeſt. Typographi ann. 1675.

Adnotationes quidem *Lambecii* fuerunt præter ſpem interruptæ (ut ipſe fatur) cum primum Hiſtoriæ Librum non excedant, alioquin diligentiſſimæ

Ad Poſteros quoque tranſmiſit

13. *De Principe lib.* 3., *qui curante Alexandro Saulio Genuenſi Patritio ex M. S. editi ſunt Genuæ Typis Calenzani, & Farronii*, & ab eodem Saulio, Auguſtino Pallavicino inſcripti. Verùm ann. 1618. Francfurti Typis Nicolai Hoſmani prodierant. Eſt & hujus Operis M. S. in Bibliotheca Ambroſiana ſcriptum anno 1473. lit. X. num. 730. in 4., ut innuit mihi eruditiſſimus Muratorius in eadem humaniſſimus Aſſeſſor.

14. *Epiſtolarum ad diverſos lib.* 1.

15. *De Republica*

16. *Carmina varia*, quæ majeſtatis, & elegantiæ plena innuit

loco

loco primum citato Almadianus. Exemplo eſt ejus decaſtichon in funere Ant. Campani Viri eruditiſſimi, cum quo Platina ipſe inter præclara Græcæ, Latinæque linguæ lumina, quæ Beſſarionis doctiſſimi Card. comitatum componebant, connumeratus eſt. Extat apud Jovium lib. 2. elog. 22.

Campanus jacet hic humili contectus in Urna
Qui vaga, dum vixit, ſydera tranſiliit.
Hiſtoricus ſcripſit, dixit, cecinitque, nec alter
Philoſophus toto clarior in Latio.
Nil majus Natura tulit; miracula Cœli
Hujus in ingenio cuncta ſtetere Viri.
Deſerto Lugent Parnaſſi fonte Sorores,
Et tumulus refugas lucis hic unùs habet.
Vos, quibus ingenium eſt, en quo contendimus omnes?
Virtutis ſola eſt gloria, quæ ſupereſt.

Perhibetur item pergrandi volumine cōfeciſse (ut ſcatet ex Praxi Cancellariæ Apoſtolicæ Hier. Pauli Barchinonenſis Lugduni 1549.)

17. *Collectanea omnium Inſtrumentorum* pertinentium ad Statum Eccleſiæ in Temporalibus, & præſertim circa acquiſitionem terrarum, & aliorum iurium in valdè magno volumine, ad quorum collectionem, ut innuit *Bodinus de Repub. lib. 1. cap. 9. pag.* 135. ſuam operam præbuit, & ab eodem Platina nomine Bartholomæi, appellando, ita & à Richardo Flemyngo, qui illum optimè novit in ſuis Lucubrat. Tyburt. lib. 1., ut ſcribit allegatus Vvarton.

Hiſtoriarum ſacrorum temporum liber, cujus meminerunt *Triſtanus Chalcus Mediol.*, *&* *Antonius Campus* noſter utique in ſuis de Patria Hiſtoriis, quid hactenùs me latet.

Sic Vir omnium horarum aliquid ſcribendo jugiter intentus, quum arridente fortuna, ſperare majora, magiſque vivere debuiſſet, vivere deſiit, peſte ſublatus inter prima ſenectutis limina, cum ſcilicet ſexagenarium ageret anno 1481. eoque decimo Pontificatus Sixti IV., cui grati monumentum animi, ob accepta beneficia, perſolverat, nuncupatis ipſi Pontificum Vitis, deque Falſo, & Vero Bono Dialogis. Ita & de re familiari teſtatus Quirinalem Domum, Lauretumve, (ut inquit Jovius in ejus Elogio) ad coronandos Poetas Julio Sanſeverino, Pomponio Leto nuncupato, legaverat. Cadaver in Exquilias ad S. Mariæ Majoris Templum ſolemni cum pompa delatum, cujus in ipſo Eccleſiæ ingreſſu, e regione Sacelli Burgheſiorum inciſum legitur hoc Epitaphium, quod vivus ſibi ſcripſerat, & ab Alumno Demetrio ſibi poni mandaverat.

Quiſquis es, ſi pius, Platinam
Et ſuos ne Vexes; anguſtè,
Jacent, & ſoli volunt eſſe.

Ipſe

Ipſe verò Demetrius hoc optimo Patrono monumentum poſuit.

Platinæ Bibliothecæ Præfecto, Sixto IV. Pont. Max. ob eximiam utriuſque linguæ eruditionem, cæteraſque perſpicuas animi, & corporis dotes in primis charo, qui cum maximè vivere debuiſſet, fatis iniquis præreptus eſt, Demetrius Lucenſis Alumnus Patrono B. M. P.

Dignum, quod referatur, eſt Epitaphium, quo Elegiam de morte Platinæ clauſit Lippus Brandolinus.

Sum Platina: Hiſtorias ſcripſi Sixto auſpice ſacras
Erecta eſt ſtudio Bibliotheca meo.

Nec prætereundum, quod obtulit Carolus Berardus Cæſenas

Romanum, heu dolor, eloquium, muſæque latinæ
Quo Platina, hoc parvo condita ſunt tumulo.

Funus multo carmine defleverunt Amici Poetæ, lugubres quorum lucubrationes extant pleriſque operum Platinæ exemplaribus annexæ, ut præſertim vidi in memorato Codice Gilberti de Villicis Typis Lugdunenſis. Auctores ſunt ut eos referam ordine Alphabetico.

Angelus Campanus, contulit Elegiaca
Antonius Militanus, dedit Elegos
Bartholomæus Ariſtophilus Platinæ ſucceſſor in Bibliothecæ Vaticanæ cuſtodia, Heroica
Laurentius Cuſtochius Venetæ Reip. à Secretis, Elegos, & Heroicè de Translatione Platinæ in Cœlum.
Carolus Berardus Cæſenas, Eleg.
Demetrius Lucenſis, *Inſcript. Sepulchralem*
Joannes Baptiſta Almadianus, *Poematium heroicum*
Lippus Brandolinus } Elegiaca
Ludovicus Lazarellus }
Manilius Rullus, *Hendecaſyllabon.*
P. Franciſcus Amerinus, Eleg.
Proſper Spiriteus Viterbien. Epigrammata
Sigiſmundus Fulginas Secret. Apoſt. Elegiam.

Ad vivum ex indè pictus in Vatican. Biblioth., quod & indicat Amerinus de illa ſcribens hiſce verſiculis:

Hæc quoque cum tota librorum mæſta caterva
De trucibus fatis eſt modo viſa queri.
Depictumque illìc te deplorare videtur
Pro deſiderio vultibus orba ſuis
Heu Pater, ex auro totus (ſi gratia magnis
Par meritis eſſet) conſpiciendus erat.

Hinc deſumptæ ipſius Icones, quæ peritiſſimis expreſſis pennicillis aſſervantur cùm Florentiæ in Regio Magni Ducis Muſæo, tùm Mediolani in Ambroſiana Bibliotheca, ut quàm ſæpè mihi meos obtutus rapuere, quas & memorat *Petrus Franciſcus Scarabellus in deſcriptione Muſæi Septaliani pag.* 281., & 285.

In Bartholomæi imaginem ea, quæ ſubdo, ſcripta fuiſſe arbitror à *Lucio Fauno*, qui Pontificis Hiſtorias, ut retulimus, in Italicum idioma convertit, & ejus interpretationi, ac ſub Platinæ effigie ſcripta leguntur

Vivi Platina omai, che l'opre ſacre
De Papi hai ſcritto, e le vite de Duci
Che ſe'l corpo laſciò ben queſte luci
Le Parche invide, & acre
Non ponno far, che l'opra, onde riluci
All'Immortalità non ſi conſacre.

Corpore fuit quadrato, ante paſſum carcerem valido, adverſa demùm valetudine ſæpè tentato, & pedum præſertim debilitate commoto, ut eruitur ex dialogo recenſito de Amore non procul ab initio. Facies tamen illi decora, ſerenique oculi, & index animi frons modeſta, cui ſenii majeſtatem acceleravit intempeſtiva canities continuis accita vigiliis. Eleganter eum pingit Almadianus, ubi mortuum his deflet.

Siccine me miſerum, vita digniſſime Vates
Aſpicio impoſitum feretro? tua pallida texit
Ora lues; ubi grande decus? vultuſque ſereni
Dignus honos, & quæ quondam veneranda, decenſque
Canities inhonora manet, juvenilibus annis
Calliope merita, quam cinxerat enthea lauro?
Infælix tua Phæbeo radiata tenore
Lumina perpetuis clauſerunt fata tenebris.
Num frontis vigor iſtè tuæ? gravitaſque, moduſque,
Ingenuuſque pudor, facies, vultuſque verendi
Gratia, & in toto digniſſima corpore membra
In cineres abitura jacent? .....

Mores faciei conſoni. Comis enim fuit, & liberalis, quantum ejus fortuna ferre potuit, omnibus officioſus, omnes juvandi cupidus; ſed de hac re præ cæteris audiatur Antonius Militanus ſub Platinæ perſona.

Conſilio, ut potui, multos opibuſque levavi
Exiit à factis læſio nulla meis.
Me non ambitio, fucoſaque gloria rerum,
Sed ſanctè tenuit in probitate pudor.

Non eſt omittendum, quæ de noſtro Platina noſtræ curtæ ſupellectili addere voluit eruditiſſimus *P. Athanaſius à S. Carolo Eremita Auguſtinianus Nudipes*, nunc Romæ ex Moderatore Provinciæ Mediolanenſis Definitor Generalis annis, & doctrina gravis. Carola (vulgò dicta Caroletta) Cypri Regina à Jacobo Fratre Notho Regno pulſa, Romam venit ad Sixtum IV. Sum tunc Pont. cujus ad pedes tanta modeſtia, ac gravitate ſe demiſit, ut vel ipſum ſupremum Myſtam traxerit in admirationem. Quapropter ad perennem rei memoriam inter alia ſui Pontificatus acta pulchra

pulchra in Tabula illam depingi juſſit apud Hoſpitale S. Spiritus in Saxia, ubi ejus etiam nunc cernitur imago, coram Sixto genuflexa benedictionem ab ipſo ſimul cum potioribus Aulæ ſuæ Magnatibus impetrantis. Habet verò ejuſmodi Tabula picta ſubjectam Epigraphen ſequentem, quam Pontificis mandato appoſuit Platina, qui tunc florebat.

Karoletta Cypri Regina, Regno, fortuniſque ſpoliata, ad Sixtum IV. ſupplex confugiens, ab eodem tanta benignitate, ac munificentia ſuſcipitur, ut præ incredibili admiratione, animique gratitudine in ejuſdem Pontif. laudes prorumpens, non ſolum ſatis eloquentiæ haud ſuppeditari, verùm etiam animi vires ad eas explicandas ſibi defeciſſe videri faſſa fuerit.

Auctores de Platina ſcribentes (ut in aliis allegare ſoleo) conſultò hìc omittam, talia enim meditanti contingeret illud: numera ſtellas ſi potes? Nonnullorum Authorum etiam in Scripta Platinæ, & præcipuè in vitas Pontificum compeſcenda eſſet audax nimium temeritas; Nimirum ex adductis ad laudem tanti Viri, ne muneri meo defuerim non dubito. At pro coronide mihi ſufficiet palam facere Platinam, non quidem Baptiſtam, ſed Bartholomæum nomine ſyncero eſſe appellandum, ut inſinuat etiam *P. Labeus in Nova Bibl. M. S. pag.* 327. *&* 348. (& tantò minùs Johannis, ut perperam refert aliàs doctiſſimus *Alexander ab Alexandro Genial. Dier. lib.* 3. *cap.* 9.) Nam complures, vel eximia præpollentes doctrina, ejuſque Coævi Baptiſtam perperam, non Bartholomæum appellitarunt, decepti à litera initiali. B. quàm cognomento apponere ſolebat: quippè refert memoratus doctiſſimus Ciampinus libro citato ex Piana Conſtitutione in Cancellariæ Actis, Pontifice, & Platina viventibus, deſcripta ſeſe legiſſe hæc planè verba: *Radulphus Bartholomæus Platina.* Cur autem (proſequitur Ciampinus) *ſe unico nomine conſcriberet, notum eſt lippis, & tonſoribus. Quemadmodum multi diverſa habeant nomina, & nihilominùs unico tantùm utuntur, vel ad eorum beneplacitum, vel ex parentum, aut propinquorum uſu dum adhuc teneram agerent ætatem*, ut mihi hæc ſcriptitanti vel evenit, qui Caroli Franciſci nomine baptizatus, Franciſcus tantummodò fui tùm à genitoribus meis continuò, tùm ab omnibus indiſtinctè vocatus.

Corrigendi quoque ſunt, qui Platinam dicunt, aut dubitant Veronenſem, & præ cæteris recentiores, *Hofmannus in Lexico, & Guilielmus Cave ex Cartophylace Eccleſiaſtico Lipſiæ ann.* 1687. *ac Foreſtus Soc. Jeſu ex Mappam. Hiſtor. nuperrimè Parmæ excuſo.*

LXXV.

BAptiſta Sfondratus Ticini edoctus, adhuc adoleſcens hoc anno die 24. Julii in cætum J. C. Patriæ accitus, inter præſtantiores ævi ſui Juriſconſultos emicans ob ſingularem doctrinam, & probita-

tem, miramque in rebus gerendis dexteritatem, pro Patria legatus Mediolanum conceſſit, ubi munere perfunctus, à Ludovico Sfortia Inſubriæ Duce Mediolanenſi primùm Civitate donatus Senator electus, & magni momenti legationibus adhibitus eſt. Orator itaque ad varias Reſpublicas, ad Herculem Ducem Ferrariæ, ad Ferdinandum Hiſpan., & Carolum VIII. Galliarum Reges, ſummoſque duos Pontifices, Innocentium VIII., & Alexandrum VI. profectus, maximam apud tot, tantoſque Principes gratiam inivit. Tandem cum eodem munere pro Ludovico fungeretur Venetiis, florente adhuc ætate ceſſit è vivis anno Chriſti 1497. nativitatis ſuæ 36. In Templo S. Mariæ Gratiarum conditus eſt cum hujuſmodi Epitaphio, notis aureis in marmore inciſo

Baptiſta Sfondratus

Quo Cive Cremona, quo alumno Ticinum ſtudiorum parens gloriabantur, quo Senatore Ludovicus Mediolani Dux Principum ſapientiſſimus utebatur, & quem Oratorem Gallorum Rex, Ferrarienſis Dominus, Romani Pontifices, Neapolitanorum, & Hiſpaniarum Reges tàm honeſtè ſuſceperunt, quàm virtutis ergò ſuſpexerunt. Venetiis legationibus ſimul, mortalique vitæ decorum finem, æternæque initium Patriæ veræ redditus fecit.

Item inferiùs in alio lapide legitur:

Baptiſta Sfondratus Cremonenſis
Juris Civilis, ac Pontificii Conſultus
Ludovici Mediolanenſium Principis Senator,
Dum Venetiis Oratorem ageret, vita defunctus,
Corporis hìc pondus depoſuit MCCCCLXXXXVII.

Reliquit verò Baptiſta ingenii pignora

De Nobilitate lib. V.
De Dignitate Juriſconſultorum lib. IV.
De Nuptiis lib. I.
Orationes diverſas, quarum circumfertur illa, in publico Conciſtorio habita, coram Innoc. VIII., & quarum meminit *Paulus Morigia lib. 3. Nobilit. Mediol. cap.* 15., ubi Baptiſtam inter ſcriptores è Sfondrata gente comemmorans, Johannem prænominat, quod & idem Auctor præſtiterat in excurſu de eadem Familia ſuo libro præfixo, in quo & artis Oratoriæ Fontem Baptiſtam appellat. Perhonorifica peræque ipſius mentio habetur in Epitaphio Franciſci Sfondrati Cardinalis ejus F. quod ſuo loco adducemus. Priùs verò dum Baptiſta Mediolani degeret, Uxorem duxerat Margaritam Signoroli Homodæi celeberrimi Legum Doctoris Com., & Equit., ac Luciæ Triultiæ Filiam. Hinc illud Baptiſtæ ſplendoribus acceſſit, ut Summi Pontificis Avus emergeret. Siquidem ex Franciſco ejus Filio legitimè natus eſt Nicolaus ille, quem, in Gregorio XIV., Chriſti Vicarium, & Petri ſucceſſorem adoravit Eccleſia, ut ſuo loco dicemus.

Interim non ſunt omittenda, quæ de tanto Viro protulit *Johannes Jacobus Crottus in Oratione pro Franciſco Sfondrato*. Inquit enim: *Verùm longè ardentiùs cor tuum ſtimulabat, & accendebat parens ille tuus Joannes Baptiſta Jureconſultorum pariter, & Oratorum ætatis ſuæ conſultiſſimus, & facundiſſimus, qui non tàm legum faſtigio, juſtitiæque candore, quàm fidei ſynceritate, ſapientiæque ſingularis raritate honorificentiſſimum, ultrà Senatoriam dignitatem, gradum penès Mediolani Ducem Ludovicum Sfortiam obtinuit, cujus nomine gloriosiſſimas legationes ad varios Principes Chriſtianos prudentiſſimè obivit. Innocentius VIII. Pont. Rom. Teſtis locupletiſſimus eſſe poteſt, apud quem Cætus Eccleſiaſtici corona ſtipatum, Romæ in publico Conciſtorio orationem elegantiſſimam habuit, qua fæliciter perorata, Præſul maximus civem noſtrum dignitate Palatini Comitatus exornavit, mirificoque verborum plauſu commendavit. Quanti Carolus Francorum Rex Chriſtianiſſimus eundem fecit, à quo poſt perfectum ad vota domini ſui mandatum diſcedens, præter militare cingulum dona pretioſiſſima ſecum detulit? Ferdinandus, & Heliſabeth Hiſpaniarum Reges Potentiſſimi Genitorem tuum Sfortiarum, peragentem negotia, apud ſe multò tempore habuerunt. Alter verò Ferdinandus Neapolis, & Siciliæ Rex pariter eum Vices Oratorias in ſuo Regno gerentem magna dilectione proſecutus eſt. Dominatio Venetorum cordatiſſima Patrem tuum extinctum adhuc luget: cujus Legati oſſa, & cineres publico funere extulit, ſummoque Patriciorum omnium concurſu honeſtavit.*

Eundem celebrant præter adductos

Pancirolus de Clar. Leg. Interpret.
Antonius Maria Muſſus in ſuis Carminibus
Breſcianus in Coll.
Autores Syllabi J.C. Coll.

LXXV.

Corradolus Stanga Vir Patritius omnium bonarum artium diſciplinis præſtans. Romæ floruit ſub Paulo II. Prothonotarius Apoſtolicus de numero Participantium, ut ajunt, à Sixto IV. Abbas S. Antonii Cremonæ, & ſubindè ab Joanne Galeatio Sfortia, quum Homo precipuæ commendationis, & virtutis eſſet Ducalis Mediolani Senator, eligitur ab eodem ob ſedandos Januæ tumultus, prudentiſſimus Caduceator ad illam Urbem tranſmittitur. Domi, & foris præclarus, in Patria fatis ceſſit; Deque ejus obitu nihil apud veteres legimus, conſtat ſiquidem adhuc vixiſſe ſub finem ſæculi quintodecimi ex Inſcriptione, quæ habetur in Sacrario Divi Abundii Cremonæ in ligneis ceroſtrotis, à Johanne Maria Platina mirificè elaboratis.

Sub R. Præceptore, & eximio Doctore D. Corradolo Stanga Ducali Senatore, abſolutum opus per me Johannem Mariam Platinam Cremon. Anno MCCCCLXXXXII. *de Menſe Novembris.*

Inter

Inter eruditos Nicolai Lucari neceſſarios celebratur à Johanne Jacobo Crotto, in Oratione funebri pro Nicolao Lucaro.

Corradolum ipſum, vel ad maximè provectam ætatem deveniſſe, ſeù alterum ſimili nomine hoc ſæculo, & ex eadem gente floruiſſe autumo; Lego nempè in regeſtis noſtri Archivii Corradolum Stangam, dum eſſet Collateralis Ducalis in Civitate Papiæ, ſententiam tuliſſe die 17. Octobris 1441. inter Cives Papienſes, & illius Urbis Comitatenſes ſuper militum hoſpitatione

Anno 1368. Benedictus Stanga in Urbe floruit, muniis Eccleſiaſticis præclarus, temporibus Urbani V., & Gregorii IX. ut affert *Breſſianus in Roſ. & Viol.*

LXXV.

VIncentius Amidanus J. C. Nicolai Mediolani Archiepiſcopi Frater (ut vidimus in ejuſdem Epitaphio) non tenui loco in Patria natus, nimia doctrina ſubtilis, ac pietate mirabilis. Ejus animi dotes, & virtutes exhibet lapis in Sacrario Cathedralis Cremonæ.

Hoc Amidanorum tumulo Vincentius oſſa
Clauſa tegit, verùm Spiritus aſtra tenet.
Jure quidem tota ſuperos, qui mente colebat
Pauperibus multas quique reliquit opes.
Hic vitam celebs egit ſine labe pudicam
Vix ullo inferior religione ſacra.
Templa frequentabat, quoties Aurora rubebat,
Non pluviæ, aut venti non tenuere nives.
Qui faciem vidit tetricam, moreſque pudicos
Socraticum potuit credere diſcipulum.
Doctor erat, verboque gravis, calamoque diſertus,
Interdum ſolitus Carmina culta dare.
Alta Ducis Galeaz ſecreta, Patriſque tenebat
Sforciadum fido cognitus ore loqui.
Principibus charus, tota venerabilis aula
Conſilio multis præſidioque fuit.
Tandem apud Inſubres morbo concuſſus acerbo
Deficit, & moriens talia juſſa dedit.
Mittite Me in Patriam (Germane, Nepoſque) Cremonam
Iſti aderant, noſtro condite me in Tumulo.

Vincentio Amidano Viro Cla. Jo: Andreas Amidanus J. C. Nepos Patruo Benemerenti hoc carmen poſuit.

LXXV.

JOhannes Franciſcus Ala, Johannis Petri F. Viciniæ Majoris Burgi S. Stephani in Juriſperitorum Patriæ Collegium aſſumptus die 30. Julii 1465. quum Judicis partes Parmæ non ſine laude promeret, in Collegium illorum J. C. accitus, tot laureis redimitus, immorta-

mortalitatis coronam ſibi comparavit, cui non parum gloriæ adjunxit Hercules Eſtenſis Ferrariæ Dux, qui ſuæ Principis Urbis Rectorem, ac inter Aulæ ſuæ Conſiliarios noſtrum delegit Alam. Inter ſerias, & graviores exercitationes reliquit

Conſilia in Jure diverſa

Breſſianus in Coll. J. C. &

Auctores Syllaborum J. C. de Coll.

LXXV.

ANtonius Frigerius Presbyter Sæcularis Eccleſiæ S. Helenæ Cremonæ Rector, Publicus Gymnaſiarcha, cujus inter præcipuos Scholares adnumeratur Daniel Cajetanus ſui ævi præſtantiſſimus Poeta, & Orator, qua de re in hoc Theatro ipſum reponere haud veritus fuerim. Grates enim *Cajetanus* Præceptori ſuo rependens, ſic in ſuis M. S carminibus penès me exiſtentibus loquitur.

Qui mihi primus iter ſacras monſtravit ad aras
Et mihi Muſarum qui monimenta dedit.
Presbyter antiquis Antonius obſitus annis
Ille fuit, genuit quem Frigeræa domus.
E ludo vix dum rediens mea tecta petebam
Ut recitem, à primo limine voce vocat.
Auſcultat patiens, examinat, inde requirit
Condita ſint ne mea ſcripta notata manu.
Qualiſcunque ego ſum, ſoli ſum debitor illi
Excepto, confert qui bona cuncta, Deo.
Qui docuit, qui me genuit Pater unus, & idem eſt
Sed qui me docuit, plus dedit ille mihi.
Antoni doctor tibi debeo thura, focoſque
Aſſiduas pro te fundo, iteroque preces.
Vive Sibyllinos doctor Venerabilis annos
Sum modo ſiquis ego ſiqua Thalia mea eſt.
Prima tua eſt equidem ſcriptorum fama meorum
Fama ſecunda mea eſt ſint benè ſcripta modò.
Contrà ſi quis ineſt error, ſi ſomnus oberrat
Cenſura inſitiæ danda erit illa meæ.
Gratia ſi qua manet, Deus eſt iſtius honoris
Author, & à primo proximus Author ades.

LXXVI.

JOannes Paratus elegantis Vir ingenii, Medicus Philoſophus, & Aſtronomus inter ſuæ ætatis eminentiores. Ejus doctrinæ perennia monumenta prodiere.

De Peſtilentia

De Pulſibus

De Urinis

De Planetarum Natura

Quæ

Quæ omnia apud Joannem Baptiſtam Bertuccium Med. Phyſicum Coll. Cremonæ non infimi nominis, affirmat *Breſſianus in V. R.*

LXXVI.

RAphael de Soncino à Patria ſua Soncinas appellatus, Ord. præſtantiſſimi PP. Prædicatorum in Philoſophicis, Theologicis, ac Canonicis facultatibus planè admirabilis, meritorum ſuorum, ſuæque virtutis indices exhibuit poſteritati

Tractatum de Uſuris

De Interdicto

De Eccleſiaſtica Immunitate

De Voto, & plura alia, quæ in Bononienſi Conventu (ut ſcribit *P. Inquiſ. Rovetta in Bibl. Chronolog.* aſſervantur.

Eundem inſuper obſervant *Ant. Poſſev. in Appar. Sacr. Tom.* 3.

Plodius Bononi. in Vit. Vir. Illuſtr. in Appendice

Gozeus in Catalog. Vir. Illuſtr.

Leander Albertus lib. 4.

Antonius Senenſis in Chronico pag. 209.

Altamura in Biblioth. Dominicana, & alii.

LXXVII.

THeophilus, à Cremona Patria, ab omnibus appellatus Ord. Predic., & ex familia de Ferrariis fuit. Famæ non vulgaris Philoſophus, ac Theologus inſtructiſſimus. Ejus Opera edita ſic inſcribuntur.

Incipiunt Propoſitiones copioſiſſimæ, ac fidiſſimæ ex omnibus Ariſtotelis libris collectis per F. Theophilum de Ferrariis Cremonenſem Vitæ Regul. Sac. Ord. Præd. Et primò ex libris Metaphyſicæ Annotatioq; lectionum, ut expoſitio D. Thomæ Aquin. requirit, poſita eſt. Ad Magnificum Virum D. Antonium Pizamanum Patr. Venetum, ac Sac. Theol. doctorem eximium. F. Benedicti Soncinatis divi Ord. Præd. Vitæ regul. utriuſque Lombardiæ in omnium Operum Ariſtotelis Auctoritates, atque ſententias proœmialis Epiſtola. Venetiis per Joannem, & Gregorium de Gregoriis 1493 *die* 3. *Auguſti.*

Scripſit & Eruditiſſima Commentaria in decem Ariſtotelis prædicamenta, ejuſdem laudes retulere

Ambroſius Altamura in Biblioth. &c.

Ambroſius Gozeus in Catalogo &c.

Antonius Senenſis in Biblioth., & Chronico &c.

Seraphinus Razzius in Hiſt. Vir. Illuſtr. Ord. Præd.

Rovetta in Bibliotheca Chronologica, & alii quamplures ex Hiſtoricis Ord. Præd.

Ale-

LXXVII.

ALexander Pellizarius Eccleſiæ Cathedralis Archipresbyter, religione, probitate, & virtute auguſtus italico ſermone lucubravit.

Della Natura dell' Uomo
Della Natura dell' Herbe
Delle Miſerie Humane Dialoghi Trè.
Per la Naſcita del Bambin Giesù diſcorſi varii, ita refert *Breſſianus in allegato libro V. R.* & in Eccleſia S. Sophiæ Cremonæ hoc Epitaphio ejus ſepulchrum ornatur.

D. O. M.

Alexandro Pellizario J. U. D. Protonotario Apoſtolico Archipresbytero Eccleſiæ Majoris hujus Civitatis, ſumma religione, & pietate non minùs, quàm animi nobilitate, ac Generis ſplendore clariſſimo. Hìc quieſcit in pace Anno Dom. MCCCCXCVII. *Prid. Id. Maii.*

Memoratur in Statutis Capituli Eccleſiæ Majoris ſub annis 1477.

LXXVIII.

BAlthaſſar Piperarius non male in Poeſi verſatus ſuo ævo. Id ſequentia carmina denotant, quæ ad calcem Orationis habitæ à Jaſone Mayno, Papiæ anno 1478. leguntur, cujus M. S. penès Amicum meum eruditiſs. *Lazarum Auguſtinum Cottam J. C.* Novarienſem de Ameno, extat, ut mihi inter cæteras, quas plerunq; mittit eruditiones, indicavit.

Quæ mihi non dono, ſed tranſcribenda dabaris
Perge domum: Dominus te vocat ecce tuus
Huncque meo, quamvis me ignoret, quæſo ſaluta
Nomine: Si qui ſim, te rogat, iſta refer.
Corde, fideque tuus Piperarius ille vocatur
Balthaſar, huic patria eſt pulchra Cremona Viro
Si nec adhuc noſcet, noſtrum petat ipſe Figinum
Eſt cui me toto notius orbe nihil.

LXXVIII.

ALbertinus de Cremona, cujus cognomen ignoratur, ex Ord. Auguſtiniano concionator egregius; ingenii ſui monumenta poſteritati elargitus fuit. In Bibliotheca S. Auguſtini Cremonæ ſervantur hædinis membranis antiquo charactere exarata in 4.

Sermones Prædicabiles Dominicales, & pro mortuis.

De eodem *Elſſius in Encom. Auguſt. in litt. A.*

Antonius Poſſev. in Appar. Sacro Tomo 3. ubi de hac Inſigni Bibliotheca, ejuſque M. S. ex profeſſo diſcurrit.

LXXIX.

ANgelus (ut moris eſt) de Cremona, nuncupatus Ordinis S. Auguſtini teſte Patre Philippo *Elſſio in Encomi. Auguſt. in lit. A.* ſcripſit quoddam Volumen pro Auguſtiniana ſua Religione, tanquam pro aris, & focis dimicaturus contrà nonnullos Adverſantes, & dicit floruiſſe ann. 1479.

De eodem *Aloyſius Torrellus in ſæcul Auguſt. Tom. 7. anno* 1479. *nu.* 20.

LXXX.

ANgelus Manna Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor, inter Principes Medicos hujus ævi connumeratur, egregiè digeſſit opera

De Febribus lib. 2.

De Vairolis lib. 2.

De Peſtilentia lib. 1.

Anno 1495. optimè conquievit. *Bordigallus* hæc carmina fudit ad ejus tumulum, ut ex Epitaphiis M.S.

Hìc ſitus eſt Doctor generoſus in arte medendi
Angelus è Manna proſapia genitus
Oſſa jacent, Patriæ tamen indelebile nomen
Virtutis remanent, perpetuumque decus
Proh genus humanum! ſic tranſit gloria mundi,
Vita hominum brevis eſt pulvis, & umbra ſumus
Quiſque bonum ſectetur opus, quo vixerit ævo,
Nil niſi poſt mortem ſtat bona ſorſque mala.

LXXX.

GHerardus Lainerus Inſignis Mathematicus, & Aſtronomus totius Italiæ Summatibus non tàm notus, quàm acceptus, edidit Bononiæ Typis Dominici Fuſii hoc anno.

De Centricis, & Concentricis, ſeù Theoriam Planetarum.

Hæc habet Joſeph *Breſſianus in Virtù Rav.* attamen reor eundem eſſe cum memorato Gherardo Cremonenſi ad annum 1450.

LXXX.

MArcus Antonius Guarnerius, Vir eruditus ſanè quamliberaliter, cujus doctiſſima opera deſiderantur, nec de eo aliud remanet, quàm in Eccleſia S. Petri de Pado marmor ita prænotatum *ex Buſchetto*

Marcus Antonius Guarnerius Gymnaſiarcha eloquentiſſimus, mortalis obiit, immortalis abiit anno ætatis ſuæ LXVIII. VII. *Kal. Junii anno Domini* MCCCCLXXX. *Horatius Fil. Patri Chariſs. P.*

Philip-

LXXX.

PHilippus Brumanus Vir maximi conſilii, & ſummæ prudentiæ, in Cypri Regno Præfecturas geſſit, & apud Venetos ſingulares obtinuit dignitates. Dum eſſet in primo flore juventæ Poeta floridiſſimus, cecinit heroico verſu

Acta Ducum Mediolanenſium.

Permultaq; fertur compoſuiſſe metro Pyndarico, ut fortiùs, atque vividiùs dici non potuerit. Obiit ann. 1503. de quo *Bordigallus in Epitaphiis*, & *Franciſcus Zava in Orat.* ubi parentalia Illuſtr. Viror. inſinuat.

LXXX.

HIeronymus Mutius, ſeù Mutianus ex Monachis S. Hieronymi, degentibus in inſigni Monaſterio S. Sigiſmundi propè Urbem Cremonæ, Philoſophus Theologus, omnibuſque præcipuis artibus inſtitutus, & vitæ probitate conſpicuus. Scripſit *ſuper* 4. *Libros Sententiarum*

De Naturali Philoſophia, & alia Opera, quæ mortem Auctoris ſenſerunt.

Hunc celebrant *Cavitell. in Annal.*

Breſſian. in Corona Vir. Illuſtr.

Creſcentius in Præſidio Romano lib. 1. *narrat* 9. *num.* 17. & *in libro, cui tit. Euſebio Cremoneſe p.ª* 3.

Monaſterium eſt antiquitate præclarum (de quo fuit ſermo) anteà poſſeſſum à Monachis Congregationis Vallombroſanæ, uſque de anno 1253. ad relata per *Tamburinum de jure Abbatum Tom.* 1. *diſp.* 15. *qu.* 4. *nu.* 6. in Bulla Innocentii IV. ejſdem Monachis confirmantur Monaſteria, inter quæ in Diæceſi Cremonenſi Monaſterium S Sigiſmundi. Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ, ubi de S Sigiſmundo ſcribit anno 1266. in hoc Monaſterio degiſſe Monachos Benedictinos, abſque ulla diſtinctione Congreg. Vallombroſanæ.

LXXX.

PEtrus Martyr Stanga legibus addictus, Cremonæ Collegium anno 1476. indeptus, Romam delatus Aulæ negotiis Aſcanii Mariæ Sfortiæ S R. E. Card. implicitus, à Sixto IV. Referendarius Apoſtolicus declaratus, aliiſque muniis eccleſiaſticis elatus, quum eſſet Vir ſine ſupercilio, piiſque moribus imbutus, nec ignorans illud *Divi Lucæ cap.* 11. *num.* 52. *Væ vobis Legiſperitis, quia tuliſtis clavem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, probibuiſtis &c.* Totum ſæculum abiiciens ad Monaſterium Inſigne S. Benedicti de Padolirone in Agro Mantuano perductus, Theophili nomen aſſumens, religioſiſſimè vixit, & obiit.

Breſſianus in Coll.

Hiſtoriæ recenſiti Monaſterii de Padolirone nuperrimè libros ſex edidit doctiſſimus Vir *D. Benedictus Bacchinus* Caſinenſis, Congregationis ornamentum, & decus, quorum exemplar mihi dono humaniſſimè dedit.

LXXX.

ALexander Crottus Legum Doctor, receptus in Collegio die 25. Septembris anno 1475. omnium doctrinarum legalium ſummus Patronus, quamplures in orando, & advocando edidit

Conſultationes Legales

licèt Nobilis, & dives in aſſiduis librorum evolutionibus vitam impensè degit in convitium illorum, quos *Nazianzenus* increpat *Orat* 20. Non idcircò eruditio contemnenda eſt, quòd ita quibuſdam videatur, quin potiùs ſtulti, atque imperiti habendi ſunt, qui hoc exiſtimant: Qui omnes ſui ſimiles eſſe cupiant, ut privata eorum inſcitia ſub communi deliteat, nec quiſquam ipſorum imperitiam prodat, & coarguat.

Ejuſdem meminere *Syllaborum Authores*, *&* *Breſſianus in Coll.*

LXXXII.

BOnaventura Cremonenſis Ord. Minorum S. Franciſci, Vir doctrina, & vitæ ſanctimonia ſingularis, is eſt, de quo *Haroldus in Epit. Annal. Minorum Vvadinghi anno* 1482. *num.* 11. ſcribit: *Habuit autem Amadæus vitæ ſuæ, & Virtutum haud quaquam ſegnes ſectatores, præſertim Georgium à Valle Camonica, Ægidium à Monte ferrato, Joannem Alemannum, ac Bonaventuram Cremonenſem*: quibus maximè in regimine novellæ Congregationis ſuccedentibus mirum in modum dilatari cæpit &c.

Gaſpar Cremonenſis ex eodem Ord. fuit Commiſſarius Sardiniæ anno 1484 Idem Author num. 30.

LXXXIII.

ANtonius Strata hiſce temporibus floruit Venetiis non abſque literaturæ fama. An autem ſcripſerit aliqua non liquet. Solum enim conſtat ſtudio, ac notis ejuſdem (quibus inter prima Typographiæ cunabula vacabat) prodiiſſe Opera multa, & præcipuè ut vidi

Antonini Archiepiſcopi Florentini ſummulæ confeſſionis 1483.

Georgii Vallæ, *aliorumque Auctorum opera* 1488.

LXXXIII.

JOannes de Stabilibus decretorum Doctor, Civis, & Archidiaconus Firmanus Vicarius Generalis Jacobi Antonii à Turre Ep. Cremonenſis inter noſtros Concives locum obtinet, nam in ſuis ultimis tabulis, cum quibus deceſſit anno 1483. reliquit, ut in publica

Biblio-

Bibliotheca ſui Libri reponerentur, nec non ut ære proprio duo Ludimagiſtri conſtituerentur ad erudiendos adoleſcentes, qui ad Eccleſiaſticum inſtitutum propenſi eſſent. In loco, ubi conſtructa extitit Bibliotheca, *Campo Santo*, nuncupato propè Ædes Majoris Eccleſię, hæc leguntur.

Anno Dom. MCCCCLXXXVII. *die* XX *Maii*

Ad utilitatem publicam exiſtentibus Syndicis, & Maſſariis hujus Sacri Templi DD. Joanne de Summo, Antonio Amidano, & Borſio Cavitello, opus eſt hoc conſtructum à fundamentis.

LXXXIII.

Baptiſta, ſeù Johannes Baptiſta Piaſius Guidini F. Medicus Philoſophus, & Aſtronomus peritiſſimus, nec non Mathematicis diſciplinis apprimè addictus, Præceptores habuit in Logica Nicolinum Cremon. Auguſtinianum, & in univerſa Philoſophia Apollinarem Offredum, quorum nomina ſupra adnotavimus. A Leonello Ferrariæ Principe in Ferrarienſe Phrontiſterium accitus, magna Auditorum frequentia Philoſophiam, & Syderalem ſcientiam docuit. Vir ſanè in omnibus præclariſſimus ſcripſit opera, quidem anecdota,

Apologiam contra Joannem de Monte Regio pro opere *Gherardi Sabloneta Cremon.* ut diximus.

Epiſtolas

Sermones, & alia opuſcula, ut ſcribit *Jac. Philipp. Bergom.* (*In ſupplem. lib.* 16. *ſub annis* 1483. qui fuit ejus Synchronos.

In ſtadio ſuorum annorum ferè nonagenario major cucurrit 1492. Kalend. Februar. ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini ad Sacellum Divi Nicolai Tolentinatis, in quo elegans depoſitum cum effigie marmorea Baptiſtæ præſefert hanc inſcriptionem.

A. L. C. V. M. A. B. T.

Conſumatæ Aſtronomiæ, omniſque doctrinæ, & ſcientiæ lumen Baptiſta Plaſius hìc requieſcit.

Anno MCCCCLXXXXII. *Eliſæus Fil. Pater Patriæ P.*

M. Hieronymus Vida in orat. Act. 2. Tantum Virum ſic laudat. *Jamdudum geſtit mihi animus in his ſtudiis Mathematicis immorando ad Aſtrologiam nos provehere, neque mihi magnoperè eſt neceſſe huc iterùm evocare eoſdem ipſos præclariſſimos Viros Gherardum Sablonetam, & Plaſium, qui apud nos hanc artem ſcriptis luculentiſſimis illuſtrarunt, cum doctiſſimorum hominum, qui hiſtoriam ſcripſere, teſtimoniis, ac prædicatione jam poſiti ſint extrà aleam, neque ullus in hiſce ſtudiis verſatur, qui non utriuſque libros ſibi diligentiſſimè legendos, ac prædiſcendos neceſſariò arbitretur.*

Pius II. Pont. undequaque Max. de hoc celeberrimo Scriptore memoriam habet in Libro hiſt. ubi de Europa Cap. 50 narrando mortem Franciſci Foſcari Venetiarum Ducis, cujus abrogationem Piaſius prædixerat

Mar-

Marcus Coccius Sabellicus lib. 6. Enn. 10.
Franciſcus Philelphus lib. 12. *Epiſt. Epiſt.* 74. *ad Hierony. Caſtellum.*
Marcus Guazzus in Chron. narrat ſcripſiſſe multa opera
Alexander Lamus in Somnio Cent. 3.
Antonius Campus hiſt. lib. 3. *ubi de Alvaro Plaſio ſtrenuo Militum Duce*

Cavitellus in Annalibus perperam tamen refert ejus obitum ad annum 1497.

Ex Tabulis Piaſini de Piaſiis anni 1489. ſcatet ejus Nepotes celebrati Eliſæi Filios fuiſſe Guidinum Can: decanum Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ, Joannem Franciſcum, & Hieronymum.

LXXXIV.

Aſcanius Maria Sfortia Franciſci Ducis Mediolani, ac Cremonæ Domini F. natus die 23. Martii 1455. ex Blanca Maria Vicecomite Cremonæ tunc commorante, ut Ædes Monialium Ord. Divi Auguſtini de obſervantia à fundamentis erigeret, literas grammaticales, & humaniores ſub Bartholomæo Petronio Cremon. Inſigni Rhetore percepit, majoribus quidem ſtudiis imbutus, dum Romæ verſaretur ætate annorum undetriginta die 27. Martii anni 1484 à Summo Pont. Sixto IV. S. R. E. Diaconus Card. tit. SS. Viti, & Modeſti in Macello declaratur, Quamobrem Cremonenſes ſolemniſſima pompa maximam cordis lætitiam publicè inſinuarunt. Quantum verò Princeps ille Concives ſuos præ cæteris diligeret, arguitur, quum prædefuncto Jacobo Antonio à Turre Ep. Cremonæ, Papiæ Epiſcopatu dimiſſo, Cremonenſem Eccleſiam ab Innocentio VIII. obtentam cupierit adminiſtrare, Annis 1485. Fuit etiam Piſaurenſis Antiſtes, Bononiæ Apoſtolicus de latere legatus, & demùm ab Alexandro VI. annis 1492. Vicecancellarius conſtitutus. Poſt varios orbis eventus, quibus ſuccubuit, ut eorum temporum hiſtoriæ loquuntur, anno 1505. Romæ dum Gallis bella movere, pro recuperando Fratri Mediolani dominio parabat non abſque veneni propinati ſuſpicione tollitur ab humanis, & ſepelitur in Eccleſia S. Mariæ de Populo à Julio II. Pont. Max. Tanto Cardinali conſtructo honorificè marmoreo Sepulchro, & eidem in Epiſcopatu ſubſtituto Galeotto Franciotto de Rupere S. R. E. Card. ejus Pont. ex Sorore Nepote. Ponderatione porrò dignum hìc ſubiicitur Epitaphium ejus depoſito inſcriptum.

D. O. M.

Aſcanio Mariæ Sfortiæ Vicecomiti Franciſci Sfortiæ
Inſubr. Ducis F. Card. S. R. E. Vicecancellario
In ſecundis rebus moderato, in adverſis Summo Viro
Vixit Ann. L. Menſ. II. D. XXV.

Julius

Julius II. Pont. Max Virtutum memor, honeſtiſſimarum contentionum obli. tus Sacello à fundament. erecto Poſuit

M.DV.

Innumeri de hoc Cardinali Auctores loquuntur, quos tamen omittam, & nobis ſufficiat adducere *Franciſcum Zavam*, qui Aſcanium Cremonæ natum fatetur ſuis carminibus *Tom.* 2. *Cremonæ excuſis ap. Chriſtophorum Draconium* 1585., & ſingillatim in Panegyri Nicolao Sfondrato dicta S. R. E. Card. creato 1584 ubi.

Tempore deficiar, ſi quos hæc Patria alumnos
Purpureos genuit, connumerare velim.
Unus erit mihi pro cunctis, quem ſuggerit alma
Calliope, ſancti fida miniſtra chori.
Ecce Cremonenſi *feliciter* ortus in arce
Aſcanius Magno, Sfortia Patre ſatus.
Aſcanius Tyrio digne conſpectus in oſtro
In Patria hac ſi qua eſt gloria, natus adeſt.
Hic ubi jampridem certos, animoque manendi
Decrerat genitor ritè fovere lares
Nam fundus dotalis erat, ne fortè receſſum
Obiicias, Patria hìc certa, domuſque fuit
Sfortiadæ magno hæc ſedes certiſſima, & illum
Nunquam hujus Patriæ penituiſſe liquet &c.

Hìc etiam ſubnectam Epiſtolam Urbis Cremonenſis ad eundem Cardinalem *ex regeſtis Archivii ſignatis L. annorum* 1484. 85. 86. deprompcam, in qua ex Patria noſtra fuiſſe confirmatur.

Reverendiſſime in Chriſto P., & Illuſtriſſime D. Noſter Obſervantiſſime, Præſul Optime.

S*Umma animi jucunditate his proximis actis diebus audivimus, te per S. P. Divina accedente gratia, & Illuſtriſſimi Principis noſtri conſenſu Nobis Epiſcopali Sede Vacante, ipſius noſtræ Eccleſiæ perpetuum Adminiſtratorem fuiſſe deſignatum; Quamobrem ineffabile dictu eſt, quàm ſingulari lætitia, & jubilatione omnis hic Populus, Noſque omnes repleti fuerimus, præſertim dum mente revoluimus quanta dilectione habeamur ab illis quond. fel. record. Divis Principibus Parentibus tuis, quorum memoriam, dum vita nobis comes erit, ſemper tenebimus, poſteritatique noſtræ in æternum relinquemus; quoniam ab ipſis dilecti, & veluti oculi pupilla aſſiduè conſervati fuimus, & ſic Nobis perſuadendum, immò certum tenemus Te tanquam ramum fructuoſum ex tàm dulci, & amena arbore derivatum, nobis in amore minimè diſſimilem futurum, & non minori ſapore coreſponſurum; Digna tamen res eſt, & in corpore juris reperitur, filium paternæ hæreditatis dominum, deficiente Patre, hæreditatem juremeritò poſſidere, & profectò ad hæc S. P., ac Illuſtriſſimus D. Noſter Dux rectè conſiderantes te Paſtorem, ac Patriæ tuæ Gubernatorem, ac animarum noſtrarum, & hujus Eccleſiæ Adminiſtra-*

niſtratorem juſta ſententia pronunciarunt. Nullus quippè aderat, ad quem hæc omnia jura præter te legitimè pertinerent, & à quo nos diligentiùs cuſtodiri, rectiùs gubernari, ſanctiuſque, ac uberiùs cæleſti rore depaſci poſſemus. Accedunt etiam ad noſtræ conſolationis argumentum inenarrabiles virtutes tuæ, maximèque animi tui dotes, quibus inſignitus es, ut Rectores Romanæ Eccleſiæ principales (pace ipſorum loquamur) antecellas, quos ſi recenſere ſingulariter voluerimus, unde exordium ſumere neceſſe ſit ignoramus. Et quia ipſarum bonus odor, ac ſplendor, nedum per Curiam Romanam, verùm etiam per omnes Italiæ partes redolet, & corruſcat, non laborioſum nobis duximus eas declarare, ne aliquando minori elegantia, minuſque apto, quàm deceret eloquio ex noſtra imbecillitate eas recitare contingeret, ſed cum tales ſint, ex quibus nobis planè perſuadere poſſimus à prælibata Rev.ma, & Illuſtr ma Dominatione tua nihil niſi honeſtum, & æquum accepturos, Eccleſiam quoque noſtram prælibatæ Dominationis tuæ ductu optimum regimen, maximumq; incrementum ſuſcepturam, & indefeſſum propugnatorem, ut opus fuerit, habituram ſperamus, quod vel hoc unico prælibata Rev.ma, & Illuſtr ma Dominatio tua comprobavit argumento, ſcilicet magno teneri deſiderio res hujus ſuæ Eccleſię, Oveſque ſibi commiſſas per ſemitas Domini dirigi, etiam nobis omnibus, univerſoque huic Populo morem gerendo Sponſę ſuę optimum Gubernatorem deſignaverit venerabilem ſcilicet, & eximium J. U. Interpretem D. Johannem de Stabilibus, quem in Vicarium Generalem confirmavit, & denuò conſtituit, cujus Viri vita, integritas, morum excellentia, doctrina, ac modeſtia apud nos approbatę ſunt, & in hoc pręfatæ Dominationi tuę infinitas gratias agimus. Hoc unum etiam te non lateat, quòd nos pręfatæ Rev.mæ, & Illuſtr.mæ Dominationi tuę filios obſervantiſſimos habebis, & cognoſces, quos tua in loquendo modeſtia, in ignoſcendo clementia, & judicando ſapientia poterit quò voluerit impellere, atque deducere. Aliud eſt, quod omnem hanc Civitatem ſumma, & incredibili conſolatione repleret, & ſi fas eſſet, maxima cum inſtantia expeteremus, ſcilicet ut ſi nùc veniendi facultas ſe offerret, quàm citiſſimè venires, tuamque Eccleſiam, & Civitatem inclytam videres, & corda omnia mutuo gaudio coram te perfrui. Reliquum eſt, quod efficaciſſimè à te depoſcimus, ut apud ſummum Pontificem impetrare coneris, ut de ſacroſancto Romanę Eccleſię Theſauro opera tua participes efficiamur, videlicet quòd quibuſcunque verè pęnitentibus, ac confeſſis, & corde contritis, hujuſmodi tuam Eccleſiam ſingulis annis viſitantibus, manuſque adjutrices porrigentibus, à primis veſperis feſti Aſſumptionis B. M. V. uſque ad alias ſecundas veſperas immediatè ſequentes, omnium peccatorum ſuorum plenariam Indulgentiam perpetuis temporibus duraturam, de Benignitate Apoſtolica largiatur. Faciet enim in hoc præfata Rev ma, & Illuſtr.ma D. tua rem nobis, & toti Populo Cremonenſi gratiſſimam nunquam de noſtra, poſteritatiſque noſtræ memoria exceſſuram, ac Omnipotenti Deo in primis laudabilem, & acceptiſſimam, quem enixè rogamus, & obſecramus, ut prælibatæ Dominationi tuæ longos dies, fæliceſque ſucceſſus præſtare, noſque omnes in

gratia

gratia præfatæ tuæ D. conſervare dignetur. Vale Sydus Italiæ, & totius Rom. Eccl. ornamentum, & decus, Cremonenſeſque tuos benigno favore proſequere. Dat. Cremonæ die 22. Septembris 1486.

Rev.mæ, & Illuſtr.mæ D. tuæ Filii Obſequentiſſimi Canonici, & Capitulum Majoris Eccleſiæ Cremonæ, nec non Præſides negotiis dictæ Civitatis, totuſque Populus Cremonenſis.

A tergo. Rev.mo in Chriſto Patri, & Ill.mo D. D. Aſcanio Mariæ Vicecomiti tituli S. Viti Diacono Cardinali, ac Bononienſi Legato, nec non Eccleſiæ Cremonenſis Adminiſtratori perpetuo D. N. Obſ.mo.

Quare Aſcanius Maria è Ticinenſi Epiſcopatu ad Eccleſiam Cremonenſem convolaverit, non invenimus apud recentiſſimum Authorem Flaviæ Papiæ ſacræ, qui cum Patriæ ſuæ præcipuas laudes, ab eruditiſſimi Viri Petri Herculis de Bellois Bononienſis carminibus deſumat, conſultò duximus hìc etiam ab exemplari ſuo diſtichon exſcribere per eumdem de Bellois compoſitum, & nobis humaniſſimè tranſmiſſum

De Cremona, & Papia

opinionem ſuam ſic exprimebat Petrus Hercules de Bellois J.U.D. Bononienſis inter Faticoſos l'Infaticabile.

Tantum Ticinum diſtabit ab Urbe Cremonæ,
Quantum Ticino diſtat ab amne Padus.

Cremonæ peregrino pede
Quarto Idus Quintiles
MDCCI.

LXXXIV.

LEonardus Botta Johannis Filius, Vir maxima doctrina, ſolertia, & Judicio in graviſſimis cauſis expediendis, primùm à ſecretis Alphonſi Calabriæ Ducis, Conſiliarius exinde intimus, ac inter Aulæ Ducalis Summates Johannis Galeatii Sfortiæ Mediol. Ducis, à quo Equeſtri, ac Feudali dignitate donatus, quum ad Sum. Pont. Sixtum IV. Legatus perexiſſet unà cum Branda Caſtillionæo Comenſium Ep. ac Antonio Triultio Prot. Apoſtolico, poſtmodum S. R. E. Card., ampliſſima facultate iiſdem demandata proponendi, tractandi, & concludendi pro pace Italiæ inferenda quicquid ipſis expedire videretur Anno 1513 in fata conceſſit.

De eodem ſic cecinit *Georgius Anſelmus Nepos Parmenſis*, ejus Gener, *in Epigr. lib.* 4.

Botta opibus, natis, & equeſtri auro, & genere, & vi
It dicendi æquo cum Cicerone gradu.
Tot neque ſpes illum ſæclis fruſtatur, & hirquis
Nequicquam vindex ſurda notat nemeſis.
Si quæras unde hoc? quia nulla ſuperbia Bottæ eſt,
Et ſperat, niſi ſit faſque piumque nihil.

Eundem meminit *Bordigallus in Epitaphiis*

Laudatur itidem *ab Antonio Campo hiſt. lib.* 3. *ad annum* 1480. *à Cavitello* Vir eximiæ doctrinæ vocatur *in Annal. anno* 1484. & ſanè à *Cajetano in poematiis M. S.* dignis laudibus elevatur.

In Ædibus Divo Homobono Sacris Leonardi humantur oſſa in Sepulchro hac Epigraphe obſignato.

Sarcophagum hunc Bottorum Veteres M. C. P. Leonardus Botta Com., & Eques Auratus MDIX. Poſteris inſtauravit.

LXXXV.

JUſtinianus Cavitellus Nicolai J. C. Filius ex Guiduccia della Cella Propatruus Ludovici Cavitelli Cremon. Hiſtoriographi magni nominis J C, & Eques, in pretio habitus fuit ab Hunniade Pannoniæ Rege, Hungarici Senatus Præſes conſtitutus, obiit anno 1485. apud Belgradum in Pannonia inferiori, ubi ſepultus eſt.

Cavitellus Annal. anno prædicto.

LXXXV.

HIeronymus Pallavicinus clariſſimis Avorum imaginibus illuſtriſſimus, Caroli Ep. Laudenſis, de quo tractavimus, emeritus Nepos, omnes virtutes, ac diſciplinas animo complexus. Romam delatus Sixto IV. Pont. Regnante præclaris in muniis ſe verum Heroem portendere non deſtitit. Demùm Novarienſis Epiſcopus renunciatus, ſedente Joanne VIII. annos undeviginti, ſuarumque virtutum nitoribus illas infulas illuſtriores reddit, Gallorumq; curis preſſus ad ſuperos concedit

De eodem latè *Carolus à Baſilica Petri de Eccleſ. Novar.*

Breſſianus in Roſ., & Viol.

LXXXV.

GHerardus, ſuppreſſo cognomento more Religioſo, à Cremona appellatus S. Auguſtini ex Heremitanis S. T. D. Inſignis, & Verbi Dei Præco facundiſſimus habetur. In Bibliotheca Conv. Auguſtin. Cremonæ vidi inter M. S. ejus Librum inſcriptum.

Sermones Prædicabiles Dominicales, & Feſtivi per totum annum

P. Elſſius in Encom. Auguſt. ſcribit hujus Gherardi opera, Almanſorem Abulteri Filii Zachariæ translatum eſſe de Arabico in latinum ſermonem.

Antonius Poſſevinus App. Sacr. Tom. 2. *in App.*, & *Tomo* 3. ubi de Bibliotheca Auguſtiniana, at videat Lector quæ dixi in fine de Gherardo Cremon. Med. anno 1450.

De Herrera litt. G. de Scripto. Auguſt.

Torrellus in Sæcul. Auguſt. tom 5. *ſub anno* 1135.

Hoc anno 1485. Cremonæ initium habuit Typographia, ut eruitur ex Gallico libro Pariſiis excuſo anno 1689. *penès Joannem de la Caille, cui tit. Hiſtorie de l'Imprimerie;* Verùm ex libris primo hiſce temporibus Cremonæ typis demandatis non vidi niſi opuſculum

Dionis

Dionis Chryſoſtomi Pruſcenſis Philoſophi ad Ilienſes Ilii captivitatum non fuiſſe, traductum per Franciſcum Philelphum Cremonæ 1492. 11. Kal. Auguſti in 4.

Intereà cum de hoc Philelpho ſermo ſit, iterùm calamum duco ad obiurgandum ejus nimiam temeritatem, cum maligniſſimè in ſuis Carminibus de Cremona loquatur; Et ut cætera omittam, quæ profert in *Thalia carm.* v. *&* *carm.* vii., apponam hìc diſtichon in carm. vi.

> Nunc me *cum totis laribus nebuloſa Cremona*
> *Excipit, & Phœbum Caſtalidumque chorum.*

Cui ſic affatur Petrus Abbas Cannetus Mon. Camald. Amicus meus eruditiſs. in ſuis epiſtolis mihi tranſmiſſis die 15. Martii 1693 *Quid ad hæc, mi Ariſi? quid ad petulantiam hominis minimè ferendam, qui Muſas omnes, totumque Parnaſſum ſecum ſe vehere gloriatur? Qua verò de cauſa nebuloſam dicat Cremonam planè mihi non conſtat. Ipſe quidem Nebulo eſt, cui pariter ego & aliquid ſubderem, niſi crimen eſſet ſævire contrà mortuum, nec ſufficerent quæ de ipſo ſcribit Gyraldus dialog. 1. de Poet. ſui temporis. Longè plus Carolo Aretino, cui valdè infenſus fuit Franciſcus Philelphus præſtitiſſet, ſi in uno, aut altero ſcribendi genere maturare, quàm ſibi tantum arrogare maluiſſet.* Parcat Lector, ſi & ego aliquid ſubdo ad convincendum Philelphum de ingrato animo, de mendacio, deque aliis in meam Patriam prolatis. Nam in Epiſtolis brevioribus ejuſdem, quæ typis editæ circumferuntur, hæc habentur *Matthæo Piſaurenſi Ædil. curuli exarata.*

Quod ſcire cupis, quàm me humanè, & liberaliter Cremonenſes exceperint, accipies paucis. Me advenientem Univerſa Civitas, & vidit, & honoravit egregiè, ſed ubi accidit, ut mercenaria quædam mea ſerva peſtilentiali morbo capta, vitam ſubitò deſeruerit, tumultus ingens in Urbe adversùs me exortus eſt, quem plebea inſania concitaverat, nam qui Viri Nobiles, atque boni eam Urbem inhabitant, nihil hujuſmodi non modò non fecerunt, ſed ne tentaverunt quidem &c. ex Cremona rure ſuburbano xvii. *Kal. Octobris* 1451.

Cur igitur audet pro morte illius Vernulæ ſævire in Urbem Cremonenſem. At de his reponatur calamus.

LXXXV.

PEtrus Paulus Crottus Boni, ſeù melius Homoboni, Filius ingenio commendabilis, in liberalibus diſciplinis addiſcendis temporibus Sixti IV. P. M. Romæ vixit inter Sedis Apoſtolicæ Acolythos numerarios, aliiſque dignitatibus præſtans, ex Canonicis Eccleſiarum Majorum Cremonæ, & Bononiæ demùm Tridenti Archidiaconus, ubi traditur obiiſſe magna nominis memoria relicta, quum multa opera ſcripſiſſet malo quidem fato deperdita, vel ad nos non delata, laudabili quippè diligentia *J. C. Lazari Augu-*

ſtini Cottæ à me plerunque celebrati ejuſdem Crotti compertum habui hoc opuſculum proſtans inter *M. S. Biblioth. Ambroſ. Mediol. lit. P. num.* 151. *in fol. pag.* 360. hoc titulo

Pauli de Crottis Cremonenſis Præfecti Domus, & Secretarii Card Triaſonenſis. Oratio funebris ad eundem Card. habit. anno 1478.

Iſte Cardinalis Triaſonenſis erat Petrus de Ferricis Hiſpanus. *Breſſianus in Roſ. & Viol.*

LXXXV.

ALbertus de Capitaneis Archidiaconus Eccleſiæ Majoris in Patria, digniſque Eccleſiaſticis muniis Romæ cognitus, præter alia compoſuit

Hæreticorum Valdenſium, & Albigenſium Hiſtoriam

Hoc Opus M. S. fuiſse ann. 1618. ad manus Illuſtriſſimi Philippi de Archintis Mediol Patritii Epiſcopi Novocomenſis affirmat.

Joſeph Breſſianus in Roſ. & Viol.

Aubertus Miræus in ſuo Auctario de Script Eccleſ. cap 504. ſcribit. Alberti Catanei Cremon. Archid. Reges uſque ad Ludovicum XII. extant M. S. apud Quercetavum. Hunc nominatum Cataneum reor eſſe eundem cum recenſito Capitaneo procul dubio.

Nomen Emeritiſſimi Præſulis Novocomenſis non ſinit me progredi, niſi priùs Nobiliſſimo Comiti, ac Regio Senatori Philippo de Archintis mei cordis obſequia commemorem. Hic ille eſt inter omnes totius Inſubriæ Proceres ſapientia Princeps, avita nobilitate nemini ſecundus, in quo ingenium, eruditio, rerum uſus, ac omnia ſumma, ſerie, duntaxat, intacta perſpiciuntur. Hic ille eſt, qui cum regeret Senatoriam Cremonæ Præturam, eo ſemel abſente, ut ipſius ego vices gererem, præcepit. Proindè jugiter mente recolo, ſumma Tanti Viri in me beneficia, verùm cum nullam partem ipſius in me meritorum in referenda gratiarum actione conſequi valeam, hìc licèt calamo ſubſiſtam, animo tamen acquieſcere non poſſum.

LXXXV.

STephanus de Aliis ex Ordine Humiliatorum, divina, atque humana præcellens literatura libros explicuit.

De Hoſpitalitate Tract. I.

De Horis Canonicis Tract. I.

Idem Breſſ. in Virt Rav.

de hac Aliorum familia plura dicemus in tertio Volum.

Ottolinus Ponzonus

Marſilius Fondulus, &

Nicolaus Stanga, dum eſſent hoc anno Cathedralis Eccleſiæ Fabricæ

Præ-

Præfecti, edi curarunt librum ad ſacra amburbialia peragenda inſcriptum

Proceſſionale

manuſcriptum perbelle à Johanne Paulo de Fodris. Servatur in Choro dictæ Majoris Eccleſiæ, ad calcem hæc adnotatio legentibus occurrit. MCCCCLXXXV. Librum hunc Proceſſionalem fieri fecerunt, expenſis Fabricæ Majoris Eccleſiæ Cremonæ, Nobiles Viri D. D. Ottolinus de Ponzonibus, Marſilius Fondulus, & Nicolaus Stanga dictæ Fabricæ Maſſarii, ſcriptum, notatum, & miniatum per Johannem Paulum de Fodris Civem, & Scriptorem Cremonenſem.

LXXXVI.

FRanciſcus Corbanus Presbyter ſæcularis, vir præter alios venerandus, auctoritateque antiqua præditus, dum in Urbe degit, habuit inter principes Amicos Bartholomæum Platinam. Evulgavit librum *de Civibus Cremonenſibus, qui Romæ honores, & dignitates indepti fuere.*

Breſſian. confirmat enarratum opus penès Canonicum Lugdunenſem extitiſſe, cujus quidem ex archetypo unum recepit exemplar, illoque ſe fuiſſe uſum in textura Codicis, inſcripti *Roſæ, & Violæ* ſæpiſſimè allegati.

LXXXVI.

LUcas Roccius Ordinis Heremitarum S. Auguſtini Placentiæ, Theologica præcinctus Laurea, Vir ſcientia cautus, & lingua diſertus tractavit

De Obedientia Filiali.
De Amore erga Proximum.
De Amore erga Deum.

Item plura concionatoriæ Supellectilis reliquit.

Breſſian. in Virt. Rav.

LXXXVI.

ARie Lando, ſivè Rabbi Judas Lando, ſecundum quod refert Plantavicius in ſua Bibliotheca num. 14. ſcripſit librum *Agur Collectionis*, & ait, hunc eſſe librum legalem de Hebræorum ritibus fusè tractantem, excuſum Soncinnæ; & addit: *Fateor autem ingenuè me neſcire, ubi ſit iſta Soncinna, niſi ſit forte Oppidulum illud Coloniæ ditionis Telonio notum, quod Suns vulgò nuncupatur.* Miror ſanè Plantavicium Virum in Rabbinicis, ut mihi perſuaſum ſemper fuit, non mediocriter verſatum, non animadvertiſſe in variis, & multiplicibus editionibus librorum Hebræorum, ſatis, ſuperq; conſtare de Oppido Soncini, præſertim in libro *Marrim Rabbi Joſephi* albo editionis prædicti Soncini, Anni Chriſti 1486., ubi dicitur, Soncinum eſſe in Lombardia ſub Mediolanenſium Ducum

cum ditione. Soncinum itaque, quod Plantavicius *Soncinnam* vocat, eſt Oppidum in Italia, in Provincia Lombardiæ inter Cremonam, & Brixiam, propè Olii. fluminis dexteram ad Orientem Urbis Mediolani, ſpectans ad Marchionatum Dñrum de Stampa. Porrò Soncinum Oppidum diù ſub Mediolanenſium Ducum Imperio fuit; Indè ad Gallorum Regis dominatum tranſivit, poſteà Venetorum Reipublicæ aliquandiù paruit. Demùm armis ſubjecta Mediolanenſium ditione à Carolo V. Imperatore, ab eodem titulo Marchionatus nobilitatum, Maximiliano Stampæ Patritio Mediolanenſi, ob præclara ab eo, tempore belli anno 1535. patrata facinora conceſſum eſt. Ex hoc igitur Oppido primò prodierunt in Italia Impreſſores librorum Hebræorum, ex Judæis; qui quidem etſi ex Moſe Spirenſi Germano traxerint originem, voluerunt tamen ex Soncinno cognominari *Soncinnates*, ſivè etiam ex *Soncini Familia*. Teſtis eſt Rabbi Ghedalia Aben Jachya in Scialſcel hahabalà pag. 62. ubi ait: *In hac generatione, ideſt circà annum Mundi* 240. *min. ſupput. Chriſti* 1480. *floruerunt viri de Familia Soncini, qui plures annos perdurarunt, & quamplurimos libros hebræos impreſſerunt, maxima utilitate totius Iſraelis.* Vidi etiam in præfatione libri *Michlol* editionis Conſtantinopolitanæ, ubi ſcriptum extabat: *Ego Gerſon Soncinnas Filius Sapientis Rabbini Moſis filii Sapientis, & Excellentis Rabbi Iſraelis Nathan, filii Samuelis, filii Rabbi Moſis. Hæc eſt quinta generatio ad Rabbi Moſen de Spira, cujus mentio fit in Toſaphoot.* Et in fine libri editionis antiquæ in 4. legitur: *Exaudivit Joſue Princeps, & Dux Filius glorioſæ excellentis Rabbi Iſraelis Nathan de Soncino.* Indè colligitur, quòd Rabbi Iſrael Nathan plures filios habuerit impreſſores, Rabbi Moſen, & Rabbi Joſue, iſte enim Soncini imprimi curavit *Miachan, happeninim*, anno Mundi 244 min. ſupput. Chriſti 1484., ut in ultima linea illius paginæ videre eſt. In Codice Sacrorum Bibliorum, quem penès me habeo in folio impreſſum Soncini anno Mundi 248. minor ſupput. Chriſti 1488 per eundem Rabbi Joſue filium Rabbi Iſrael Nathan, idem Rabbi Joſue vocatur, *Rabbi Joſue Salomon filius Iſraelis Nathan.*

Sed ne aliquis dicere poſſit, nunquam Soncini artem impreſſoriam Librorum hebraicorum extitiſſe, ſed quando dicitur *Vir Soncini*, non intelligi, quòd ille liber in Oppido Soncini ſit excuſus, ſed quòd Typographus extiterit de Familia *Soncini*.

Reſpondeo, quamvis verum ſit, hos Judæos Impreſſores librorum originem duxiſſe ex Oppido Soncini, ideoque Soncinates viros cognominatos fuiſſe, verum etiam fuit eandem artem chalcographicam in eodem Soncini Oppido primò exercuiſſe, & exindè in alias Italiæ, & etiam Orientis partes illam aſportaſſe. Hujus rei tot teſtes adhiberi poſſunt, quot Codices impreſſi cernuntur apud Soncinum in Lombardia, ſub dominio Mediolanenſium Ducum, ut legitur in libro Joſephi Albo mox citato, & alibi paſſim. Nonnulli

nulli hujus familiæ Impreſſores artem hanc Typographicam Brixiam, poſteà Bononiam, deindè Ariminum, Piſaurum, & Fanum Fortunæ tranſtulerunt. Quibus in locis illam quamdiligentiſſimè exercuerunt, non tamen multum curarunt apponere nomen proprium, ſed plerumque libros à ſe impreſſos ſolo cognomine, ſcilicet *Soncino Viri Soncinnatis*, vel *mi Bene Soncino*, *ex filiis*, *ſeù hæredibus Soncini* indicarunt; Aliquando nomen, & cognomen appoſuerunt, ſed locum, & annum editi libri neglexerunt. Sic in prima facie libri Maſcial Hahdmoni intra imaginem inſcriptum: *Turris fortitudinis Verbum Domini*, legitur: *Gherſcion Typographus filius Sapientis illius Moſis, memoria ejus ſit in benedictione ſemen Iſraelis, Vir Soncinas*. Nonnunquam nomen Impreſſoris reticuerunt, ſicut & annum, & locum impreſſionis, indicato tantum nomine Familiæ Soncinatis, & Principis, ſub cujus ditione liber impreſſus eſt, ut videre eſt in frontiſpicio libri *Agur*, ubi habetur: *Excuſus ſecundò, & correctus per manum minoris inter Impreſſores, & minimi inter diſcipulos ex filiis Soncinatibus, anno 3. D. N. Papæ Clementis ſeptimi. Dominus, qui Benedictus ſit, vivere eum faciat, & adimpleat petitiones cordis ſui, & deſiderium ejus. Amen*. Hinc facilè colligi poteſt annus, & locus impreſſionis, nam tertius Annus Pontificatus Clementis VII. incidit in annum Domini 1525. Et quia Impreſſores Soncinnates in Statu Eccleſiaſtico primò Typographicam artem exercuerunt Bononiæ, veroſimile eſt, hunc librum illic impreſſum fuiſſe, aut ſaltem in alio loco Summo Pontifici ſubjecto, ubi Soncinnates eandem impreſſoriam artem exercebant. Aliquando indicaverunt nomen, cognomen, & locum impreſſionis, ſed annum non notarunt. Sic in fine libri *Coltò* legitur; *Perfectus fuit* (hic liber) *per manum minimi Impreſſoris ex filiis Soncinnatum, & ipſe eſt Gerſon* (Peregrinus ibi) *Arimini*. Perſæpe nomen Soncini, ubi impreſſus fuerat liber, appoſuerunt, notatis etiam nominibus menſis, & anni impreſſionis, ſed nulla alia facta mentione nominis, neque cognominis Impreſſorum, ut in fine libri *Bechinathôlam*, ubi habetur: *Hic Soncini* 24. (die) *Chisleu Novembris* (anno Chriſti 1485.) Aliquando tandem clarè, & per extenſum appoſuerunt nomen Libri, Impreſſoris, Cognominis, loci impreſſionis, diei, hebdomadæ, menſis, & anni, ut videre eſt in fine libri *Mechabberoth Rabbi Immanuelis*. ibi enim legitur: *Completum eſt omne opus, opus iſtius libri vocati Mechabberoth Immanuel per manum exigui Impreſſoris Gerſon Typographi filii Sapientis Rabbini Moyſis* (*memoria Juſti ſit in benedictione*) *ſeminis Iſraelis Viri Soncinatis; Fuitque perfectum hìc Brixiæ, quæ eſt ſub dominio Reipub. Venetæ, hodie die* 2. *Sabbathi* (feria 2.) 26. Menſis Marcheſcuar Octobris) *anno* 5252. *à Creatione Mùndi*, ideſt Chriſti 1492. in 4. Iſte Rabbi Gerſon filius Moſis, Conſtantinopoli poſteà Typographicam aperuit domum, & ad annum uſque duodecimum Regni Solimani pervenit, hoc eſt ad annum Chriſti 1530. Et eo anno invenitur

nitur excuſus liber *Michlol*, ut ex fronte ipſius manifeſtè apparet. Sed à quo digreſſi ſumus, ad Plantavicium revertamur? Is librum *Agur* cuidam *Rabbi Ariè Lando* attribuit. Et quia Buxtorfius in ſua Bibliotheca Rabbinica primæ æditionis de libro *Agur* dixerat: Author ejus Rabbi Jacob Landau Plantavicius in ſua num. 14. de eodem libro agens dicit: Buxtorfio ſolus libri titulus notus, immò in Authoris nomine lapſus eſt, ego, utpotè veritatis amator, quid de hoc libro ſentiam, in medium proferam. Et primò dicam, Buxtorfium hunc librum non vidiſſe pro certo habeo: quia in ſecunda editione Bibliothecæ in eodem libro *Agur* hæc, quæ ſequuntur, addita ſunt à Johanne Buxtorfii filio: *In uno Catalogo dicitur eſſe liber Rituum, & deciſionum juris. Alius ſcribit eſſe Elementale Grammaticum. Fortè diverſi ſunt ejuſdem nominis.* Ergo Buxtorfius Pater hunc librum non vidit, & Buxtorfius filius ea verba addidit ex diverſis catalogis librorum ad ſe tranſmiſſis; undè nec ipſe librum *Agur* unquam habuit, aut vidit. At ego, quia apud me habeo prædictum librum *Agur*, cujus Author eſt Rabbi Jacob Lando, & tractat *de Ritibus, & deciſionibus dubiorum ex iis emergentibus*, dicendum eſt fideliter fuiſſe à Buxtorfio Patre adſcriptum Rabbi Jacobo Lando. Et quia Plantavicius ait, excuſum fuiſſe Soncinæ, ſuſpicor eundem librum ad manus Plantavicii non perveniſſe, ſed illius notitiam ex aliquo mendoſo Catalogo habuiſſe, quia in exemplari, quod apud me reperitur, non Soncini dicitur excuſus, ſed *Mi benè Soncino*, à filiis, ſeù hæredibus Soncinorum, loco, & anno non notatis. Unde dubitandum non eſt, fuiſſe hujus libri Authorem *Rabbi Jacobum Ben Judæ Lando. Judæ* nomen vulgaritèr Hebræi vocant *Leonem*, ſeù *Arie*, ne exoſi habeantur à Chriſtianis, qui hoc nomen *Juda* valdè abhorrent. Hinc forſan ſcriptum reperit Plantavicius *Leonem* pro *Juda*, & *Arie* pro *Leone* Authorem hujus libri ſuſcepit. Non errat tamen, quando dicit, quòd ſit *liber legalis de Hebræorum ritibus fusè tractans*. Excuſus etiam fuit, ut audio, Venetiis apud Marcum Antonium Juſtinianum anno Mundi 306. Chriſti verò 1546. Hactenùs D. Julius Bartoloccius de Celleno Congr. S. Bernardi Reformatæ Ord. Ciſtercienſis in ſua Bibliot. Magna Rabbinica part. 1. fol. 431. num. marginali 302. Ex quibus omnibus luce clarius apparet Ariè Lando, ſeù Rabbi Judam Lando, ſivè poſtea Patria ſit Soncinas, ſivè ex Familia Soncinorum, Soncini tamen cultricè, fuiſſe verè Cremonenſem, & edidiſſe librum Hebraicum *Agur* ideſt legalem de Hebręorum ritibus, & deciſionibus dubiorum ex eis emanantibus. Idem Author proſequitur.

Rabbi Aſcer ex familia Soncinatum, de quibus ſupra, artem impreſſoriam exercebat in Fano Fortunæ, & ab eo multi libri hebraici ſunt excuſi, ex animadverſione *Caroli Joſephi Imbonati Congregationis S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Monachi in ſua Bibliotheca Latino-Hebraica*, *pag.* 425. in qua ejuſdem Commentaria ſcripturalia cum magna commendatione recenſet.

Rabbi David *Pizzichettone*, ita forſan nuncupatus, quia in Oppido Picileone (vulgò Pizzichettone) ponè Abduam fluvium in illa parte Agri Cremonenſis, cum Arce munitiſſima ædificato, natus ſit, vel indè originem duxit. Solent enim Hebræi ex locis, undè Majores ſui egreſſi ſunt, vel ubi diù habitaverunt, cognominari. Fuit hic Author Medicus non vulgaris, ſcripſitque Tractatum de Medicina, qui calamo ſcriptus in Bibliotheca Vaticana invenitur. Hujus meminit *Scialſcelet hakkabalà pag.* 64. non longè à principio. Idem *Bartoloccius parte ſecunda fol.* 278.

Rabbi David Pizzichettone, ita forſan nuncupatus, quia in Oppido Picileone, vulgò Pizzichettone ponè Abduam fluvium cum arce munitiſſima ædificato natus ſit David, Librum Laudis Davidis emiſit. Tractat *de Articulis fidei Judæorum. Editus Conſtantinopoli*, ibi magni fit à Judæis. Ex *Buxtorfio in appendice ad Bibliothecam Rabinicam pag.* 470.

LXXXVI.

LUcas Johannes de Clerico filius Bartholomæi, inter Doctores alienigenas Bononiæ legentes computatur ab *Alidoſio in libro de Doctoribus exteris*, & dicit extare ejus Tabulas Teſtamentarias anni 1486.

LXXXVI.

JOhannes Chriſtophorus Tinctus Franciſci Filius, Romæ diù verſatus maximè valuit in promerendis ſibi Innocentii VIII. Summ. Pontif. ſtudiis, iccircò poſt munia ſingularia in Urbe obita ab eodem Parmæ Epiſcopus declaratus eſt; verùm ſedem contendens Mutinæ morte præreptus ibi defoſſus extitit.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3. ſcribit tanti Præſulis mortem, non abſque propinati veneni ſuſpicione ſecutam, ne ad Epiſcopatum perveniret, hac fortaſſe de cauſa non memoratur *ab Ughello* inter Parmenſes Antiſtites, quia inter eos non ſedit.

Circa ea tempora floruerunt Philippus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canon. à Xiſto IV. Pont. Max. ob animi candorem multùm dilectus, & Joannes Petrus Joannis Chriſtoph. Epiſcopi Frater, Decurio, ac Legatus Reip. Cremonenſis ad Ludovicum Gallorum Regem. hic anno 1491. die 5. Julii Uxorem duxit Nob., & honeſtam Luchinam de Bonishominibus Nicolai Decurionis F. ut habetur ex M.S. fide dignis Familiæ Tinctæ mihi accommodatis ab humaniſs. Viro Nobili Muſarum Alumno Cæſare Tincto, itidem Decurione nuperrimè vita functo, cujus neceſſitudini plurimum debebam

A Breſſiano in Roſis, & Violis anno 997. *memoratur.*

Ubertus Tinctus Mon. S. Benedicti, Epiſcopus Carinulæ, de hoc quidem apud familiæ monumenta non conſtat: patet etiam inveriſimilitudo cum ſcribat *Ughellus* Carinulæ Epiſcopatum annis tantum 1077. fuiſſe inchoatum.

LXXXVI.

FRanciſcus Zuccus Legum Doctor multiſcius die 30. Maii in Collegium axitus fuit. Ob ſingularem doctrinam, & integritatem, quæ tanquam ab oraculo profecta ejus effata excipienda proponebat, maximo in pretio habebatur. Verùm Senecæ Cordubenſis explanavit hemiſtichium : *ubi plurimum ingenii, ibi minimum fortunæ*; cum Patria extorris in loco Volonghi ditionis Mantuanæ utiliorem traduxerit ætatem, invicto quidem animo elaboravit, relinquens poſteris ingenii ſui argumenta.

De Re judicata lib. 3.
De Scriptura privata lib. 3.
De Damnis datis lib. 3.
De Protectione Pauperum, & Miſerabilium lib. 2.
Allegationes varias, quarum nonnullæ diſtinctæ nimis, ac comptè elaboratæ penès me ſervantur.

A laboribus ceſſavit die 13. Julii 1522.
Syllabi J. C. de Coll.
Breſſianus in Coll., & V. R.
Bordigallus in Epitaphiis.

LXXXVII.

JOannes Andreas Milius Thomæ F. J C. de Coll. Judicum Patriæ in eo cooptatus die Lunæ 3. Martii 1483. totius Status Mediolani unus ex Fiſcalibus à Maximiliano Sfortia Duce conſtitutus, & à Franciſco Primo Galliarum Rege comprobatus. Ejus Opera in jure ſunt.

De Juribus Feudorum lib. 3.
De Jure emphyteutico lib. 3.
Breſſianus in V. R. & Syllabi J. C. de Coll.

Ejus tumulo appoſita hæc inſcriptio habetur ad Divi Dominici, in Ædicula Sanctiſs. Dei Nomini ſacra.

Sepulchrum Nob., ac Præſtantiſſimi Jur. Conſ. D. Jo: Andreæ Milii, ejuſque Hæredum, qui obiit die 4. *Menſis Octobris* MDXXIII.

LXXXVII.

FRanciſcus Ciria Theologus eleganti ingenio æquè, ac Sacerdos ſæcularis non modicæ pietatis poſt ſe reliquit

De Divinis Officiis lib. 2.
De Indulgentiis
De Sacramento Extremæ Unctionis
Super Epiſt. Divi Pauli.
Breſſianus Vir. Rav.

Leo-

LXXXVIII.

LEonardus Maynardus Inſignis Aſtronomus, Phyſicus, & Mathematicus, cujus Opuſculum M. S. Mediolani ſervatur, mihi indicatum ab eruditiſſimo *Viro Lazaro Auguſtino Cotta J. C.* Amico meo nequaquam ſatis laudato, cui eſt initium.

Leonardi Cremonenſis Artis Metricæ Practicæ Compilatio. Artem Metricam, ſeù Menſurativam occaſione quadam proſpiciens, cum à multis viderim expoſitam diverſis regulis, & figuris, ut compendiosè habeatur, deliberavi hac ſummula præſtringere, corrigendo aliqua ab aliis non benè poſita, quam quippè tripartior, juxta triplam menſuræ rationem, videlicet longitudinem, latitudinem, & corporeitatem.

Hæc eſt Auctoris Idea, diſtincta Tribus Tract. ſcilicet

De Menſura Longitudinis,
Latitudinis,
Corporum.

In margine Opuſculi permultæ extant delineatæ figuræ Mathematicæ, & Geometricæ.

M. Hieronymus Vida in Act. 2. Orationum adverſus Papienſes, ubi loquitur de Mathematicis, ſic habet. *Fuit ante Plaſium Leonardus Maynardus, qui ſuo tempore non tantum inter noſtros, ſed etiam inter omnes in iis ſtudiis tenuit principatum.*

Cavitell. Annal. ſub anno 1496.

LXXXVIII.

ANtonius Stanga, Sirus Antonius etiam appellatus Chriſtophori F. ex Nicolai Lucari excellentioribus diſcipulis Cæſarei, & Pontificii Jurium Doctor celeberrimus, ampliſſimum Cætum Juriſprudentium Patriæ amplexus, exindè apud Regem Ferdinandum Orator plura liquit

Conſilia legalia, & præcipuè edidit Allegationem in Cauſa Vitaliana 1518. *Cremonæ.*

Cum Antonius juvenis adhuc eſſet, Auguſtini de Dathis Patritii Senenſis maxima fuit neceſſitudine conjunctus, illiuſque Eximii Oratoris, & Philoſophi doctrinam in pretio ſummoperè habuit, dum ſtudiorum gratia verſabatur ea in Urbe, tot illuſtrium Virorum, tùm ſanctimonia, tùm literis, ac armis fœcundiſſima, & quæ hodie ob Nobiliſſimam Intronatorum Accademiam toti Orbi ſpectabilis effulget.

Johannes Jacobus Crottus in Orat. Sfondrati, hæc recenſet

Sirus Antonius Stanga Prothonotarius Eccleſiaſticus unicum ſuæ ætatis, vel patrocinando, vel judicando, aut conſulendo exemplar cumulo laudis meritæ colligendus & ipſe foret, ni doctiſſimus Corſetus quodam dubio, per eum Bononiæ diligenter diſcuſſo, eruditio-

nem illius perraram, & immenſam poſteritati conſecraſſet.
Breſſianus in Coll.
Syllabus J. C.

Quanti penderet Antonii, ejuſque Fratrum exiſtimationem Joannes Galeaz Dux Mediolani, ſequens inſinuat diploma.

JOANNES GALEAZ MARIA SFORZIA VICECOMES Dux Mediolani &c. Papiæ, Anglerięque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus. Ut inter præclaras Urbes noſtræ Cremonæ familias domus Stangha præcipua eſt cùm nobilitate, & fortunis, tùm optimis moribus, & animi inſtitutis: Ita nos, ſtatumq; noſtrum ſingulari fide, & devotione ſemper præ cæteris proſecuta eſt, cujus familiæ Princeps eſt Nobilis Vir Chriſtophorus Stangha, qui quanta modeſtia, & innocentia, & quibus virtutibus ornatus ſit, Urbem illam teſtem graviſſimam habere facilè licet. Is quatuor habet filios, videlicet Antonium Juris utriuſque Doctorem præclarum conſiliarium, & in præſentia noſtra apud Sereniſſimum D. Regem Ferdinandum Oratorem, alterum Marcheſinum Secretarium noſtrum prædilectum, tertium Gaſparem Illuſtriſs. D. Ludovici Patrui, ac Locumtenentis, & Capitanei noſtri generalis honoran.mi Camerarium, & quartum Joannem Clementem minorem, qui à laudabilibus paternis veſtigiis non diſcedentes, & tres natu majores noſtris in rebus verſantes, ita menti noſtræ cunctis in rebus ſatisfaciunt, ut ab eis cumulatiùs nobis ſatisfieri non poſſit, inter eos autem Marcheſinum ipſum quanti faciamus, ex ea potiſſimùm ratione cognoſci poteſt, quòd inter cęteras noſtrarum rerum curas ei attributas totius ditionis noſtrę Annonæ eum præfecimus, quo in Magiſtratu licèt res ingentis momenti, & ſtatum noſtrum plurimum tangentes eſſent, tamen ea omni diligentia, induſtria, & ſtudio præter fidem, & integritatem ſibi peculiarem ſe geſſit, & gerit in dies, ut nihil ab eo ulteriùs expetere nobis liceat. Cum autem cupiant Urbium noſtrarum Mediolani, Placentiæ, Laudæ, Papiæ, Alexandriæ, Terdonæ, Comi, Parmæ, & Novarię Cives creari eorum honeſto voto magis annuendum cenſuimus, ut eis morem geramus, quàm ut eorum meritis ulla ex parte per has noſtras Civilitatis literas nos ſatisfacturos arbitremur, & eo quidem libentiùs id facimus, quia tales, & tantos viros ipſis Urbibus maximo ornamento futuros eſſe non ambigimus. Quare tenore pręſentium ex certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, etiam abſolutè, & motu proprio facimus, conſtituimus, creamus, & ordinamus, dictos D. Antonium, Marcheſinum, Gaſparem, & Joannem Clementem fratres, eorumque filios, & deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes uſque in infinitum Cives prædictarum omnium Civitatum noſtrarum ſuperiùs ſpecificatarum, & aliorum Civium noſtrorum dictarum Civitatum noſtrarum numero collocamus, & aggregamus, et ita quidem, quòd dicti omnes Fratres, eorumque filii deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes uſque in infinitum contrahere, et diſtrabere, emere, vendere, & alienare, acquirere, ſuccedere, et ad omnes ſucceſſiones, et hęreditates admitti ipſi, ac eorum

Uxo-

Uxores, quas habuerint, et haberent tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, cæteraque omnia facere, et exercere tàm in judicio, quàm extrà, poſſint, et valeant liberè, impunè, et omni ſublata exceptione, quę prout & quemadmodum alii Cives originarii dictarum omnium Civitatum noſtrarum poſſint, et poſſe dignoſcantur, non ſecùs, et ac ſi ipſi Fratres, eorumque Filii, et deſcendentes, et deſcendentium deſcendentes, ut ſuprà, eſſent Veri Cives, et originarii dictarum omnium Civitatum: Idem quoque facere poſſint quæcunque Mulieres, quas ipſi Fratres, et eorum filii, & deſcendentes, ut ſuprà, ni Uxores acceperint de dictis Civitatibus, vel aliqua earum, ſeù earum, vel alterius earum Juriſdictione, et quicunq; alii, qui ex talibus Uxoribus tàm de maſculino, quàm fæminino genere progeniti fuerint, et quòd quæcunque acquiſitiones, quę per eos Fratres, et filios, ac deſcendentes, et ut ſupra, ſeù aliquem, vel aliquos ex eis factę fuerint, tàm ex ſucceſſione, quàm aliter, ita valeant, et teneant, ac eundem ſortiantur effectum, perindè, ac ſi factæ fuiſſent per veros, et originarios Cives dictarum Civitatum, ita etiam, et taliter, quòd in omnibus, et per omnia etiam quo ad omnem effectum habeantur, tractentur, et reputentur pro veris, et originariis Civibus dictarum Civitatum, non obſtantibus aliquibus in contrarium facientibus, vel aliam formam dantibus, maximè Statuto Communis Mediolani poſito ſub rubrica generali de extraordinariis libris extraordinariorum, et ſub rubrica ſpeciali de pœna mulieris nubentis cum hæreditate extrà Juriſdictionem Communis Mediolani, quod incipit, nulla mulier ſe nubat cum hæreditate ex juriſdictione &c., *et non obſtantibus quibuſcunque aliis ſtatutis, ac ordinibus dictarum omnium Civitatum, vel alterius earum ſimilis effectus, ſeù diſponentibus mulieres non poſſe nubi cum hæreditatibus extrà juriſdictionem dictarum Civitatum, vel alterius earum, ſeù mulieres nuptas extrà Juriſdictionem, ut ſuprà, non poſſe ſuccedere, et prout ſic vel aliter in prædictis Statutis, vel ordinibus dictarum omnium Civitatum, vel alterius, vel aliquarum ex eis contineri reperiatur, maximè per quæ impediretur, ſeù impediri poſſet ſucceſſio ipſis mulieribus, vel earum deſcendentibus: Decernentes quoque prædictos Fratres, eorumque filios, & deſcendentes, ut ſupra, frui, & gaudere poſſe in dictis omnibus Civitatibus noſtris, earumque, & cujuslibet earum juriſdictionibus, & ubique locorum omnibus illis juribus privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, pactis, honoribus, prærogativis, & emolumentis quibuſcunque, quibus alii noſtri Cives veri, legitimi, & originarii dictarum noſtrarum Civitatum potiuntur, & gaudent, ac potiri, & gaudere poſſint quomodocunque, & non aliter, ac ſi ipſarum omnium noſtrarum Civitatum Cives, & originarii hactenus, & per retroacta tempora fuiſſent, & ſtetiſſent, & hæc omnia, & non obſtantibus ſtatutis, & ordinibus, de quibus ſuprà, ac etiam non obſtantibus aliquibus ſtatutis, aut ordinibus dictarum Civitatum, aut alterius, vel aliquarum earum diſponentibus, ſeu prohibentibus alienationes fieri poſſe in noſtros ſubditos, etiam imponentibus aliquam pœnam, vel cujuſcunq; effectus reperiantur, & quæ omnia pro expreſſis habeantur, & maximè etiam Statuto*

tuto

tuto Civitatis Mediolani, poſito ſub rubrica de alienationibus fieri prohibitis in non ſuppoſitum juriſdictioni poteſtatis noſtri Mediolani, quod incipit, quilibet Civitatis, & diſtrictus Mediolani &c., & prout in eo continetur, nec non confirmatione dicti Statuti facta nomine dicti Communis noſtri Mediolani ſub die 19. *Maii anni* 1387. *ac etiam non obſtante, quòd poſſet dici, dictos Fratres, ac eorum filios, & deſcendentes per decennium non habitaſſe in dictis Civitatibus, nec in eis reſidentiam feciſſe, ac in ipſis aliqua immobilia non poſſidere, etiam non attento decreto edito die primo Decembris anni* 1463. *ſuper talibus, quod incipit,* plurima cum querimonia expoſitum eſt nobis &c. *nec etiam attento alio decreto edito, ſeù publicato die* 17. *Decembris anni* 1434., *quod incipit,* informati quòd multi forenſes, *nec quòd præſentes literæ non eſſent ſigillatæ corniola noſtra ſecreta, ac etiam non obſtante decreto noſtro edito die* 13. *Octobris anni* 1377. *quod incipit, attendentes, quòd ſæpè tùm ex ſuggeſtionibus non veris &c., & alio decreto edito die xxi. Decembris anni* 1383. *quod incipit,* quia accidit aliquandò, ut non ſpontè, ſed importunitate petentium &c., *ac etiam non obſtante Decreto edito de anno* 1423. *die ſexto Octobris, quod incipit providere volentes non obſtantibus aliquibus aliis ſtatutis, decretis, ordinibus, legibus, proviſionibus, ac aliis quibuſcunque in contrarium facientibus, vel aliter formam dantibus, etiamſi talia forent, de quibus oporteret ſpecialem fieri mentiònem, aut derogationem, quæ omnia etiam pro expreſſis, & ſpecificatis habeantur, & quibus omnibus, & ſingulis ex certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, etiam abſolutè, & omnibus jure, via, & forma, quibus melius, & validiùs poſſimus, derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, ſupplentes etiam de eadem noſtra poteſtate etiam abſolutè, & ex certa ſcientia omni defectui etiam cujuslibet ſolemnitatis, quæ in præmiſſis prætenderetur ſervari, aut interveniri debuiſſe ita, & taliter, quòd præſentes noſtræ literæ, & earum diſpoſitio plenum ſortiatur effectum quibuſcunq; in contrarium facientibus, vel aliter formam dantibus non attentis. Mandantes Magiſtris Intratarum noſtrarum utriuſque Cameræ, cæteriſque Magnatibus, ac Officialibus, & Juſdicentibus noſtris, ac Communitatibus, & Præfectis negotiorum ipſarum Urbium noſtrarum, cæteriſque, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut has noſtras Civilitatis literas firmiter obſervent, & faciant ab omnibus inviolabiliter obſervari, pro quanto gratiam noſtram caripendunt. In quorum teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli impreſſione muniri.*

Dat. Papiæ die XXVIII. *Maii* MCCCC.LXXXX. *primo.*

Subſcript. in calce B. Chalcus &c.

Floruit & per hæc tempora Jo: Baptiſta Stanga Inſignis J. C. Ticini laureatus diei 26. Martii 1487., ut ex archetypo privilegii ejus Doctoralis, quod vidi, receptus exindè in Patriæ Judicum Collegio eodem & anno die 3. Aprilis. Ad Divi Vincentii ſepelitur in eleganti monumento heraclio marmore cum Epitaphio

LX. Annos ſine querela Jo: Baptiſta Stanga Bonæ mem. vixit. Obiit anno D. MDXXXVIII.

Jaco-

LXXXIX.

JAcobus Treccus Eques, rerum geſtarum magnitudine, & vitæ dignitate illuſtris, præ cæteris ſenatoria fulſit, ampliſſimis honorum argumentis decoratus, de eodem gloriantur hi lapides, nobiliſſimo ipſius nomine nobilitati, in Ædibus S. Agathæ dicatis.

Ludovico Trecco Equ. Jacobi Equit. Senatoris, & Mariæ Triultiæ filio Antonius J. C., & Hieronymus Proth. Apoſt. hujuſce Ædis Præpoſitus Fratri Benemer. mæſt. Poſ. Anno ſalutis 1521.

Ante fores Magni Cremonæ Baptiſterii.

Regnante D. Johanne Galeatio Duce Mediolani VI., & Ludovico Patruo feliciſſimè gubernante, Johannes Baptiſta Malumbra, Jacobus Treccus, & Robertus Guazzonus Patriæ Nob. ac Fabricæ Virginis conſervatores hoc Sanctiſſimum Baptiſmatis Templum plumbeo tegmine illuſtrarunt Anno Chriſti MCCCCLXXXIX.

LXXXIX.

MAtthæus Brumanus Nicolai F. Viciniæ S. Salvatoris utriuſq; Juris Peritus, in Colleg. acceptus die 4. Junii, Patriæ exindè Conſiliarius, nec non à Ludovico Sfortia Mediolani Duce rerum Criminalium diſceptator electus, abſque perſonarum exceptione ſumma cum laude probatus fuit. Caſtigata opera ingeſſit

De Furtis Tom. 2.

De Pœna arbitranda

De Matrimonio, & ejus impedimentis.

Obiit die 8. Auguſti 1521. de quo *Bordigallus in Epitaphiis*. *Franciſcus Zava in Epiſt. Nuncupatoria* ſui libri alteri Matthæo Brumano.

LXXXIX.

JAcobus Ponzonus Lazari F. ex Vicinia S. Ceciliæ hoc anno die 4. Junii Collegium Judicum Patriæ ingreſſus, legibus aſſiduè operam dedit, nec non variæ ſcriptorum eruditioni incubuit, quum Maximiliani Sfortiæ Med. Ducis ab Epiſtolis eſſet, à quo Equeſtri titulo inſignitus, avitæ ſuæ Nobilitati decus adjunxit. Scripſit

In Bartoli Opera.

De Memoria locali.

In Adulationis vitium.

Nonagenarius exceſſit è vivis, ſepultus ad Divi Bartholomæi cum hac Epigraphe.

Jacobus Ponzonus J. U. D., & Eques hic ſitus eſt.

Ibi deſideratur hoc Epitaphium à Breſſiano relatum.

D. O.

D. O. M.

Jacobo Ponzono Jur. Conſ. Integerrimo Equ. ſplendidiſſimo Mantuæ Præturam ita functo, ut duobus Vexillis altero à Ludovico Marchione, altero ab ipſis Civibus ob rem probè geſtam donatus ſit; & à Maximiliano Duce Mediolani electus à Secretis, tàm prudentiſſimo, quàm fideliſſimo Hipolytha Filia Mæſtiſs. B. P. vixit ann. XC. *obiit anno ſalutis* MDXLII. *Kal. Decembris.*

Authores Syllabi J. C. Coll.

Franciſcus Breſſianus Joſephi F. in Via Lactea Familiæ Ponzonæ.

LXXXIX.

ANtonius Manna, ſeù *de la Manna* Thomæ F. Bononiæ ſub Andrea Siculo leges profeſſus eſt, ìndè ſui temporis longè omnium Juriſperitorum præclariſſimus, in Collegium Judicum Patriæ receptus die 14. Septembris 1489. publicè Jura Cremonæ docuit, ſcripſit

Allegationes in utroque Jure, &

Additiones, ſeù Apoſtillas ad omnia opera Abbatis,

Quarum M. S. adhucdum apud Nob. Mannas ſervantur, illaſque ut legerem mihi conceſſit humaniſſimus æquè, ac eruditiſsimus P. D. Alphonſus Manna ex Cler. Reg. Somaſchenſibus. In veſtibulo operis hæc leguntur. *Incipiunt Apoſtillæ, ſeù Additiones factæ, & additæ per me Antonium de la Manna J. U. Doctorem ad omnia opera Abbatis, incipiendo à principio operis decretalium uſque in finem, & hoc ultrà additiones factas per D. Bartholomæum de Belintzanis, nec non per D. Antonium de Butrio, nec non per D. Andream Siculum Modernum, olim in publico Gymnaſio Bononienſi Præceptorem meum, ac ibi publicè legentem lectiones libri ſexti extraordinariæ. Ad laudem Omnipotentis Dei, ac ejus Glorioſiſſimæ Matris Mariæ Virginis, nec non Divi Antonii Abbatis, ac Joannis Baptiſtæ, cujus hodie Feſtum celebramus die 27. Decembris 1494.*

Vide *Syllabum M. S. Juriſconſultorum de Collegio, nec non alterum typis excuſum.*

LXXXX.

PEtrus Somentius in Patria honeſto loco natus, & in literarum ſtudiis ſumma cura verſatus, inter ſui temporis Grammaticos, ac Rhetores facundiſsimus, tùm in docendo, cùm in orando eſt reputatus, cui non defuit præ cæteris ejus ingenii dotibus Græci ſermonis mirifica elegantia. Libros doctrinis præſcatentes ornatè, & dilucidè explicavit, inter quos

Orationes varias

Regulas Grammaticales Synephebis apprimè neceſſarias.

Epiſtolas

De

De Metris, & quantitate Syllabarum Librum, quem in Bibliotheca S. Johannis in Viridario Patavii ſervatum, inſinuat Jacobus Philippus Thomaſinus, Epiſcopus in Bibliotheca Patavina M.S. publica, & privata typis Nicolai Schiratti 1639.

Johannes Jacobus Crottus in Oratione, qua deflet mortem quindecim J. C. Cremon. Ticini edita anno 1501. de Somentio hiſce verbis clariſsimum affert teſtimonium: *Petrus Somentius unica ingeniorum noſtro tempore concertantium Phenix, in quo præter multiplicem eruditionem, judicium cenſura literaria propè ſingulari eluxit.*

De eo adæque mentionem habent, Auctor magni illius Operis Atlantis inſcripti inter Cremonæ Viros illuſtres

Sanſovinus in Hiſt. Italiæ

Raphael Toſcanus, & Julius Cæſar de Solis ex Poematiis de Laudibus Urbium Italiæ

Vinc. Villa Dominicanus in Oration. variis lib. 3. tract. 4.

Tarteſius de Nobilitate pag. 85.

Leander Albertus in deſcriptione Italiæ.

Zava in Carmin. lib. 2.

Vectiolus in Orat.

Faballus in Orat. ad Decur. Cremon.

Floret & nunc Mediolani inter Cler. Reg. Somaſchenſes Joſeph Hieronymus, ex hac præclara Familia S. Theol. in Celebri Univerſitate Ticinenſi publicus Profeſſor, pro S. Cath. Majeſtate in Inſubria Hiſtoriographus, multorum librorum Author, ac hujus Operis Fautor amiciſſimus, cui appoſitè conveniunt, quæ doctiſſimus *Maſcardus in diſſert. Rom. diſſert. 6. pro Hier. Aleandro cecinit.*

Muſarum cultor Divinæ Palladis hæres
Candida, quem docto paſcit Sapientia lacte,
Seù quæ Pimpleo perfundit nectare mentes,
Seù quæ Socraticas illuſtrat moribus artes &c.

LXXXX.

THeophilus de Perſonellis, at melius de Perſichellis, ex Abbate Caſinenſi ob inſignem cùm humani, tùm divini Juris ſcientiam, rerumque experientiam Præfectus Generalis Congregationis Unitatis S. Juſtinæ Patavii deligitur, & confirmatur ann. 1493. extremam caducitatis diem obiit anno 1495.

Ejuſdem meminit *D. Placidus Pucinellus in Chronologia Abb. Generalium Congregationis prædictæ, nec non Epitome Prælatorum Sacri Montis Caſſini, Aretii, Florentiæ, Mantuæ, Patavii, Peruſii, ac Papiæ*, ubi ſubſequentes Cremonenſes etiam fuere.

1458. Gregorius Abbas Congr. S Juſtinæ, de hoc Boſſius verba facit.
1514. Jo: Maria Abbas Cluniacenſis
1457. Celſus Abbas S. Juſtinæ Patavii.

1445. Placidus Monachus S. Georgii Majoris Venetiarum Abbas Pruſinenſis. Et de eo *Fortunatus Scola:* adſunt & alii ſuo loco reponendi.

LXXXX.

JAcobus Schitius inter Patriæ digniſſimos Proceres hac tempeſtate viſus eſt. Ejus animi dotes, dignitates, & virtutes enarrat lapis in Cathedrali Eccleſia, ubi ſepultus eſt hoc Epitaphio.

Jacobo Schitio Archipresbytero, qui ſedit annos 36. *Eccleſiam hanc piè regendo, ampliſſimis muneribus cumulando, nova ſacerdotia inſtituendo, divinum cultum augendo, Epiſcopalibus inſigniis meruit decorari. Obiit* IV. *Kal. Septembris* MDXXVI.

Ejus virtutes adnumerat *Cajetanus in ſuis Hendecaſyllabis Tom.* 4. *M. S.* hiſce verſibus

Archos Presbyter hactenus ſedebas
Archos poſtmodum Epiſcopus ſedeto
Clari Schitie ſtemmatis Jacobe
Hæc nam inſignia Sancta tu mereris
Sanctam Presbyter amplias quòd Aulam
Chriſti, nec ſatiaris erogare
Pergrandes reditus, & æra, Chriſto,
Tu parcis tibi, tu arbitraris eſſe
Lucro, nubere pauperum puellas
Et frater moriens ſuas reliquit
Nuptas ære tuo, probis maritis
Claris divitibus, piis, benignis
Non impenſa canum voraciorum
Non cordi accipitres tibi rapaces
Non molles epulis tuis miniſtri
Non ſunt Cornipedes ephippiati
Sicut nobile ſtemma poſtulabat,
Et ſanguis tibi Schitius vetuſtus,
In te ſunt tamen iſta copiosè
Sed Chriſti magis eſſe, quam tuorum
Duxiſti meliuſque juſtiuſque
Juxta Manſionarias Ædes
Aras, ac tumulos, quatuor decem bis
Librarum benè millibus locatas
Ornas, ædificas, das per omnes
Mandas, juſta dies, tuis Avitis
Quis non cenſeat ergo? te bitulia
Mitra cum baculo incumbe dignum?
Quando tàm benè dividis tuarum
Rerum munera, quæ pius mereris.

Feli-

LXXXX.

FElicianus Stradivertus Caſinenſis Monachus, inter ſui temporis Philoſophos, ac Theologos præſtantiſſimus, egit

De Sacramento Euchariſtiæ lib. 3.

De Salutatione Angelica lib. 1.

De Oratione mentali lib. 1.

De Functionibus Eccleſiaſticis ſecundùm ritum ejus Ordinis lib. 2.

Degebat in Ædibus Monaſterii Divi Thomæ, ubi nunc Moniales Divi Franciſci Ord. Capucinorum.

LXXXXI.

NIcolinus Lugarus J.C., & Philoſophus omni major encomio, inclyto Patriæ Collegio addictus die 22. Junii hoc anno, ingenii ſui monumenta reliquit poſteris

Conſultationes Legales,

Quarum nonnullæ M.S. apud me reperiuntur. Peſtilentiali morbo ereptus anno 1511. etiamnum deploratur

Super eodem flevit *Johannes Jacobus Crottus* ſua oratione eodem anno excuſa, ubi: *Recenſe benè ſine lachrymis immortalia illa duo veſtræ Urbis monumenta, & clariſſima lumina Federicum Conradum, & Nicolinum Lugarum Viros Philoſophia eminentiſſimos, ac univerſa Italia conſpicuos &c.*

De eodem *Syllab. J.C. Coll.*

Breſſianus eundem cum altero Nicolao Lugaro inſigni Rhetore (de quo paulò poſt erit ſermo) confundit.

LXXXXI.

FEdericus Conradus Danielis memorati F. meritiſſimus, inter noſtræ Urbis Juriſperitos die 11. Decembris Collega declaratur, apud Patriæ Principes Orator moribus, & doctrina cultiſſimus, in Jure permulta digeſſit *Conſilia*.

Quorum pleraque penès me M. S. extant inter alia, quæ noſtrum penum legalem illuſtrant.

Hunc recenſent idem *Joannes Jacobus Crottus ut ſupra, & Syllabi J. C. de Coll.*

LXXXXI.

RAynaldus Perſicus Comes Matthæi F. Viciniæ S. Petri de Pado die 30. Maii 1476. in albo Juriſperitorum deſcriptus, conſultiſſimus Vir, ut illa quiſquam ætate eſſe poterat omnis Divini, atque humani Juris (ut ſcripſit Livius de Numa) ex Urbis Decurionibus obiit legationem ad Remp. Venetam unà cum aliis,

ut innuimus in deditione Patriæ, ex qua ſummas laudes ſibi conciliavit. Præclarè conſcripſit

Conſultationes Legales.

Anno 1505. tabe contagioſa egit animam, quo tempore ſcripſit Joannes Jacobus Crottus in Oratione. *Hei mihi Raynaldum Perſicum jacentem video, Comitem generoſum Equitem Bullatum, Doctorem innocentiſſimum &c.*

In fronte Majoris Templi Cremonæ apparent hæc exciſa

MCCCCLXXXXI. *Spect. J. U. D. D. Co. Raynaldus de Perſico, Nobileſque Vir. D. Franciſcus de Foliatis, & Jacobus Ciria hujus Cathedralis Eccleſiæ Cremon. Maſſarii has binas Manſiones conſtrui fecerunt pariter, & elevari.*

Eoque anno ipſorum deliberatione cæpta eſt ſtructura elevationis, & conſervationis digniſſimi operis Fronteſpitii magni dictę Eccleſię verſus atrium, & Plateam Populi, antea imperfecta per Magiſtrum Albertum Soverum Peritum Architectum.

LXXXXI.

PRoſper Cremonenſis (de cujus cognomine mihi adhuc non conſtat) Vir doctrina illuſtris fuiſſe videtur ex Opuſculo *Petri Ravennatis, cui tit. Artificioſa Memoria, Venetiis edito* 1491., & Vicentiæ 1600. ubi de experimentis, ſcribit. *Teſtes ſunt Clariſſimus J. U. D. D. Gaſpar Orſatus Padue Jura Canonica legens, & Doctiſſimus D. Proſper Cremonenſis Padue commorans.*

Eidem libello præmittuntur initio verſiculi nonnulli ad commendationem Authoris cujuſdam nomine *Johannis Ant. de Plebanis pariter Cremon.*

Quid ipſa memoria ſit, quibuſq; viribus polleat, optimè ſcies Lector, conſulendo *Maſcardum in ſuis doctiſſimis Proluſionibus ethicis prolu*ſ. 13. Hæc rerum omnium theſaurus à *M. Tullio* dicta eſt, & ſanè ſi interminatam Oceani vaſtitatem, indefinitam magnitudinem regionum, minacem montium altitudinem, latiſſimum æquor agrorum, cæleſtium orbium ambitum, naturæ miracula artis machinamenta, myſteria doctrinarum, divinitatis arcana exiguo loculamento complectitur.

LXXXXII.

NIcolaus Lucarus Martini Urbis noſtræ Decurionis F. cujus vitam, mores, doctrinam, & laudes elaborato, & perdiſerto calamo ſcripſit *Joannes Jacobus Crottus J. C.* ejus auditor in Oratione funebri, quam, cum perelegans ſit, ac fuerit Papiæ excuſa jamdudum anno 1518. ejuſque exemplaria penè deperdita ſint, in calce ſubnectam, & hic tantùm referam, quæ, præter Orationem, de tanto Viro expiſcari mihi datum fuit. Ejus opera, quæ extant, illoto pollice non tractanda ſunt.

Deplo-

Deploratio Illuſtriſſimę Beatricis DD. Noſtræ vitę functę, & Ludovici Sfortiæ Ducis Noſtri Excellentiſſimi Conſolatoria habita, dum juſta funebria Cremonæ celebrarentur. Acta Cremonæ in frequentiſſimo D. Mariæ Templo pridiè nonas Februarii 1496.

Bapt. Plaſii Aſtronomi Peritiſſimi Funebris laudatio, acta Cremonæ in frequentiſs. D. Auguſtini Templo 10. *Kal. Januarii* 1492.

Hi duo Sermones Funebres cum aliis editi fuere per Fr. Gregorium Britannicum Sacr. Ord. Præd. Venetiis per Manfredum de Bono 1508. item

Panegyris in Synodo Generali Cremonæ habita anno 1488. *per FF. Minores S. Franciſci.*

Hiſtoria Patriæ ſub Ludovico Galliarum Rege.

Commentaria in Varios Auctores

Epiſtolæ Variæ

Dialoghi Variæ eruditionis, quæ omnia luce promerita carentia ab eruditis deſiderantur.

Item *Franciſci Petrarchæ de utraque Fortuna liber clariſſimus Lucari ſolertia circumfertur.*

Anno à partu Virginis 1515. die 8. Januarii è vita deflexit apopletico caſu correptus, ad cujus tumulum ad Ædes Divi Joannis Novi nuncupatas Cremonæ hæc carmina *Daniel Cajetanus* Poeta ille doctiſſimus, de quo infrà inſcripſit.

Muſarum Antiſtes ſcorpſit, quod Delphica laurus
Ad ſublime Poli facunda fronde cacumen
Nicoleus ſitus eſt hic Lucarus, ardua Cirræ
Muta ſilent, lachrimis ſtat deſolatus Apollo.

Ejuſdem commeminerunt *Ant. Verderius in ſupplemento Bibliothecæ Geſnerianæ*

Jo: Thomas Muſconius in Epitaphiis lib. 2.

Faballus in Orat. ad Decur. Cremon.

Vectiolus in Orat.

Zava in carmin. lib. 2. *ubi*

Pone ſequebatur Lugaro de Semine vetus
Nicoleos Cathedræ ſummus in Urbe decus.

Cavitellus in Annal. ad ann. 1515.

Jacobus Gadius in Hiſ. M. S.

Bordigallus in Epitaphiis M. S.

In Bibliotheca Ambroſiana Mediol. lit. Z. num. 515. habetur in M. S. Epiſtola Nuncupatoria de Nuptiis Illuſtriſs. Ducis, Stephani Dulcinii ſic inſcript. Ad Nicolaum Lucarum Rhetorem Cremonenſem; prodiit etiam ex typis Antonii Zarotti Mediol. 1489.

Deploratio Nicolai Lucari Oratoris facundiſſimi, per Johannem Jacobum Crottum Juriſconſultum Cremon. ejus diſcipulum edita.

Repentinus, & nimium flebilis Nicolai Lucari, Oratoris conſummati, obitus me præcipitem rapit, mæror intolerabilis tanto naturæ ſævientis vulnere conceptus lamenta, gemitus, ac ſuſpiria ſuggerit.

Quid

Quid miſer, & ſtupidus eloquar? undè infælix, & derelictus ordiar? mæſtitia, & luctus ora laxare perhibent, charitas in defunctum ſingularis rumpere ſilentium compellit. Reluctanti mihi plenæ per genas lachrimæ voluuntur, mens oppreſſa fletu hæſitat, vox ſingultibus præpedita tremiſcit. Timeo vehementer, ne in ipſo orationis principio, crudeli fortuna conſternatus, præcipitanter concidam. Utinam alius ex tanta doctiſſimorum hominum frequentia ſuggeſtum conſcendiſſet, funebremq; viri hujus clariſſimi commendationem ſuſcepiſſet. Decentiùs ego habitu mutato ſquallidus, & triſtis in medio veſtrum ſederem, ubi officio functus meo graviter, & peracerbè, ſicuti vos cæteri omnes facitis, me me afflictarem, tacitus ſubmiſſa cervice ſortem ingemerem meam, qui ſiniſtro genitus ſydere eo miſeriarum devenerim, ut quotidiana Reipublicæ literariæ naufragia continuo planctu defleam. Complures tàm ingenio, quàm eloquentia præcellentes Viri noſtro ævo oppetiere. Maxima latialis doctrinæ ornamenta impio fato ſurrepta luximus, cunctos tamen Romani ſplendoris interitus præſens invidentis parcæ crudelitas longè ſuperat, erudita hominum noſtri temporis deſideratorum calamitas cum recenti plaga minimè conferenda eſt. Quamobrem venite properanter docti omnes ad funera, & nenias. Concurrite ſingultientes, & luctuoſi ad deplorandum commune diſpendium. Extinctus eſt ille ſupremus rhetoricalis grammaticæ decor, deperditus ille pretioſiſſimus latinæ facundiæ theſarus toto latio, & Orbe univerſo celeberrimus, tot immenſæ ſingulares, & penè divinæ in unius morte virtutes evanuere, quarum cumulo, & ponderi revoluendo ſolum ille fluvius, lingua, torrens, copia mundo ſublata nuper condigna foret. Quicquid in hodierna concione dixero, quia ille amplius non loquitur, mutum videbitur, oratio ipſa lugubris quaſi ſentiens, vel rubigine, vel ſitu obducitur. Tamen hac una in negotio ſuſcepto gloria contentus ero, quod me orante nihil commentitium, vanum, aut ſimulatum percipietis. Vos ſoli teſtes Viri Cremonenſes, & demùm judices futuri eſtis, qui hominem vivum, de quo verba facturi ſumus, ad unguem cognoviſtis. Commendant plerunq; oratores bonos, & malos, ſed probatos neſcio quo liberiore vultu, & fronte extollunt, quemadmodum ego hodie & demeritas, & peculiares, & veras doctoris mei laudes frugali ſermone præſtringam. Neque ullum noſtro de illius ſcientia, aut ingenio teſtimonium certius eſſe poteſt, qui ſuaviſſimo Nicolai viventis commercio ſupra omnes delectatus ſum. Hic mores, & diſciplinas mihi puero dedit juventutem clypeo; & armis eloquentiæ munivit, quicquid humanioris muſæ (quantulacunq; ſit in nobis) ex lacteo illius venæ ſcaturientis fonte profluxit. Quare ingratum me quodammodo degere opinatus ſum, ſi & maxima ejus erga nos beneficia, & meam in illum gratitudinem æternę memoriæ non conſecrarem, quum hoc ſolo medio gratias illi mortuo de me quidem optimè merito, non ſine ingenti dolore referre liceat.

Nicolaus Lucarus ex Cremona non obſcuri nominis Urbe naſcitur, familia celebri, & vetuſta, parentes Martinum, & Catharinam habuit probitate, & moribus ſpectatos. Inter prima infantiæ primordia quaſi

certum

certum futuræ magnitudinis, & excellentiæ augurium præſtitit. Puer editus in lucem ſtatim domeſticos vagitu perenni inquietare cæpit, ut miſera nutrix requiem, niſi eo ſoporato, nequaquam ſumeret, non blanditiæ, non illectamenta, quibus ea plurimum ætas capitur, lachrimulas continuas leniebant. Parens verita corpuſculum debile, & infirmum tot gemitus non ferre de illius ſalute magnopere metuebat Expers conſilii cauſam tanti luctus in ægritudines occultas reiiciebat, quantò magis clamabat, & vagiebat, tantò fidelius intrà puerpuræ thalamum ſolicitè obſervabatur. Fortè nutrix intempeſta nocte tædio confecta, curiam domus patentem ingreditur, infans ſubito cœlum fixis ocellis contemplatur, omni nocturno cœlorum fulgori ſubridens maximè in lunari globo jucundabatur, relatus puer intrà parietes ploratum, & ſingultus repetebat, denuò ad conſpectum luminis ſecundi ſplendeſcentis indicati fronte ſyderea reſpirabat. Mater ſedula ſæpiùs periculum fecit puerum in circulo cæleſti geſtientem intrà cubiculum deferebat, confeſtim ejulatum, & lachrimas exciebat, rurſus eidem ſplendori præſentatus, exultanti ſimilis, & quaſi beatus ſubticebat, ſi quando nox tenebroſa ſuperveniſſet, repetito vagitu experrectus ſimul cum familia paterna cruciabatur. Tam mirandæ rei præſagium univerſa Civitate divulgatur, major pars omen interpretantes, & quorſum tenderet miraculum explorantes, puerulum vel literis, vel militia excellentem aſtra tranſgreſſurum vaticinabantur. Parentes eo ſupernaturali ſigno excitati, magna genio, & mente concipiunt, ſumptu facultates eorum excedente nixiùs procurant, ut Nicolaus glorioſo diſciplinarum cingulo exornetur. Rudimenta grammatices ſuprà naturam, & annos celeriter peregit, tenella ætas nativa virtute, & ingenio vincebatur, multò plus frugis literariæ in dies reddebat, quia ſeminis tradentium ſolertia excipiebat, ut reminiſci (ſecundùm Platonis ſententiam) hallucinanti Pedagogo videretur. Poeticam, mox creſcente ævo ſub Petro Manna Rhetore nobiliſſimo complexus eſt, ubi ſpatio brevi fœcundos ſtudiorum ſuorum fructus ea facultate excerpſit. Præcepta verò dicendi, naturæ ſuæ magis conſentanea, etiam ſub eodem ardenter hauſit. Unus ſoluta oratione inter ſuos coætaneos regnavit, tota claſſis ſcholaſtica ei declamando congreſſa herbam lubens porrigebat. Tanto enim dicendi ornatu, & copia puer egregius ferebatur, ut genitus ad eam rem communi, vel potiùs eodem conſenſu videretur. Petrus ipſe ſæpius mente cogitabundus hæſitans, tàm dulciſſima facundiæ libamenta demirabatur, quanquam pręnimio ſtupore frequenti ſchola exclamaſſe traditur, linguam illam prępolitam noviter ſurgentem, tanquam alterum Arpinatem mundo detonaturam. Pubes nundum factus Pontremulum ſe contulit ad Georgium Belmiſerium, inter oratores ſui ſæculi copia dicendi pollentem. Fortè Janus Porta Novarienſis Militaris, Ceſareique ordinis vir illius loci moderator duos tunc habuit filios, quibus pręceptorem conſpicuum inducere exoptabat; Nicolaus ob præclariſſima, & morums & literarum documenta, eo gentium feliciter tranſacta Jano oſtenſu, ſtatim honorifica conditione recipitur, apud quem degens oratione non minus, quàm verſu commendari voluit. Plurima utroque marte ad coe-

qualium

qualium emulationem gloria motus, mirabiliter exaravit, dein carmine intermiſſo, vel veriùs ſequeſtrato ſe ſe totum oratoriæ permiſit, cui habilis, & natura pronus inclinabatur. Lazarus Civis Pontremolenſis, liberali ſpecto adoleſcentis ingenio, filiam nubilem Luchinam illi deſponſavit, ex qua duos ſuſcepit liberos, Mariam fœminam, quæ tertium, & decimum agens annum naturę ſatisfecit, & Hieronymum profeſſorem, & medicę artis, & Philoſophię conſummatum; Qua mox defuncta, quinquagenarius alteram duxit conterraneam nomine Joannam ex Ferraria gente patricia, unum ego maternum quoque gen. ex Anaſtaſia genitrice duco, quam unicè dilexit, ſenaſque ex ea genuit filias, & Joannem Baptiſtam, nunc ſtrenuam operam juri Ceſareo in Bononienſi Areopago navantem. Nicolaus undevigeſimum nactus annum in patriam repedavit, ſcholas profitentium omnium Cremonenſes colluſtrat. Per id tempus grammaticam maximè profitebantur Lucas Pirus Parmenſis, & Petrus Manna Cremonenſis, Viri per omnem Italiam decantati, & inter ſubtilia ſuorum temporum ingenia præeminentes, cunctis ad multos dies diligenter ſubodoratis. Tandem relicto doctore veteri, ſub quo puer diligens calamo ſolicito flores, & gemmas illius collegerat, auditor Lucæ Parmenſis efficitur. Verùm tanta de illius ſcientia inter Scholaſticos modico tempore æſtimatio crevit, uti provinciam publicę profeſſionis rogatu multorum quaſi coactus obierit. Paulopoſt Lucas Parmenſis vitam cum morte mutat, quæſtio inter auditores de ſufficiendo, qui demortui vices in cathedra referat, oritur; Tandem poſt varias diſceptationes, ſolus Nicolaus omnium ſuffragio dignus ſucceſſor judicatus eſt. Ad quod & Lucas ipſe moriens ſuos hypodidaſcalos proprio ore, honorificaque de Lucaro oratione exhortatus fuerat. Nicolaus, relicta ſede propria, parmenſe ſolium votis omnium literatorum ſatiſfacturus conſcendit, ubi pulcherrimam oſtentandi ſuas merces aream nactus, totum quantus eſſet in patentibus ſubſelliis ſe ſe pandit. Miſſas faciam quotidianas diſſertationes circulares paleſtras, & publica auſpicia tanta cum nominis ſui laude conſummata. Extemplò per univerſam ferè Italiam immenſæ illius eruditionis fama devolat ad hunc unum margaritis pretioſiſſimis onuſtum concurrit omnis ætas, & ordo tubam Lucaream audire geſtit, quaſi equalis Petro Mannæ gloria illi circunfertur, Nomen Lucari in ore omnium verſatur, facundia, ingenium, doctrina ejuſdem paſſim per vicos, & fora privatim, & publicè prædicatur. Mortuo Petro Manna, collegas habuit Bartholomæum Hermenzonium, & Petrum Somentium Rethores omni ſapientum, & philoſophantium accademia celebratos, & noviſſimè Danielem Cajetanum, virum in quolibet dicendi genere, & lingua græca pariter, & latina florentem. Glorioſum eſt poſteris mandare, ſed longè jucundius fuit contemplari potuiſſe quatuor ſublimia noſtræ Urbis oracula mutuò diſciplinis concertantia. Bartholomæus eruditione, Petrus ingenio, Daniel græcanica literatura, Nicolaus facundia ſe ſe invicem alter alterum præſtitere. Tamen hoc uno Nicolaus magis commendandus ſuccurrit, quia dexteritate docendi reliquos ſui dogmatis homines longè percelluit. Quę facundè, & eleganter diſſerebat,

bat, facilè mentibus audientium imprimebat. Traditio ejus candida, lenis, clara, delectabilis, non anxia, non difficilis, dura, flexibilis, & aſpera, ſemper diſtinctus, gravis, argutus, ſublimis, elimatus, redundans, terſus, venuſtus, tores, & exactus, difficultates arduas, vel potius abſtruſas ſine labore ullo miranti diſcipulo in planum redigebat. Inprimis ſenſus menti autorum conſonos, vel interpretando viva voce, vel commentando privatim enucleavit, fuſca, & obſcura (quoniam eorum intentio prius fuerat) grammatici cæci in pudendos errores dilabebantur. Unus omnium varietate fabularum, exemplorum, hiſtoriarum omnifaria & diſputando, & docendo utebatur. Ea memoria vivaci, & facili, & tenaci Lucarus floruit, quam olim Themiſtocles, Craſſus, Cyrus, & Mitridates habuiſſe feruntur. Splenduerunt in Nicolao ingenium acre, omnimoda eruditio, judicium grave, quibus licet quoſdam pares ſuperiorem verò ſortitus fuiſſet neminem, unus tamen dicendi palma togatus ſui ſæculi omnes magno intervallo ſubtergreſſus eſt. Quas in reliquis ſingulas oratoribus demiramur, omnes in Lucaro orandi virtutes conjugatæ nituerunt, grandiloquum, gracile, mediumque loquendi genus calluit. Impetus, candor, copia, vis, diligentia, calor, partitio, acumen gravitas oratorum vetuſtorum in eo revixere. Quis vel ornatius, vel grandius, vel ſuavius Nicolao dixit? Quis doctius, artificioſius, & limatius ſcripſit? Nemo vel extemporalis facilior, vel meditatus prægnantior. Nullus diſtinctior, candidior, ingenioſior, uberior, concinnior inventus. Facilis in perſuadendo fuit, argutus in ſententiis, copioſus in laudando, acerbus in vituperando, acrior in confutando. Tuba illa vehemens cygnæo canori perſimilis, omnes ſuo nitore mellifluo rapiebat, mirum in modum demulcebat, & ſui ipſius quodammodò non compotes dimittebat. Doctiſſimus quiſque ad lectiones Lucareas, vel ſemel ingreſſus, Nicolaum flumen eloquentiæ aureum plenis labiis divulgavit. Recens Plato, Demoſthenes, Cicero, Socrates, Hortenſius mundo exorti videbantur, ut fœlicem ætatem appellare noſtram non verear, quòd virum hujuſmodi indulgentia Dei maximi genuerit, cum univerſa faciliter antiquitate comparandum. Qualis primum in toto eloquendi genere decus pronuntiatio in eo perſonuit liquida, facilis, plena, lenis, firma, delectabilis, candida, dulcis, beata, flexibilis, & ſonora ad omnem verborum convenientiam apta, modò remiſſior, modò intenſior, modò elatior longas periodos eodem ſpiritu æqualiter continuato proferebat, multiplicia ſine cunctatione cumulans, nec quidem ſyllabam omittere, aut immutare viſus eſt. Exigente quanquam materia ſublimius, & reſonantius dicebat, voce, vultu, colore, totoque corporis habitu effectus noſtros inardeſcere compellebat, nunc lachrymas, nunc iram, nunc mœrorem, nunc lætitiam, & vindictam auditori, vel invito non dicam pertinaci ſuggerebat, quaſi tonabat illa vox, facies fulgurabat, oſque ipſius ſydereas verborum coruſcationes fundebat. C. Grach. in deflenda Fratris nece totius populi lachrymas concitavit. M. Antonius mucrones Marianos in perniciem ſui diſtrictos facundo ore deflexit. Craſſus, & Hortenſius ſententias Romanorum Judicum pro arbitrio ſuo moderati ſunt. Piſi-

ſtratus, & Pericles libertatem Athenienſium ſola quodammodo actione occupaverunt, Carneadem, Critolaum, & Diogenem dicendo rapidos, graves, & ſuaves Romana quoque commendavit curia. Gratia Demoſthenis Græci, & Ciceronis Romani ſolo Eſchinis, & Cæſaris dictatoris teſtimonio contenta eſſe dixit. Tantis oratorum boatibus Lucarum venuſtate pronunciandi conferre poſteritas ridiculoſum forſan judicaret, niſi fidem multi nunc viventes noſtram confirmare poſſent, quia hominis illi divini vim torrentem, & impetum pluries obſtupuiſſent. Tot diſcipuli numero patentem Nicolai ſcholam ſemper frequentarunt, quot nullus, aut pauci ætate ſua habuere. Ex omni terrarum ambitu ad eum tanquam Delphicum ſacrum confluebant. Salamon omnium gentium linguis commendatus eſt, quòd regina illa ab extremo Oriente tot incommodis, & difficultatibus propter ſolam ipſius unius ſapientiam venerit. Vetuſtas quoque Archytam Tarentinum philoſophum præſtantiſſimum non mediocri laude extulit, ut ſola nominis ſui magnitudo Platonem oras Italas luſtrare coegerit. Eloquentia Apollonii Molonis græcanica univerſo orbe reboans, Ciceronem Rhodum navigare compulit. Copia Livii Patavini lactea Gaditanum per tot millia paſſuum, invia loca, montes incultos Romam videre fecit. Contemplari non recenſere infinitam exterorum ſcholaſticorum turbam datur, qui ex diverſis Mundi regionibus ad Nicolaum viſendum maturavere, ut ſapientiam hominis delibarent, ac ex uberrimo illius fonte haurirent. Quæ natio tàm remota, & inacceſſibilis? ad quam claritas nominis Lucarei non tranſmeaverit? omnia externarum gentium Gymnaſia Nicolaum ſupremas literarum delicias dictitabant. Multi Principes, & Legati Regum ſæpius hominem magnis conditionibus, ſtipendio, pollicitationibus ſolicitavere. Verùm natali dulcedine raptus, ſemper filios veſtros inſtituere maluit, maternam patriæ communis gloriam, cum peregrino ingenti theſauro heroica virtute compenſans. Innumerabiles ex officina Lucarea tanquam ex cornu omnifero, vel potiùs ex Equo trojano (ut de Iſocrate ſenſit Cicero) viri diſciplinarum triumpho micantes continuò prodiere. Sunt pauci ex noſtratibus ſtudia manſuetiora verè ſapientes, qui diutiùs in accademia Nicolai publicè docentis, verſati non fuerint. Quot ex ſuis togati tùm legibus, tùm philoſophia præſtantes notantur. Quot principes, tàm Eccleſiaſtici, quàm prophani, mediocres, & maximi noſtra tempeſtate alumnorum Lucaricorum literis, & voce utuntur. Ordines religionum omnium non paucos ex gymnaſio Lucarico, & theologos, & oratores, & philoſophos habent, quorum doctrinis, & univerſa coruſcat Eccleſia, & oves redemptæ paſſim errantes ad Dominicum Ovile indies ſalutifera declamatione retrahuntur. Excellentiores tamen ejus diſcipuli fuere, Antonius Stanga, Nicolinus Lucarus frater, Petrus Offredus, Sigiſmundus Burgus, Petrus Johannes Schinchinellus, Petrus Martyr Pontio, Franciſcus Sfondratus Jureconſulti propter diſciplinam juridicam omni dicendi genere ornatiſſimi. Hieronymus Trecchus Prothonotarius Apoſtolicus, Jo: Franciſcus Faernus Ordinis Minorum, Homobonus Offredus, Hieronymus Lucari Filius, Bartholomæus Puus,

Fran-

Franciſcus Marianus, Petrus Antonius Cambiagus Viri univerſa & philoſophia, & theologia conſummati, Marchiſinus Stanga Ludovici Sfortiæ Ducis Mediolani Mæcenas, Georgius Gadius Maximiliani Cæſaris Secretarius, Cæſar Bajardus Patritius Parmenſis erudita, ſuavique facundia prædita. Stephanus Dulcinus Scalæ Canonic. Hieronymus Vida Canonicus Regularis, Franciſcus Superchius Presbyter, Antonius Maria Auguſtus Poetæ concentui priſco conferendi. Bartholomæus Crottus Divæ Agathæ Canonicus, Johannes Franciſcus Concoretius, Bernardus Cipellarius, Jo: Ludovicus Ariſius, Marius Zambellus Rhetores ſingulari ingenio, multifariaque doctrina niteſcentes, multique alii cothurnum hiſtoricum ſua magnitudine deſiderantes. Extant multa, & præclara hujus Viri monumenta, quorum pars per manus omnium Eruditorum volitant, pars verò penès Nicolai filios deliteſcunt propè diem lucem demeritàm typis impreſſorum relatura, ſcripſit Commentaria in varios Auctores. Nòn deſunt Epiſtolæ ſtylo eleganti concinnatæ; Dialogi ſummo artificio plures compoſiti; Utraque fortuna Franciſci Petrarchæ ſudore Lucarico, & ſolertia circumfertur. Memoria Dionis Pruſenſis penè extincta revixit, Phalaris nitidus, & integer habetur, licèt eas multi Epiſtolas Luciani fuiſſe contendant. Orationes tamen illius per tantos eloquii campos deductæ, inundatio dicendi non ubertas lectitanti eas ſuccurrit, ſemper exuberanti, & lacteo labitur alveo, non exili, & ſicco decurrit rivo, ſcatent illic mira verborum majeſtas, & perfecta ſententiarum gravitas, continuò magis ſurgit, magis attollitur, nunquam decreſcit, in multis nonnumquam ornatu, magnitudine, & copia ſe ſe ipſum exuperat, cano illi vero, & ſyncero latinæ facundiæ ornamento ſimillimus. Oravit in Templis, in Senatu, in Foro, omnia loca noſtræ Urbis tàm publica, quàm privata torrente illo, & voce Periclæa circumſonuerunt. Tanto Hominum eruditorum concurſu, & frequentia, ut loca ipſa, licèt ſatis ampla, tantam multitudinem vix capere poſſent. Taceo probatiſſimos Nicolai mores, qui tàm civiles, & urbani in eo micuerunt, ut collectus ex omni parte ad communem generis humani uſum pergenitus crederetur. Domus Lucarica perfectæ virtutis officina extitit, qua virtutum incitamenta monitus ſalutares, fructuſque liberalium artium emergebant, ſermo ejus jugiter circà literas, innocentiam, probitatem, ſapientiam, mores, religionem verſabatur. Inter cœnandum, & prandendum memoriam priſcorum cujuſcunque generis ſapientum uſurpabat, & quod quiſque laudis, & gloriæ, vel ſcribendo, vel dicendo nactus eſſet, diſerto colloquio oſtendebat, ſublata menſa, pauliſper cum aliquo ex contubernalibus doctiore confabulabatur, aut diſſerebat. Voluptates verò nobis hoſtiles, & vitia vehementer fulminabat. Detractores, & maledicos ſummo proſequebatur odio. Famam nullius doctiſſimi invidentia tractus, & non ſine urgenti cauſa dilaniavit, vita per omnes gradus probabilis, & modeſta eluxit, nulli unquam culpæ, aut turpitudini obnoxia. Pius in Deum Nicolaus vixit, integer in homines, plenus fidei, Patriæ ſtudioſus, ſe-

ctator honeſti. Fuit parciſſimi ſomni, rarò ultra quinque, aut ſex noctis horas deducti, cibo, & potu non multum lauto, & exquiſito utebatur, temperatus in victu, moderatior in cultu corporis, tota vita parvò contentus, frugaliter lætus degit. Nunquam ſiniſtris perturbari rebus, vel dexteris efferri viſus eſt, tanquam novus Socrates ſemper eodem ſe ſe habuit vultu, conſtans, fortis, & patiens. Quoties convicia, & detractiones in faciem paſſus eſt? quoties iniurioſis verbis provocatus, pro ingenita modeſtia ſiluit? quot inimicitias noſtrorum civium compreſſit? odia mellifluo ore ſopivit, ſimultates funditùs eradicavit. Nemo beneficia in eum contulit, cui gratiam perpetua recordatione non retulerit. Taceo operam multoties ſtudioſis literarum egentibus gratis erogatam. Manſuetudo illa ejuſdem, & facilitas in omnes mirabilis ſe ſe mihi offert. Induſtria mortales cunctos unus omnium excelluit, tempus nullum ſtudio vacuum relinquebat. Rarò ſolus, & otioſus vivebat, ſemper, vel legendo, vel ſcribendo, aut docendo, ſive contemplando exercitabatur. Singulas horas pro majori parte ad diſciplinarum perſcrutationem conſtringebat. Magnus doctiſſimorum Virorum conventus ædes Lucareas frequentavit, pauci literati ſua tempeſtate quicunque ediſſent, niſi priùs ſententiam illius, & judicium exploraſſent. Impreſſores certatim volumina characteribus illa mandabant, quibus vel epiſtola illius commendatoria prænituiſſet, vel caſtigata manus menda, & errores detruxiſſet. Benevolentiam cum emunctę, naris hominibus ſuæ ætatis ſummam exercuit. Præcipui tamen familiares Franciſcus Puteolanus, & Tadæus Ugolettus Parmenſis, Georgius Merula Alexandrinus, Jacobus Antiquarius Mediolanenſis, Petrus Matthæus Corantus Cotignolanus, Antonius Martignonus Mantuanus, Bonifacius Bembus, Joannes Franciſcus Quintianus Stoa. Codrus Urceus Brixienſes, Pomponius Lætus, Aldus Manutius Romani, Philippus Beroaldus Bononienſis, Chriſtophorus Stanga, Laurentius Aldriſius, Bartholomæus Petronius, Jacobus Ferrarius, Borſius Cavitellus, Coradolus Stanga, Andreas Crottus, patruus meus Cremonenſes extitere; ex propinquis verò valdè coluit Nicolinum Fratrem Jureconſultum celebrem, filiumque ejus Auguſtinum in Accademia Ticinenſi mirabiliter legum cenſuræ nunc deſudantem. Nec non Joannem Franciſcum Concoretium ex Antonia ſorore nepotem, ejus gymnaſii ſucceſſorem, virum, & eruditione, & memoria nemini ſecundum. Erat Nicolaus ſtatura corporis procera, & eximia ſupra communem eminentiore, natura pingui, & robuſta, collo in pectus proniore, naſo aquilino, & non multum craſſo. Non defuit illi decora oris dignitas, miraque vultus majeſtas, ſplendeſcebant in oculis ipſius quaſi quædam coruſcantes ſcintillæ, quibus & terror, & gravitas contuentibus repercutiebatur. Cætera ejus membra, & lineamenta decentem inter ſe ſe proportionem habuere. Perpetua ſenſuum integritate viguit, acie videndi tanta uſus eſt, ut ſpecilla ocularia nunquam deſideraverit. Pronus ad iram facilis ſtomachabatur, tamen furore ſubito cedente ad tranquillitatem mentis revertebatur. Dexterum crus varicibus obſeptum remacruerat, quo ſpi-

rulam

rulam argenteam die, noctuque inſertam gerebat, ut exalatis vaporibus nullum, aut modicum ſentiret dolorem, quod quidem ulcus ſenio ultimo clauſum phyſicorum teſtimonio præcipua ejus mortis cauſa fuit. Vixit annos ſexaginta ſeptem cum dimidio, quorum ſeptem, & triginta in munere docendi glorioſè tranſegit, demùm inopinata, & non præviſa morte correptus, ex oculis noſtris evanuit, anno poſt ſolutiferam Incarnationem milleſimo quingenteſimo decimo quinto, quarto Idus Januarias. Lætus ſub ortu primo auroræ ſurgit, primos rei Divinæ precibuſque conſuetis cogitatus dirigit. Ecce medio orationis curſu exanimis voce introcluſa, ſenſibuſque ferè omnibus perditis cadit. Filia parvula tremens lapſum genitoris conſpicata, paternas ædes ululatu ingenti complet; Joanna uxor excitata ſtrepitu, & ipſa feſtinanter ad eum locum pervenit, ubi conjugem humi proſtratum nomine fruſtra appellans, clamorem in Cælum tollit, confeſtim domeſtici, & contubernales rei novitate turbati percurrunt, ulnis Nicolaum jacentem, febribuſque æſtuantem in proximum deferunt cubiculum, ſine mora accerſuntur Medici nulla eorum remedia, præcipitanter cogitata, proficiunt, morbo appoplexiæ magis convaleſcente, poſt ſpatium quatuor horarum, & breve ſuſpirium leniter deceſſit, nullo prorſus edito verbo, conanti loqui lingua balbutiebat, & gravior æſtus præter viſum omnes ſenſus oppreſſerat, tantum manus chariſſimæ Uxoris, filiorum, & propinquorum lachrimantium fortiter contrectabat, & quos lingua, ſeù verbis non poterat oculis intrepidè deficientibus complorantes velut jucundus ſolari nitebatur. O crudelem caſum, ò naufragium irreparabile! Ubi eſt ille Rhetor tàm facundus, & diſertus nullius virtutis, & bonitatis expers? Ubi vox illa grandis, & nectarea ob decorem veræ actionis mundo repreſentata? Ubi verus oratorum ille pater ſuadelæ ipſius gremio, ſinu, & ubere nutritus? cui ſimilem eloquentia, non dicam præſtantiorem, noſtra ætas non habet, neque futura infælix ſperare poteſt id, quod profundius, & triſtius, & luctuoſius facundiæ zelatores torqueri decet, quemadmodum Plato philoſophiam gymnaſii ſui mutam, diſcipulo abſente Ariſtotele, quandoque nuncupavit, ita Cremonenſem ſine Lucaro facundiam elinguem nobis dictitare fas eſt. Trogus Pompejus Thebanæ Reipublicæ gloriam, & vires Epaminunda Duce interempto concidiſſe lamentatur, ſic ego lumen oratorum, & reipublicæ literariæ columen extinctum gemitu indefeſſo vobiſcum collacrimabo. Verè immatura, licèt quaſi ſenio contigerit. Lucari mors fuit, qui præclara ingenii ſui monumenta quotidiè videbat, poſterorumque utilitati, ac uſui inceſſanter conſulebat. Homo veneri mancipatus indies vivit, cauſaſque vivendi ſingulo momento finit. Qui autem poſteros cogitant, memoriamque ſui operibus propagant, nulla his niſi repentina mors inimica eſſe poteſt, quæ rabida falce exultans ſemper aliquod doctè incohatum diſrumpit. Multa perdiſertè, & eleganter æternitatem conſecutura Lucarus ſcripſit, majora morte præoccupatus imperfecta reliquit, licèt mortuus falsò dicatur, quia nomen immortale ſcriptorum ſuorum perpetuitate nactus fuerit. Mors illis ſe terribilem, & potentem exhibet, quorum cum corpore omnia

extin-

extinguuntur, non illis, quorum laus, & gloria perire non poſſunt. Bona corporis, & fortunæ interitui obnoxia ſunt, dotes animi nulli occaſui ſubjacentes indies magis revireſcunt. Qui virtutem vivens enixè complectitur, moriens immortale trophæum excurſo ſtadio adipiſcitur, qui verò per voluptarios vitiorum anfractus tranſcurrit, famam ſimul cum corpore terreno ſempiternis tenebris involuit. Nos miſeri omnes ea conditione nati ſumus, ut tùm citiùs, tùm ſeriùs cuncti tandem deficiamus, ſive boni, & mali, fortes, & pigri, docti, aut ignari ſimus, inexorabilem fati neceſſitatem ſubire oportet. Mors eſt tributum mortalium, & univerſorum tranſitus, quam timere ſtultum eſt, exoptare ſapientis, quum ea prævia ad finem noſtrum perveniamus, quo unico beati, fœliceſq; poſt interitum efficimur. Natura rerum nos procreat, ſemper nos expectat, quę certum vivendi tempus omnibus prępfixit, quod nemini quantumcunque ſublimi, & excelſo prętęrire licet. Quotidiè morimur, quotidiè commutamur, quotidiè creſcendo decreſcimus, & tamen nos eſſe ęternos, dementes, & inſani credimus, minimè ſentientes quando homo infans, puer, juvenis, vir, ſenex, decrepitus fiat, vita tranſit, ætas volat, tempus currit, dies dilabuntur. Qualis deindè vita humana tranſigitur plena formidinis, & angoris, tot innumerabilibus periculis, & calamitatibus objecta, ut difficile ſcitu utrum natura parens mortem vitalem vitam mortalem nobis conceſſerit, & quodammodo excuſandus ſit Mydas Rex dicere ſolitus, non naſci homini longè optimum eſſe, proximum autem quamprimum mori. Et Job vir ille patientiſſimus clamitans pereat dies in qua natus ſum, cui aſſenſerunt nationes orbis illæ, quæ natales ſuorum luctu, & fletibus, funera verò cum exultatione, & plauſu prudenter celebrarunt. Quamobrem in tàm ærumnoſo miſeriarum pelago ille ſapienter conditionem propriam metitur, qui omne lucis ſuæ tempus aliquo virtutis genere conterit, ut memoriam benè actæ vitæ immortalem poſt cineres relinquat, & cæleſtem patriam ea duce fœlix tandem attingat. Talium mors ſic exiſtimanda eſt, qualis vita eorum præceſſerit, ut ſolutio corporis mortalitatem potius, quàm eorum vitam terminet. Quemadmodum patri noſtro erronea, & vulgari ſententia defuncto contigit, qui ſua eruditione, multoque maximè innocentia nunc ſupernam poſſidet ideam, vivetque ſemper in præſenti ſæculo, & immortalis per omnium ora volitabit. Tantùm noſtro incommodo, & cauſa flere debemus, propter extinctas ſimul uno momento tot præclariſſimas virtutes, quæ tantum frugis propriæ communi, ac cæteris ſua fecunditate tulerunt, præcipuè ſtudiorum ſectatores veſtem hac die nubiloſa mutati ingemiſcant. Lugeat juventus noſtra doctorem ſuum, & ſubtilem profundarum rerum indagatorem. Lugeant cives graviſſimam filiorum ſuorum ſtragem, qui ſub Nicolao, & uberrimam doctrinam, & mores ſanctiſſimos imbibebant. Lugeat Cremona infœlix tàm fulgentiſſimum Jubar ſubitò tenebratum. Lugeant filii, familiares, cognati tanto viri præſidio denudati. Lugeant glorioſa totius orbis gymnaſia, radiantiſſimo ſydere orbata. Lugeat ſine fine poſteritas tàm diſertum, & elegantem ſuorum ingeniorum formatorem non habitura. Cæterum hac

unum

unum tantæ jacturæ refrigerium ſupereſt, ut ſomnum capiamus ex dulciſſima illius recordatione, ſolatium, Nicolaumque nobis tanquam unicum vitæ rectè inſtitutæ documentum proponamus, veſtigia ejuſdem, & vitam ad libellam obſervantes, & quem corpore non poſſumus frequenti, & crebra oratione teneamus, ac de ipſo benè loqui nunquam deſinamus, qui jacula benè loquendi nobis condonavit Congratulemur potiùs ſęculo noſtro, quòd talem virum phænice rariorem procreaverit, qui ſicuti glorioſus in celebri Patria tumulatus eſt, ita in cæleſti concilio Angelorum ſociatus, ſemper glorioſus exultet, & lætetur.

LXXXXII.

MAtthæus Foſſa in docendo inſignis, Patriæ Adoleſcentibus humaniorum literarum didaſcalium aperuit, Poeta inſuper magni nominis plura confecit carmina, & præcipuè

De Franciſco Sfortia Mediolani Duce IV.
Epigrammaton lib. 6.
Item Epiſtolarum lib. 4.

Die 10. Auguſti 1516. ad Cœlos elatus fertur, undè *Bordigallus* in ejus exequiis ſic flevit.

Foſſa decus Patriæ ſplendor Matthæus in Urbe,
Virtutum Alemena, conditur hoc tumulo
Socratis ingenium, linguam Ciceronis habebat
Dicendi ſimilem terſus in eloquio.
Muſarum cultor patiens tulit atque malorum
Omne genus membris martyr & indè fuit.
Lingua manens domino titulos dedit, undique cantus
Davidicos: moriens ſcandit ad aſtra poli.
Mille quingentis decies ſex fluxerat annis
Bis quinta Auguſti, pace quieſcat homo.

LXXXXIII.

ANſelmus de Vitalibus Presbyter Sæcularis, Antiquitatum Patriæ perdiligens indagator, ſcripſit librum prænominatum,

L'origine de' Monaſteri edificati in Cremona, e ne' ſuoi Borghi con tutti i loro Privilegi concedutigli da Sommi Pont. d'eſſentioni, Immunità, Indulgenze, Indulti, & altre prerogative dategli dagl'Imperatori, e Duchi di Milano.

Breſſianus in libro Vitu. Rav. affirmat, hunc librum cum aliis ejuſdem Authoris operibus anno 1604. fuiſſe ad manus Hieronymi Mannæ Eccleſiæ Majoris Cremon. Canonici, qui ſimilibus ſcriptis admodum delectabatur.

Anno enunciato perficitur Xyſtus inferior, & ſuperior marmoribus elaboratus ante Turrim majorem, ut ex cubitalibus literis, quæ in medio Xyſti leguntur:

Anno

Anno Domini MCCCCLXXXXII. *ſub Fœlicis. Excellentiſſimi D. Joannis Galeaz Mediolani Ducis Imperio, Divo, ac Invictiſs. Ludovico Sfortia Patruo Gubernante, ac Bonino Colla Magnif. Proconſule ad laudem Dei, & Glorioſæ V.M. Hoc Spect. factum.*

LXXXXIII.

JOannes Cropellus Soncinas Nicolai Lucari in Accademia Alumnus facundiſſimus conſcripſit

Orationem Panegyricam ſuper Præceptorem ſuum Nicolaum Lucarum, habitam Cremonæ 1493. *M.S. ſervatur adbuc in Bibl. S. Mariæ Gratiarum Carmel. Conv. Soncini.*

Scripſiſſe & *Commentaria ſuper libro M.T. Ciceronis de Officiis* confirmat *Hieronymus de Baris in M.S.*

Ex Oratione *Fliſci* conſtat floruiſſe ex hac Familia præclaros in legibus Thomam, Joannem, & Jorium, & in medicina alterum Joannem, & in dignitatibus Antonium, & Petrolum.

LXXXXIII.

SCipio Hermenzonus Bartholomæi Viri clariſs. F. pergloriosa Patris incedens veſtigia, eloquentiam in primis coluit, deindè legali ſtudio addictus, fuit die 3. Junii hoc anno in almum Juriſperitorum Patriæ cœtum aſſumptus. A Franciſco primo Galliarum Rege, tunc Mediolani Duce, quum apud eum authoritate multum valeret, equeſtri non tantum dignitate inſignitus, verùm etiam totius Status Mediolani ex Syndicis Fiſcalibus renunciatus eſt. ejus virtutis perennia monumenta fuere

De Jure Fiſci lib. 2.

De Magiſtratibus lib. 2.

De Pœna arbitranda lib. 2.

De Furtis puniendis, & de Teſtibus examinandis tractatus abſolvit.

Magnarum occupationum agmine oppreſſus ſuccubuit die 29. Septembris 1519. de quo *Bordigallus* in Epitaphiis

Doctor, Eques ſapidus *Fiſcalis Syndicus Urbe*
Hieronymus erat Scipio magnanimus &c.

Meritò vel eum laudibus cumulant *Auctores Syllaborum J.C. Coll.*

Breſſianus in Coll.

Tarteſius in Tract. de Nobilit. pag. mihi 83.

Floruit ex Colleg. J.C. ann. 1192. Thomaſinus ex hac illuſtri Familia.

LXXXXIII.

BEnedictus è Soncino PP. Prædicatorum adſcriptus Familiæ in Theologum, & Philoſophum non obſcuri nominis emerſit. Collegerat, ut vidimus, Theophilus de Ferrariis & ipſe Dominicanus

canus varias Ariſtotelis ſententias, ut Peripateticorum ſtudioſorum laborem in iis perquirendis minueret. Verùm cum pleraque deſiderari viderentur, quæ librum numeris omnibus abſolutum efficerent, eo quòd, morte præveniente, Author ſummam ipſi manum imponere non potuiſſet, Benedictus omne ſtudium adhibuit, ut inſignius, & auctius redderet opus. Ex omnibus itaque ſtagiritis libris excerpſit quæcunq; Theophilus omiſerat, & cum iis, quæ idem congeſſerat, in unum digeſſit Volumen ſatis concinna metodo, quod in ſolem prodiit inſcriptum.

Propoſitiones ex omnibus Ariſtotelis libris Philoſophiæ Moralis, Naturalis, nec non dialecticæ, Rhetoricæ, & Poeticæ diligentiſſimè excerptæ, & ad certa rerum capita pulcherrimo ordine redactæ ad Antonium Pizzamanum Patritium Venetum, Venetiis per Joannem, & Gregorium de Gregoriis 1493.

Ejuſdem meminere *Antonius Senenſis in Chron.*
Gozæus in Catalog.
Plodius. Vit. Vir. Illuſtr.
Rovetta in Bibl. Chronolog.

LXXXXIII.

JOſeph Madalbertus humaniori literatura, ac poeſi præclarus, carminibus eximiè tradidit opuſcula diverſa nō ſine laude, inter quę

Judicium Paridis
Veneris Amores cum Adonide
Atheonis tranſmutatio
Gigantum Flegræorum Lapſus

Ita *Breſſianus in V. R.*

LXXXXIII.

PEtrus Offredus Jacobi Filius J. C. Coll. effectus die 26. Auguſti 1493, & Patriæ Decurio, Græcis, latiniſque literis eruditus, & Muſarum Selectiſſimus Alumnus, cujus carmina pauca ad nos pervenere, & à me tantum viſa fuerunt, quæ ſunt in laudem Nicolai Lugari Rhetoris clariſſimi Cremonenſis, addita ejuſdem Panegyri habita in Synodo generali Minor. FF. ibi celebrata anno 1488. menſe Majo, nec non ea dimiſſa penès Jaſonem Maynum J. C. commendatiſſimum (cujus noſter Offredus in Ticinenſi Gymnaſio fuit auditor) in fine *Repetitionis Legis cominus ff. de Fluminibus*, quæ lectori ſubiicere non nocebit, ut cognoſcatur ab ungue Leo.

Ut ſolidis Grajus ſtruxit compagibus alvum,
Inſolitum tentans per mare Jaſon iter.
Quo fera terrigenæ ſuperaret prælia turmæ
Ferret, & auratæ vellera victor ovis.
Omnia ſic celeri luſtravit flumina puppi,
Maynus, & ad patriam jam remeavit humum.

Acta quid hùc forſan portavit Cymba, requiris,
Quicquid ab auriferis, eruit Indus aquis.
Quicquid, & in patria dives fodit Aſtur arena,
Quicquid, & in flavo littore, Rhenus habet.
Quod Tagus, & rapidis volvit Pactolus in undis,
Quod fœlix lecta miſſa, recondit Arabs.
Hanc igitur ſtudioſè ratem pete; libera cunctis
Eſt via: non merces claudit avara ſuas.
Quilibet ex iſto partem ſibi ſumat acervo
Menſis ut exornent hæc monumenta domum.
Hinc titulis Maynum decantet Jaſona ſummis
Optet, & hunc Peliæ vincere penſa colus.
Nam proprio ſolers, evellet ſenſa ligone,
Quæ ſacri campo Cæſaris alta virent.

Pleraque ſcripſit in jure, & penès me habeo unam ex ejus Allegationibus, ejus propria manu ſcripta in cauſa dotali.

Memoratur à *Johanne Jacobo Crotto in Oratione, qua deflet Nicolaum Lucarum* inter ejus Diſcipulos excellentiores.

Obiiſſe dicitur 1513., & laudatur à *Bordigallo in Epitaphiis*.

LXXXXIII.

JOhannes Franciſcus Muſſus Ant. F. die 19. Auguſti in Juriſperitorum Collegium cooptatus, notæ celebritatis J. C. occurrit Hebrea, Græca, & latina lingua affatim inſtructus; uberis quippè frugis varia lucubravit.

De Miſeria, & Vanitate Mundi lib. 2.
De Inſtitutione benè vivendi lib. 2.
De Ornatu Mulierum lib. 1.

Cum eſſet Patriæ Decurio, ejuſdem nomine ad Franciſcum I. Galliarum Regem ad fœdus jurandum legationem obivit. Auctores Syllaborum.

Circa hæc fermè tempora floruit Baptiſta ex hac Familia, pariter J. C. Coll. ſummæ amplitudinis Vir, ac equeſtri dignitate exornatus, anno 1505. maximæ peſtilentiæ immortuus.

LXXXXIV.

BErnardinus de Cremona, cujus cognomen ignoratur, floruit Venetiis ſolertiſſimus, & diligentiſſimus Caleographus, inter cujus opificii monumentum apud me eſt Volumen pergrande in fol. cui tit.

Nicolai Perotti Cornucopiæ, ſivè Commentarium linguæ latinæ ex Valerii Martialis Epigram. ad Illuſtriſs. Princ. Federicum Vrbini Ducem, & Eccleſiaſtici Exercitus Imper. invictiſſimum.

Nequic-

Nequicquam iſte Bernardinus locum occupavit inter Scriptores, quum niſi ab hominibus utique doctis in communem Studiorum utilitatem, naſcente Typographia, libri formis excuſi fuerint, adeò ut ipſi Viri nobiles aliquandiu hanc exercuerint artem, ut mihi conſtat in libro nuncupato *Inſubrum Antiquæ Sedes* Bonaventuræ Caſtillionei Canonici Scalenſis Mediolani, excuſo per Joannem Antonium Caſtillioneum Auctoris Conſanguineum 1541. cur hiſce temporibus inſtituti mutatio evenerit, perlegatur *Famianus Strada lib. 3. prælect. 1. in Epiſtola*, quam ſcribit *Societas Typographorum Senatui, Populoque Poetarum.*

LXXXXIV.

HIeronymus Stanga ingenio, probitate, & dexteritate conſpicuus, & in rebus arduis perficiendis novus Caduceator à Ludovico Sfortia inſimul cum Franciſco Bernardino Vicecomite electus, cui ſupremam impartitus fuit auctoritatem, cum Gallorum Rege tunc occupante Novariam pacem compoſuit.
Paulus Jovius in Hiſt. lib. 3.

LXXXXIV.

PAulus Soncinas cognomento de Barbobus ab Oppido nobili Soncini, Soncinas potiſſimùm appellatus, quinimmò antonomaſtico nomine Doctor Soncinas, glorioſiſſimus Theologus, ac Philoſophus Ord. Prædic. decus perenne, virtutumque omnium exemplar, & immortalitate dignus, Mediolani Philoſophiam docuit, deinde Ferrariæ, Senis, ac Bononiæ publico ſtipendio ductus, poſtmodum Cœnobii Cremonenſis Prior, die feſto S. Dominici animam tranſmiſit ad ſuperos anno 1494. Summæ eius doctrinæ partes fuerunt

Elegantiſſima expoſitio in Artem veterem Ariſtotelis cum quæſtionibus. Venetiis per Johannem Rubeum Vercell. 1499.

Quęſtiones metaphyſicæ pluribi impreſſæ Venetiis mandato, & ſumptibus Hæredum qu. nob. Viri D. Octaviani Scoti Civis Modoetienſis per Bonetum Locatellum Presbiterum Bergom. 1505. 1576. *ibidem* 1579. *& Lugduni* 1586. *Sumptibus Petri Landii.*

Epitome Quęſtionum Johannis Capreoli Super Libros Sententiarum pars prior complectens lib. 1. *&* 2. *per. F. Iſidorum de Iſolanis Mediolanenſem edita, & multis in locis ſuppleta. nunc demùm in hac poſtrema editione accuratiùs recognita, Papiæ per Jacobum Parvidrapium de Burgo Franco* 1522. *& Lugduni* 1580. *apud Carolum Peſnot. & antea ibidem* 1529. *apud Johannem Criſpignam. In epiſtola nuncupatoria ad Franciſcum Francorum Regem multa habentur ad laudem noſtri Authoris, & præcipuè de libro adſunt Carmina.*

Ubi facilis; apprimè eſt utilis.
Ubi difficilis: ſummè neceſſarius.
Ubi brevis: claro parcit ingenio.
Ubi diffuſus: altiſſima paucis comprehendit.
Nil denique non Angelicum.

Quæſtiones in octo Libros Phyſicorum in Logicam Ariſtotelis Venetiis 1587. *apud Michaelem Berniam Bononien. correctæ, & diſpoſitæ per Jacobum Roſſettum Vicentinum.*

Commentaria in decem Ariſtotelis Prædicamenta.

Commentaria in quinque Porphyrii prædicabilia.

Memoratur ab innumeris Authoribus, & pręcipuè à me viſis. Hi ſunt

Leander de Albertis in deſcriptione Italiæ, ubi de Soncino.

Abbas Tritbemius de ſcript. Eccleſiaſt. Sed errat, ubi dicit vixiſſe circa annum 1512.

Poſſevinus in Appar. Sacr. Tom. 3.

Authores Bibl. Exoticæ Francofurti 1625.

Ambroſius Altamura in Bibli. Dominicana

P. Inquiſitor Rovetta in Bibli. Chronologica vocat eum de Barbolis, at verè de Barbobus, familia tùm Mediolani, tùm Cremonę præclara.

Michael Plodius Bonon. in 2. *parte Vit. Viror. Illuſtr. Ordinis S. Dominici Italicè Papiæ* 1613. *in Appendice.*

Seraphinus Razzius in Hiſt. Vir. Illuſtr. Dominic.

Antonius Senenſis in Chronico Ord. FF. Prædic. Pariſiis 1585. *pag.* 188.

M. Georgius Draudius Bibl. Claſſica

Garzonius in Platea Univerſali diſc. 102.

Hofmannus in Lex. qui per errorem ſcribit Soncinum in ditione Veneta.

Hìc præterire non poſſum, quin verba propria *Roderici de Rodriguez* apponam, exſcripta ab ejus libro aliàs allegato *pleit.* 100. *pag.* 556. *Huuo en la Religion de S. Domingo un Eſcrittor claſſico &c. llamado Juan Capreolo: ſu libro ſobre lo ſententiarios ſe imprimio en Venetia año de* 1483. *Eſta Obra de Capreolo la iluſtrò con ſus comentarios Silveſtre de Prierio, cuy Obra ſe imprimio en Cremona anno de* 1497. *&c. y tambien el año de* 1449. *entrò tras eſte el Padre Paolo de Soncinas Cremones de la miſma Religion aſſi miſmo bombre docto, el qual reduxo à compendio eſta Obra del P. Juan Capreolo, que imprimio en Pavia anno de* 1521. *en Leon de Francia* 1580. *y en Salamanca el proprio año &c. Tras a queſtos bombres grandes entrò otro P. della miſma Religion de Predicadores, que ſe llamava F. Mauricio de Gregorio y cogiendo eſta miſma Obra como l' bavia abreviada el P. Paulo de Soncinas, la dio à la eſtampa en Napoles el año de* 1645. *poniendole en la primera facbada à queſte titulo gigante &c. Commentarii Laconitis &c. y para que ſe vea, e noteſe la balumba eſtraña, que ſaliò d' eſte zuicio, ſapaſe que el P. Mauricio de Gregorio ne bizo mas que traſ-*

ladar

ladar la Obra de Paulo de Soncinas palabra por palabra, ſin quitar, ni añadir una letra. de modo que trasladando el texto a la letra del P. Soncinas llevò un libro trasladando, y hurtando: y eſto es trasladar y hurtar &c.

LXXXXIV.

EVangeliſta Foſſa honeſtiſſimo loco in Patria natus, Adoleſcens adhuc Servorum B. V. cœtui ſe adjunxit, non tantum fuit ad omnem Regularis diſciplinæ normam compoſitus, quantum ad ſingulas ſtudiorum partes vocatus, & præſertim Virgilianæ lectionis amator italicis carminibus admodum eruditè edidit Venetiis per Chriſtophorum de Penſis die 20. Decembris 1494. opuſculum in 4. cui tit.

Bucholica Vulgare de Virgilio, compoſta per el clariſſimo Poeta Frate Evangeliſta Foſſa de Cremona dell' Ordine de Servi.

In regeſtis ſui Ordinis nulla de eo fit mentio.

LXXXXV.

BErnardinus Covus illuſtri Familia Soncinate editus non proletaria floruit eruditione: Quamobrem inter Soncinates doctrina memorabiles eum recenſuit *Leander Albertus in diſcriptione Italię pag. mihi* 404. ubi de Caſtro Soncini verba facit, & Bernardinum ſibi coætaneum indicat, ſed quænam ingenii monumenta reliquerit, haud conſtat. Poſt quem non amuſos comperimus Jacobum Comitem, & Johannem Jacobum Covos (ut in Carminibus Johannis Thomæ Muſconii) & alios, ut Aloyſium à Secretis Caroli Aragoniæ Regis, & Jacobum Mariam Vicarium Senarum, relatos à *Johanne de Baris in Hiſt. M. S. Soncini.*

Interim ſilentio non præteribo, cum hac nobiliſſima Comitum Covuorum ſtirpe intimam contraxiſſe affinitatem Authoris Familiam, nam Barbara Ceriola Uxor Hieronymi Ariſii Tritavi mei, ut ex tabulis Petri Mariæ Conradi Tabellionis Cremonenſis anni 1552. die 12. Auguſti, filia fuit Dorotheæ ex Comitibus de Covo, & Nepos Strenuiſſimi illius Comitis Johannis Franciſci Italorum Militum Tribuni, qui in obſidione Cypriæ Hammoſoſtos, glorioſè contra Turcas dimicando, occubuit anno 1571. ut ſcribit *Cavitellus in Annal.*

LXXXXV.

EVangeliſta de Amatis Carmelitico Inſtituto addictus, ſummus in Patria ſuis temporibus Philoſophus, ac Theologus præſtitit, quem ſcripſiſſe legimus apud *Breſſian. in V. R.*

Super Acta Apoſtolorum lib. 2.
Super Cantica lib. 2.
De Philoſophia Morali Tract. 1.

Fran-

LXXXXV.

FRanciſcus à Piceleone Oppido Cremonenſis ditionis, cujus cognomen ignoratur ex Min. S. Franciſci, ſcientiarum, & morum excellentia admirabilis, cujus glorioſum Cadaver ſignis clarum jacet in Eccleſia S. Mariæ Gratiarum, extrà Oppidum Malæi in agro Laudenſi, referente *Haraldo in Epit. Annal. Vvadinghi n.* 23.

LXXXXV.

JOannes Galeaz Mainardus Jo: Ant. F. Viciniæ S. Georgii Juriſperitus de Collegio die quintadecima Martii 1495. & ex Decurionibus ingenio ſummo, in arduis Patriæ peragendis ad Franciſcum Primum Francorum Regem miſſus Orator, Doctiſſimo calamo Reipub. lit. tradidit

De Homicidio Volontario, & de Iniuriis lib. 4.

In Templo S. Angeli Min. Obſ. S. Franciſci Inſcriptio ejus ſepulchro adhæret.

Joannes Galeatius Mainardus J. U. D. in quo ſumma Fides, Prudentia, Charitas. De Terra ſupereſt nihil, de Cœlo totum. Obiit die XXIX. *Octobris* MDXX.

Fuiſſe unum ex Nob. Fabricæ Cathedralis Eccleſiæ Præfectis, apparet ex ejus nomine ſculpto in Porticibus ſuper Platea magna, nuncupatis *della Bertazola*.

De eodem Joſeph Breſſian. in Coll. J. C. Cremonæ, & Paulus de Monte Picho in Conſ. 68. hæc habet: *Superveniente Venetorum Dominio Mag. Communitas Cremonæ impetravit à Principe, & Sen. Veneto Capitula, unum inter cætera, quod cauſæ terminatæ, & deciſæ tàm per Principes Mediolani, quàm eorum Conſiliarios, non poſſent reſcindi, niſi appareret de notoria iniquitate, vel nullitate.*

Recuperata Civitate Cremonæ per Chriſti.^m Regem Francorum Ducem, & Dom. Noſtrum, D. Fidelis de Summo fil. Nat.^lis D. Galeotti petiit Tranſactiones initas cum Davide de Clivo, prætendente ſe potiorem in ſucceſſione reſcindi. Cauſa decidenda committitur Prætori Cremonæ, & à partibus aſſumitur in Conſultorem Spectab., & Sapiens J. U. D. Galeaz de Maynardis &c.

Filium habuit Bernardinum J. U. D. ab eodem Coll. ſuſceptum die 17. Maii 1530.

Memoratur à *Dominico Bordigallo in Epitaphiis*.

LXXXXV.

STephanus Sfondratus acceptam à Bartholomæo Patre ſuo Epidauriorum dictatore, de quo ſuprà ad annum 1454 gloriam eximiis colens virtutibus inſignem Familiæ ſuæ, Nobilitatis acceſſionem fecit; Quippè non obſcurum inter Patriæ Juriſperitos nomen

men ſcribendo obtinuit. Receptus enim in Coll. die 26. Auguſti non incelebris Advocatus emerſit, ſcribens iccircò

De Tabellionum dignitate
De Erectione Montis Pietatis
De Ornatu Mulierum
De Privilegiis Dotalibus.

Allegationes in Jure diverſas, quarum nonnullæ penès me extant in meis Collectaneis Legalibus. Naturæ ceſſit in Patria anno 1520. die 15. Aprilis. Humatus ad Divi Dominici, in Sacello Sfondratæ Familiæ, cujus ad fores marmoreo inſcul-ptum ſilici legitur

MDXX. APR. XXII. *Hæc Stephanum Sfondratum J.C. amplectitur, ob quanti luminis urna capax. Vix. Ann.* LII.

Jo: Jacobus Crottus, in Oratione habita pro Franciſco Sfondrato, hæc fatur: *Penè memoriæ exciderat mirabile illud Civitatis noſtræ lumen Stephanus Sfondratus, conſulta cujus Patrocinia, & judicata nudam veritatem præſeferebant, quem anno præſenti deſideratum, tanquam juſtitiæ parentem, omnis Patria deflevit.*

Hinc ad ejus laudes allexit

Bordigallus in Epitaphiis
Alexand. Lamus in Somniis Cant. 2.
Antonius Campus in hiſt. lib. 3. &
Auctores Syllaborum J.C. de Coll.

LXXXVI.

ELiſæus de Raymundis, eloquentiam, ſtudiaque liberalia ab ætate prima, & cupidè, & laborioſiſſimè exercuit (quod etiam de Auguſto Suetonius ajebat) ſummo ſtudio, ſummaque diligentia libros omnes, & præcipuè ad architecturam ſpectantes, ut omnem veterem architectandi rationem & ipſe deprehendiderit, & exemplo revocaverit, quantum enim ingenio præſtans, tantum opibus pollens, elegans ſibi longè petitis, & ad unguem ſectis lapidibus extruxit Palatium, inter conſpicua noſtræ Urbis ædificia, non incelebria attollens faſtigia. Servant marmora ante Januæ Majoris fores exſculpta id Auctoris monimentum ex parte dextera

Romanæ Architecturæ æmulum opus Eliſæo Raymundo Auctore à fundamentis extructum, Imper. Lud. Sforz. Med. D. ſeptimo MCCCCLXXXXVI.

Ad ſiniſtram verò

Jo: Galeat. Sforz. Med. Ducis ſexti Imperio
Eliſæus Raymundus à Fundamentis Auctor
Archetypi hujus MCCCCLXXXXVI.

Fertur luculenta vulgaſſe

Opera de re ædificatoria.

adeò, ut optimus Architectus vocandus eſſet, juxtà *Leonem Baptiſtam*

tiſtam Albertum in Præfat. de re ædificator. Architectum ego hunc fore conſtituam, qui certa, amicabilique ratione, & via, tùm mente, animoque definire, tùm & opere abſolvere didicerit quæcunque ex ponderum motu, corporumq; compactione, & coaugmentatione digniſſimis hominum uſibus belliſſimè commodetur. Quæ ut proſit, comprehenſione, & cognitione opus eſt rerum optimarum, & digniſſimarum; itaque hujuſmodi erit Architectus &c.

LXXXXVI.

MArchiſinus Stanga is eſt, de quo ſcribit doctiſſimus Epiſcopus Albæ *M. Hieronymus Vida in Orat. Act* 2., quod enim hìc me recenſere poſſe arbitramini pares Marchiſino Stangæ Viro, & Conſilii magni, & Virtutis exquiſitæ, cui maximarum rerum fidem Ludovicus Sfortia ſemper habuit in Reip. Mediolanenſis adminiſtratione omnium Conſiliorum ſuorum participi, ne dicam auctori. anno 1494. ad Maximilianum Imperatorem Legatus deligitur, ut habet *Jacobus Gadius in Hiſt. M S.*

Cavitellus autem hanc legationem memorat ſub anno 1497.

Contra verò *Antonius Campus* eandem legationem transfert ad annum 1496. Hac in re ſanè major habenda eſt Campo fides, cum hoc anno Ludovicus Sfortia Privilegia Ducatus Mediolani à Maximiliano receperit.

Triſt. Chalcus in Reſid Hiſt. Mediol., ubi de Nuptiis Auguſtis, hunc vocat ſupremum rei pecuniariæ miniſtrum.

Johannes Jacobus Crottus in Oratione, qua deflet Nicolaum Lucarum, commemorando ejus diſcipulos inſigniores, his utitur verbis. *Marchiſinus Stanga Ludovici Sfortiæ Duc. Med. Mæcenas.*

De eodem *Lancinus Curtius* paſſim, maximè verò lib 6. Epigr. 15.

O cui Sancta fides, meritum, labor, aurea virtus!
Non ſtabilem, ſtabilem dant remanere Deam.

Præ cæteris filium habuit nomine Julium, cujus extat monumentum ad Altare Divo Claudio Sacrum, in Ædibus S Lucę Cremonę.

Julius Stanga Marchiſini Filius hanc Aram D. Claudio dicatam ex legato Gaſparini Stangæ Patrui faciendam curavit MDLXVI.

Quanta exiſtimatione apud Principes Med. effulſerit, ſequentibus patet; ex primo enim diplomate eidem ſtipendium 400. Ducatorum (ut ajunt) conſtituitur ob merita in gerendo rei frumentariæ negotium in tota Mediol. ditione.

JOANNES GALEAZ *Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, & Papiæ, Angleriæque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus. Nullam rem æquè dignam arbitramur, cui præmia, & honores debeantur, quàm fidem ſi in his egregia inveniatur, qui induſtriam animi, & alias virtutes fidei comites addiderunt. Hæc verò ſi in aliquo unquam*

quam fuerunt perſpecta, inſignem unum Egregium Virum Marchiſinum Stangam Secretarium noſtrum facere & poſſunt, & debent, nam ab adoleſcentia Illuſtriſſimo Domino Ludovico Patruo, & parenti, ac Locumtenenti, & Capitaneo generali noſtro dare operam, & ſervire cum cœpiſſet, obſervantiam, & fidem, quam primis diebus eſt pollicitus, per omnem adoleſcentiam ſemper ſuſtinuit, & majora quotidie præſtans, quàm expectari poſſe polliceretur, quantum modeſtè loquendo conceptam de ſe opinionem ſuppreſſit, tantum prçclarè agendo expectationem ſemper evicit. Itaque perſpecta in eo tùm ſumma fide, ſingularis etiam diligentia & ingenium effecerunt, ut cura rei frumentariæ (res una in tota ditione noſtra maximè gravis, & à ſummis viris adminiſtrari conſueta) Viro ipſi credi poſſe videretur, in qua re creditum munus ita geſſit, ut nullis temporibus longa armorum ſerie, neque vilior annona fuerit, neque plus fiſcus ex ejus adminiſtratione ſine alicujus iniuria perceperit. Itaque qui hæc tàm diligenter, & ſtudiosè fecerit, & faciat, noſtramque rem tanta fide, tantoque rerum noſtrarum publicarum, & privatarum commodo gerat, magnum nobis, magnum Illuſtriſs. Domino Ludovico parenti noſtro onus relinquit, ne parum gratè hujus tantæ fidei, & induſtriæ merita cognoſci videantur. Quod ne obiici nobis poſſit: & Marchiſinus agnita ejus virtute, quod facit libentiùs, & ſtudioſius facere valeat, quadringentos ducatos annuos ſtipendium ei conſtituimus, aſſignamus, & ordinamus, ut hujus mille, & ſexcentarum librarum ſummæ commodo, & bonore auctus fiat, apud benemerentes, ob operam ſuam collocatam, & aliis exemplo ſit, quid virtus apud optimum Principem ſperare poſſit. Mandamus igitur Magiſtris intratarum noſtrarum, caſſæque regulatori; item Theſau. generali. noſtris ut hoc ſtipendium Marchiſino Stanghæ aſſignent, & temporibus debitis integrè perſolvi faciant. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique Sigilli impreſſione muniri. Dat. Viglevani die x. *Januarii* Mcccc. Lxxxx. *Secundo.* *Cazolus*

Jo: Galeaz Mª Dux Mediolani &c.

Ludovicus Vicecomes. *B. Chalcus*

& ſigillat. a. t. Regiſtrata ad officium bladarum in libro morello commiſſionum in fo 44.

Poſt multas laudes in re nummaria agenda ſibi comparatas eidem Marchiſino donat ſedimen Mediolani, ut elegantiorem Domum ædificaret.

J*OANNES GALEAZ MARIA SFORTIA Vicecomes DUX Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ DOMINUS. Nullam rem Principes majoris proculdubio extimare debent, quàm eorum fidem, qui rerum ſuarum majora pertractant. In iis enim miniſtris Principum quietis, & ſalutis ratio magna in parte conſiſtit, unum inter ipſos habemus, Egregium Virum Marchiſinum Stangham, Secretarium noſtrum, cujus quanta ſit in nos candidiſſima fides, ingenium, & diligentia in adminiſtranda re nummaria noſtra, quotq; laboribus continuè pro dignitate, & gloria noſtra quamvis infatigabilis*

prematur. Hos quotidie experimur, & noſtris propè oculis intuemur: Accedit ad hæc ingens, & cana in eo adhuc juvene prudentia egregiis, & honeſtiſſimis moribus comitata, quæ non minus eum nobis gratum, quàm digniſſimum reddunt, quem ſæpius beneficiis cumulare, ornareque velimus. pręſertim eum, quæ in eum conferimus ad ornatum Inclytæ Urbis noſtræ Mediolani, & gloriæ noſtræ amplitudinem non exigua in parte convertat. Ne igitur meritorum ejus immemores videamur; ſed cum eorum repenſione ad perficiendas ædes, quas pulcherrimas, & ornatiſſimas in eadem Urbe noſtra ædificat, auxilio ſimus, decrevimus ipſum donare ſedimine, & domo infraſcripta, quæ ad Cameram noſtram legitimo jure ſpectat, & pertinet, domui ipſi ſuæ, quam ædificat contermina, & contigua. Quare tenore pręſentium ex certa noſtra ſcientia de poteſtatis plenitudine, etiam abſolutè motu proprio omnibus melioribus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, & validiùs potuimus, & poſſimus eidem Marchiſino de Stanghis Secretario noſtro Dilecto præſenti, & ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus etiam ſingularibus, & cui, vel quibus dederit, vel dederint, donamus titulo donationis puræ, meræ, & irrevocabilis inter vivos, cum remiſſione cujuslibet cauſæ ingrutitudinis, ſedimen unum, jacens in P. Vercellina, Parochiæ S. Protaſii in campo intus inclytæ Civitatis noſtræ Mediolani, juxta Plateam Caſtri noſtri portæ Jovis dictæ noſtræ Civitatis, quod fuit qu. Egregii Militis Domini Franciſci de Landriano, & poſtmodum pervenit in ſpectabilem Militem Dominum Philippum de Fliſco, Capitaneum noſtrum dicti noſtri Caſtri, & ſucceſſivè ab eo in cameram noſtram, pro ut & tenore præſentium declaramus, quod eſt, ſeù eſſe conſuevit cum ædificiis ab una parte D. Franciſcus, & Ambroſius Fratres de Ferrariis, & ab alia illi de Garbagnate, ab alia M. Stephanus de Serono in parte, & in parte Joannes Antonius de Ochagiis, ab alia D Marchiſinus Stangha in parte, & in parte illi de Cuſano, & ab alia, platea arcis portæ Jovis, mediantibus Eccleſia, & Sacriſtia ſalvo errore cohęrentiar. ſi quis adeſt ita quòd veritati ſit locus, exceptis Capella Glorioſiſs. Virginis Mariæ, quam Illuſtriſs. D. D. Ludovicus Maria patruus, ac Capitaneus, & locumtenens noſter generalis, ob devotionem ſingularem, quam gerit ad prælibatam Virginem, ædificari fecit propè dictum ſedimen, nec non & Sacriſtia in eo ſedimine exiſtente propè ipſam Capellam, & pro uſu dictæ Capellæ conſtructa, quæ Capella, & Sacriſtia non comprehendantur in hujuſmodi noſtris patentibus literis, ſeu in ea donatione, tali tenore, quòd ipſe D. Marchiſinus cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus etiam ſingularibus, ut ſuprà, habeat, & teneat, gaudeat, ac poſſideat prædicta bona, & Jura donata ut ſupra, & de eis, & in eis faciat, & facere poſſit, & valeat quicquid facere voluerit, & ſibi placuerit ſine alicujus contradictione, & in eum Marchiſinum pręſentem, ſtipulantem, & recipientem pro ſe, & ut ſuprà transferimus, ac eidem præſenti, & ſtipulanti cedimus omnia jura, omneſque actiones, & rationes uſus, & defenſiones utiles, & directas, reales, & perſonales, mixtaſque, ac

hypothe-

hypothecarias, & omnes exceptiones, replicationes, & retentiones Nobis, & Cameræ noſtræ undecunque, qualitercunque, & quomodocunque competentes, pertinentes, & ſpectantes, & competitura, & competituras, et adiacentia, et adiacentes in, de, pro, et ſuper prędictis bonis, et juribus ſuperiùs donatis, et pro eis, et eorum occaſione contrà, et adverſus datores, et fidejuſſores noſtros, et eorum datorum datores, et fidejuſſores, ac eorum hęredes, res, et bona, et contrà quaſcunque alias perſonas, quarum dicta bona, et Jura fuiſſent, vel dicerent fuiſſe in toto, vel in parte; Volentes autem plenum dominium, et plenam poſſeſſionem dictorum bonorum donatorum, ut ſuprà, in dictum Marchiſinum pręſentem, ſtipulantem, et recipientem, ut ſupra, transferre dare, et derelinquere, conſtituimus nos, et cameram noſtram tenere, et poſſidere vel quaſi bona ipſa nomine dicti Marchiſini, et pro eo, donec corporalem, et actualem poſſeſſionem eorum bonorum accipere, cui poſſeſſioni, et dominio illicò renunciamus, et ipſam poſſeſſionem cum dominio transferimus in eum Marchiſinum pręſentem, et ſtipulantem; Ipſumque Marchiſinum pręſentem, et ſtipulantem miſſum, et procuratorem in hanc rem ſuam conſtituimus, ita ut per omnia in modis omnibus in Camerę noſtrę Jus, et ſtatum ſit, et ſuccedat ipſe Marchiſinus in, de, pro, et ſuper prędictis bonis donatis, ut ſuprà, et pro eis, et eorum occaſione Tribuentes eidem Marchiſino pręſenti, et ſtipulanti licentiam propria auctoritate ea bona apprehendendi, et retinendi; Nolentes tamen de evictione teneri, nec de valore bonorum ſolutione, niſi quatenùs evictio ſequeretur pro noſtro dato, et facto tantùm; volentes, et intendentes has noſtras patentes literas habere vim publici Inſtrumenti, quod confectum fuiſſet à publico, et autentico Notario cum inſinuatione, et decreto Judicis, et cum omnibus illis ſolemnitatibus, quæ requiruntur in donationibus inter vivos: ſupplentes proindè quoslibet defectus etiam cujuslibet ſolemnitatis, ſi qui forſitan in prędictis intervenirent, et hęc omnia, et ſingula valere, et tenere volumus, et effectum ſortiri, et quòd ipſe Marchiſinus, ſuique hęredes, et ſucceſſores prędicti, et ſingulares poſſint, et valeant dicta bona, et jura donata, ut ſupra, quovis titulo, ſeù modo tàm in perſonas Eccleſiaſticas, quàm Sęculares alienare, et cambiare, et permutare, non obſtantibus quibuſqq; decretis Illuſtriſſimorum quor. prędeceſſorum noſtrorum, et etiam noſtris ac ſtatutis, juribus, proviſionibus, et aliis quibuſcunque in contrarium diſponentibus, vel aliter formam dantibus, etiam ſi talia forent, de quibus in pręſentibus noſtris eſſet habenda ſpecialis mentio, pręſertim decreto noſtro edito anno 1423. *die ſexto Octobris, quod incipit* Providere volentes; *etiam alio decreto noſtro edito anno* 1471. *die xx. Octobris, ſuper donationibus ad beneplacitum, etiam alio decreto noſtro edito anno* 1490. *die xxvii. Martii, et alio decreto eo anno edito die* 13. *Novembris ita, quòd per ſpecialitatem generalitati non derogetur, nec è contrà: Quibus omnibus, et ſingulis expreſsè, et ex certa ſcientia, motu proprio, animo deliberato derogamus, et derogatum eſſe volumus, Mandantes proindè Magiſtris noſtris utriuſque Cameræ,*

& aliis quibuſcunque officialibus, juſdicentibuſque noſtris præſentibus, & futuris, quatenus has noſtras firmiter obſervent, & faciant obſervari quęcumque contra tenorem earum non atemptando, nec atemptari permittendo, pro quanto gratiam noſtram caripendunt. In quorum teſtimonium pręſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique Sigilli impreſſione muniri. Dat. Papiæ die quarto Julii MCCCC.LXXXX.*tertio.*

Jo: Galeaz M. Dux Mediolani &c.

Ludovicus Vicecomes.

Et ſigillat. *B Chalcus.*

Conceſſio, & Inueſtitura Feudalis Plebis Incini, & Vallaſſinæ facta Marchiſino.

IN Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno Nativitatis ejus milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, Indictione ſecunda, die quarto Aprilis. Cum proximè legitimis de cauſis ad Fiſcum Illuſtriſs. Principis, & Excellentiſſimi D. noſtri D. Ludovici Mariæ Sfortiæ Angli Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Genuæ, & Cremonæ Domini devolutæ eſſent tota Plebs Incini cum Vallaſſina, & cum ſquadra de Mauris, & Nibiono, ac Terræ, & loca Mandelli, Bellani, Varrenæ, Dervii, & Correni cum Monte Introcio cum eorum omnium locorum juribus, & pertinentiis, pro ut aliàs tenta, & poſſeſſa fuerunt per qu. Comitem Petrum de Verme, & mox per D. Claram qu. ejus Uxorem, & poſtremò per D. Gaſparem de S. Severino. Devenit ipſe Illuſtriſs. D. Dux cum magnifico Equite D. Marchiſino Stanga, filio D. Chriſtophori Secretario ſuo ad liberam permutationem de prædicta Plebe Incini cum Vallaſſina cum ſquadris ſuis, ac de prędictis omnibus Terris, et locis, et eorum juribus, et pertinentiis, ut dictum eſt, ad Cameram ſuam devolutis cum Caſtro, Terra, et loco Popilii agri Parmenſis cum poſſeſſionibus ſuis, et aliis ſuis juribus, et pertinentiis ipſi Caſtro, Terræ, et loco Popilii ſpectantibus, proximis menſibus per ipſum D. Marchiſinum acquiſitis, titulo emptionis ab magnifica D. Eleonora de S. Severino Uxore magnifici D. Joannis Adurni: quemadmodum de ejuſmodi permutatione conſtat publico Inſtrumento, per Franciſcum Barzium Civem, et Notarium Mediolanen. hodie paulò ante præſens documentum confecto, in quo Inſtrumento permutationis, cum ipſe Illuſtriſs. Dominus noſter Dux Mediolani promiſerit eidem magnifico D. Marchiſino inter cætera dare, et concedere in feudum jurisdictiones totius dictæ Plebis Incini cum Vallaſſina, ac cum ſquadra, et terris, et locis prędictis, pro ut prædicta omnia, et ſingula fuiſſe, et eſſe vera prælibatus Illuſtriſs. D. Dux proteſtatus fuit, et proteſtatur ad petitionem pręfati D. Marchiſini ibi præſentis, ſtipulantis, et recipientis pro ſe, et filiis, et deſcendentibus ſuis, ut infra; Nunc ipſe Illuſtriſs. D. Dux etiam pro executione prædictarum promiſſionis, et conventionum vocato coram ſe ipſo Domino Marchiſino, ſedens pro Tribunali ſponte, liberè ex certa ſcientia, ac aliàs omnibus, modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus vali-

validius, & efficacius fieri, poteſt inhærendo ſeparationibus aliàs factis de Plebe, & Terris, ac locis prædictis à quacumque ſubjectione, & reſpondentia quorumqq; locorum, & Juriſdictionum Per enſis nudi traditionem, & intervenientibus quibuſqq; aliis ſolemnitatibus quomodolibet requiſitis inveſtivit, & inveſtit in feudum nobile, gentile, et honorificum, ac titulo Feudi Nobilis, gentilis, et honorifici prænominatum D. Marchiſinum Stangam Secretarium ſuum, ibi præſentem genuflexum, et debita reverentia ſuſcipientem pro ſe ſe, ejuſque filiis, et deſcendentibus maſculis, et legitimis, et de legitimo Matrimonio, lineaque maſculina natis, et naſcituris tantum modo de mero, et mixto Imperio, gladiique poteſtate, et omnimoda juriſdictione totius Plebis Incini, et Vallaſſinæ, ac Terrarum ſupraſcriptarum, et prout tenere ſolebat Comes Petrus de Verme, pertinentiarumq; ſuarum, et cujuslibet earum, et prout dictus Comes Petrus habebat, non autem de intratis, redditibus, datiis, Vectigalibus, nec proventibus aliquibus earundem, quæ in ipſum D. Marchiſinum titulo oneroſæ permutationis præfatæ, et, ut bona Alodialia pervenerunt, pro ut præfatus Illuſtriſſimus D. Dux ibi præſens ad interrogationem, et inſtantiam præfati D. Marchiſini ſtipulantis, et recipientis pro ſe, ejuſque filiis, et deſcendentibus, ut dictum eſt, affirmavit, et affirmat: Et hanc infeudationem dictæ Juriſdictionis, ſeù dictarum Juriſdictionum fecit, et facit præfatus Illuſtriſſimus D. Dux cum omnibus conditionibus, et reſervationibus, tàm ſuperioritatis ſuæ, quàm gabellę Salis, ac datiorum ferraritiæ, mercantiæ, et gualdorum, taxiſque equorum, ac logiamentis gentium armigerarum ſuarum, quas in ſimilibus inveſtituris feudalibus pro more apponi ſolitum eſt. Quę omnia, et ſingula pręfatus Illuſtriſſimus D. Dux pro ſe, et Camera ſua reſervavit, et reſervat, pro ut ante in prędictis locis ſervari conſuetum fuit. Supplens ipſe Illuſtriſſimus D. Dux omnes defectus cujuslibet ſolemnitatis, tàm extrinſecę, quàm intrinſecę, ſive formulis, quę in prędictis intervenire debuiſſe dici poſſet. Ac mandans Magiſtris intratarum utriuſque Camerę ſuę, nec non Communibus, et hominibus dictę Plebis cum Vallaſſina, et ſquadris, ac Terrarum, et locorum prędictorum, pertinentiarumque ſuarum, quatenus ipſum D. Marchiſinum, et filios, ſeù Nuntium, vel Nuntios ſuos in ipſorum locorum, terrarum, et Plebis cum Vallaſſina, et ſuarum pertinentiarum poſſeſſionem Juriſdictionis, ſeù quaſi ponant, manuteneant, et conſervent; ipſoſque D. Marchiſinum, et ſuos, ut ſuprà, debitè referendo recognoſcant pro veris dominis, et ſuperioribus ſuis, ac debitum fidelitatis, et obedientię juramentum prę-ſtent, Reſervata tamen ſuperioritate pręfati Illuſtriſs. D. Ducis, ut dictum eſt, ipſiuſq; D. Marchiſini, ſuorumque, ut ſuprà, officialibus pareant, et obediant, pro ut facere debent, et tenentur boni, et veri ſubditi erga legitimos dominos ſuos: Ex altera verò parte pręfatus Magnificus D. Marchiſinus ibi pręſens, genuflexus gratias agens pręfato Illuſtriſſimo D. Duci, tacta manibus ejus propriis Imagine Crucifixi Dñi Noſtri Jeſu Chriſti ſuper Miſſali, in manibus ipſius Illuſtriſs. D. Ducis ſtipulantis, et recipientis pro ſe, et Illuſtriſs. D. Maximiliano Sfortia

Anglo

Anglo ejus primogenito legitimo Comite Papiæ, & futuro Duce Mediolani, & ſi caſus accideret (quem Deus avertat) ut ipſe Papiæ Comes decederet ſine filiis maſculis legitimis pro Illuſtriſs. D. Sfortia ſecundogenito ſuo legitimo Duce Barii, quem eo caſu ex nunc ipſe Illuſtriſs. D. Noſter declaravit, & declarat ſibi, et dicto Comiti ſucceſſorem in dicto Ducatu Mediolani præſtitit, & præſtat debitum fidelitatis, & homagii juramentum in forma juris, & prout ex Capitulis veteris, & novæ fidelitatis continetur, et diſponitur: Renuntiantes præfati Illuſtriſs. D. Dux, et D. Marchiſinus invicem omnibus exceptionibus rei non ſic factæ, ut dictum eſt, et ne aliter dicere valeant, omnique probationi, et defenſioni in contrarium. Rogantes pro more præfati Illuſtriſs. D. Dux Mediolani, ipſeque D. Marchiſinus per me infraſcriptum Stephanum Guſpertum Cremonen. Ducalem Cancellarium, et Notarium, confici debere Inſtrumentum unum, et plura, pro ut opus fuerit, ejuſdem tenoris, et continentiæ. Actum in Arce Portæ Jovis Mediolani, videlicet in Camerino, in quo nunc reſſidet præfatus Illuſtriſs. D. Dux, ſito in angulo Viridarii ipſius Arcis, reſpiciente verſus Parcum. Præſentibus Reverend. in Chriſto Patre D. Jo: Jacobo Caſtillionæo, Archiepiſcopo Barii Ducali Archicapellano, et conſiliario fil. qu. Magnifici D. Brandæ Mediolanenſi, magnifico D. Michaele de Tonſis J. U. D. ex Ducalibus Præfectis Bladorum fil. qu. D. Joannis P. N. P. S. Protaſii ad Monachos Mediolani, ſpectabili D. Corradino Vicomercato fil. qu. D. Joannis Antonii Ducali Seſchaleo generali P. C. P. S. Thomæ in terra amara Mediolani, D. Dominico de Torricellis Novarien. qu. D. Melchionis, et D. Sylveſtrino de Bonſignoribus Laudenſi, filio D. Antonii Ducalibus Camerariis, omnibus teſtibus notis, et idoneis ad præmiſſa vocatis, habitis, et rogatis: Subſcripta cum ſigno tabellionatus antepoſito &c.

Lo✠cus Signi. *Ego Stephanus Guſpertus de Cremona, filius D. Pauli Ducalis Cancellarius, et publicus Imperatoria, et Ducali auctoritate Notarius, prædictis omnibus, & ſingulis, dum hìc agerentur, interfui, & à prænominatis ambabus partibus juſtus, & pro more rogatus præſens Inſtrumentum aliena manu idonea, me aliis Ducalibus negotiis occupato, in hanc publicam formam tranſcriptum confeci, & propterea in veritatis præmiſſorum omnium teſtimonium propria manu mea ſubſcripſi, & mei Notariatus ſignum appoſui conſuetum.*

Sigillat. B. Chalcus.

In Calce Regiſtrat. in libro albo regiſtri Officii Rationariæ Ducalis Cameræ extraordinariæ anno incboato 1487. *in fol.* 131.

Conceſſio Civitatis Novocomenſis Marchiſino, ac ejus Deſcendentibus facta, ex ſumma gratitudine per Decuriones illius Urbis.

PRæſidentes, & Deputati Officio proviſionum Communitatis Civitatis Com. quoniam Urbium ſtatus, & conditio eò plus proficit, majorique

rique

rique, & honorabiliori fama celebratur, quo præſtantioribus, dignioribuſque Civibus ſunt refertæ, præſentia quorum, et providentia decorantur plurimum, et multa ſuſcipiunt incrementa; Ideò animadvertentes quantum præſtantiſſimus, generoſuſque D. Marchiſinus de Stanghis inclytæ Urbis Cremonæ Civis, natuſque Spectabilis D. Chriſtophori, atque Ducalis Camerarius, et Secretarius moribus, Vita, ac Virtute celeberrimus, apud Illuſtriſſimum, et Excellentiſſimum Principem, et Ducem noſtrum Mediolani &c. valeat, et eis ſuis exigentibus benemeritis erga Ducalem Statum, ac pro immenſa, ſingularique affectione Communitati huic demonſtrata, ut ex facta nobis relatione per Johannem de Herba Cancellarium noſtrum latè percepimus. Præſentium tenore, motuque proprio, et ex certa ſcientia, ac omni modo, via, jure, cauſa, et forma, quibus melius, ac validius poſſimus, ipſum D. Marchiſinum, ac ejus filios, et deſcendentes, et deſcendentium deſcendentes Cives, et de Juriſdictione Civitatis Comi Facimus, Conſtituimus, et Creamus ita, et taliter, quòd ab hodierna die in antea idem D. Marchiſinus, ejuſque filii, et deſcendentes, et deſcendentium deſcendentes, ut ſuprà extrahere, diſtrahere, et quocunque titulo emere, vendere, et alienare, cæteraque facere, agere, et exercere poſſint tàm in Judicio, quàm extrà, ſicut et quemadmodum alii Veri Cives Incolæ, et originarii dictæ Civitatis, et quoniam ibidem factiones, et onera ſubeunt, et ſuſtinent, poſſint, et poſſe noſcantur. Decernentes etiam ipſos, et eorum quemlibet fungi poſſe in dicta Civitate, et Epiſcopatu, ac ubique terrarum illis omnibus juribus, honoribus, privilegiis, pactis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, et aliis quibuſcunque, quibus alii Veri Cives legitimi Incolæ, et originarii ejuſdem Civitatis, et ibidem factiones, et onera ſubeuntes, et ſuſtinentes, uti poſſe, et gaudere noſcuntur; perindè ac ſi ipſe D. Marchiſinus, ejuſque filii, et deſcendentes, et deſcendentium deſcendentes Cives veri naturales Incolæ, et Originarii prædictæ Civitatis, et ibi factiones, et onera ſubeuntes, et ſuſtinentes per retroacta tempora continuè extitiſſent; Et hoc non obſtantibus aliquibus legibus, ſtatutis, decretis, ordinibus, et proviſionibus in contrarium diſponentibus quoquo modo, ſi qua ſunt repugnantia, quibus omnibus in hac parte ſpecialiter, et expreſſè ex certa ſcientia, pro facultate nobis attributa, tàm ex lege, vel conſuetudine, quàm aliter derogamus, & derogatum eſſe volumus. Supplentes eadem facultate, et poteſtate, qua fungimur, omni defectui cujuslibet ſolemnitatis, quæ dici, vel excogitari poſſit in præmiſſis fuiſſe quocunque modo ſervanda. Mandantes inſuper, & Statuentes præfati Domini, ut ſi opus fuerit, et ad beneplacitum præfati D. Marchiſini, & ejus deſcendentium pro habenda confirmatione civilitatis hujuſmodi ſcribatur, & ſupplicetur Noſtro Præclariſſimo Principi dignetur, per opportunas patentes literas Civilitatem præmiſſam confirmare, & corroborare, prout jacet. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus, ſigilliq; magni hujus Communitatis impreſſione muniri. Dat. Comi ſub ordine promiſſionis die XXVIIII. *Maii* MCCCC.° LXXX^mo^ *nono factæ ......*
Subſcripta Johannes, & ſigillat.

Facul-

Facultas redeundi Italiam è Germania, Marchiſino Conceſſa à Ludovico Duce, cui Comes iter peregerat.

LUDOVICUS MARIA Sfortia Anglus, Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus Inter cæteros, qui nos in Germaniam ſecuti ſunt, fuit Spectabilis Eques D. Marchiſinus Stanga, Qui cum in pręſentia ſibi veniam domum redeundi concedi petierit, Viſum eſt eam non negare, ſed libenter deſiderio ejus ſatisfacere, & ita Tenore pręſentium ipſi concedimus, ut per voluntatem noſtram Mediolanum revertatur, cupienteſque tutum ubique iter ei pręberi, Hortamur, & rogamus quoſcunque Amicos, & Benevolos noſtros; Subditis autem noſtris mandimus, ut ipſum D Marchiſinum cum omni familia ſua, & comitatu, ſuiſque armis, & rebus, quacunque tranſire permittant, omni impedimento, et exactione ceſſante, quod nobis erit gratiſſimum. Dat. Hiſpruch ſub noſtri fide ſigilli, die XXVIIII. *Septembris* MCCCCLXXXX *nono*

& Sigillat.

LXXXXVII.

ALexander Oldovinus J.U.D. Romæ utriuſq; Signaturæ Referendarius, ac Rotæ Rectiſſimus Auditor, Legum excellentia nemini ſecundus, ſummis meritis ornatus, ab Alexandro VI. Archiepiſcopus Ceſareę, in Paleſtina anno 1497. declaratur; Anno autem 1501. ab Aſcanio Maria Sfortia, Ludovici Ducis Mediolani Fratre, S. R. E. Card., & Epiſcopo Cremonenſi interim abſente, ut ſuppleat Epiſcopi vicibus Cremonæ, ſubſtituitur, & in illius morte à Julio II. P. M. confirmatur, uſque ad adventum in hanc Sedem Galeotti Franciotti de Rupere, ejuſdem Julii II. ex Sorore Nepotis anno 1505. non aula Romana contentus, Patriæ, ſibi, & virtutibus vivebat, in cujus Eccleſia Cathedrali ſolemniter recepit die 16. Novembris anno 1512. Maximilianum Sfortiam Vicecomitem in Mediolani Ducatum reſtitutum, annuente Sum. Pont., Regis Aragoniæ, & Venetorum validiſſimo fœdere, qua die Urbis Cremonenſis novam poſſeſſionem fuit indeptus. Gravis tandem annis die 3. Januarii 1514. moritur, funebrique pompa tumulatur in Eccleſia S. Vincentii, nunc culta per Cler. Regul. S. Pauli In cujus obitu *Dominicus Bordigallus* cecinit.

Paſtor Alexander genitus de ſtirpe ſuperba
Oldoynorum, conditur hoc tumulo
Jure peritus erat, Ciceronis ut altera lingua,
Conſilio Anchiſa: Religione Numa.
Doctrinæ ſpeculum; vita moderatus, amator
Virtutum, ſemper officioſus homo.
Mors rapuit, mortalis erat; tamen inclyta virtus
Permanet æterna, non abolenda viris.

Eun-

Eundem memorat *Antonius Campus hiſt. lib.* 3.
Breſſianus in Roſ., et Viol. ac in Corona Vir. Illuſtr.
Jacobus Gadius in Hiſt. M. S., et ſcribit Alexandrum ſuum Avunculum fuiſſe.

LXXXXVII.

ZAnardus Bagarottus J U. D. moribus, & doctrina illuſtris, à Johanne Antonio della Turre Cremonæ Epiſcopo, Canonicus Majoris Eccleſiæ electus, & anno 1485. ab Aſcanio Maria Sfortia S. R. E. Card. Succeſſore Generalis Epiſcopii Adminiſtrator, Nepeti, & Sutrii non procul ab Urbe Romæ, & Viterbio ad Sedem Epiſcopalem, annuente Alexandro VI. erigitur, ubi ſexennio effulſit, & tandem Romæ ad meliorem vitam convolavit anno 1503.
Abbas Ughellus in Italia Sacra.

Scribitur à nonnullis Placentinus; attamen ex ſequenti Epitaphio ad Monumentum Familiæ Bagarottæ in Eccleſia S. Victoris Cremonæ, arguet Lector alienas Urbes ſpoliare mei non eſſe inſtituti.

D. O. M.

SPectator, morare, & liba Julio Bagarotto J C. Com., & Equit. Colleg. Decur. Cremonæ, cæteriſque amantiſſimis tredecim Fratribus una olim in Domo, una hìc in Urna quieſcentibus, Caſtrenſi imperio, juriſprudentiæ, artiſque Medicæ Laurea Illuſtribus, Aulico Officio decoratis, civilis ſapientiæ ſplendore à Jacobo Patre accepto, & aucto conſpicuis, Avorum Sacris Mitris religiosè excultis, Hieronymus Decurio heù quond. Fratrum ſuperſtes, ut fluenti optimè meritorum fœlicitati Beatis æternaret ſuffragiis, SS. Sacerd. pia largitione comparatis inſepultæ charitatis monumentum. Anno ſalutis MDCXXVI. *Poſuit meritis, bene precato, abito.*

LXXXXVII.

AUguſtinus abſque cognomento, ſuis natalibus inſignius fecit Oppidum Caſalis Majoris Franciſcanæ Familiæ Alumnus. Scholaſticarum ſcientiarum fœlicitèr abſoluto curriculo, nec non Theologiæ (ut vocant) Baccalaureus renunciatus, nomen poſteritati commendaturus inter alia, ſumma cum diligentia recuſit, & caſtigavit.

Opus Jacobi Philippi Bergomenſis de Claris Mulieribus Ferrariæ 1497. *Laurentio de Rubeis Valentino curante.*

LXXXXVII.

BArtholomæus Hermenzonius Romana, Græcaniaque literatura Inſignis, ac inter Nobiles ſui Sæculi Rhetores non obſcurus, mortuo Petro Manna, Cremonenſis Didaſcalii Præceptor ære

publico inſtituitur. Ejus opera periere, non ejus nomen immortale, quod celebratur egregiè à *Johanne Jacobo Crotto in Orat. pro Lucaro*, & in alia, qua deflet Cremonenſium J. C. ſtragem peſtilenti anno 1505. ſecutam, quo pariter tempore exitum vitæ habuit Hermenzonius:

Franciſcus Zava in Carm. lib. 2.
Hinc Hermenzonius, qui Nobilis, atque diſertus
Ornabat patrios, finitimoſque lares.
De eodem Faballus in Oration.
Veſtiolus in Orat. de Gymnaſiarcha
Julius Parteſius de Nobilit.
Cavitellus in Annal. ad ann. 1497.
Joannes Biffus, et
Platinus Platus Mediolanenſis in ſuis Poematiis commemorant Bartholomæum Cremonenſem, qui pro Hermenzonio eſt intelligendus.

Ex hac gente Hermenzonia fuit Hilarius, qui anno 1255. extitit Conſul Cremonæ.

LXXXXVII.

ELiſeus de Amidanis Ord. Min. Obſer. S. P. Franciſci Theologus inſignis, Concionator eximius; effecit, ut inter ingenii ſui partus enumerarentur.

Sermones ſuper Evangelia totius anni.
Commentarii ſuper quatuor libros Sententiarum.
Expoſitio ſuper Oratione Dominicali;
aliaque materno idiomate concepit.
Joſeph Breſſianus in Vir. Rav.

LXXXXVII.

FRanciſcus Cipellus è Civitate Buxeti Status Parmæ, tunc Diæceſis Cremonenſis, ea fuit ingenii vi, ea varietate doctrinæ, ut ex tempore de quaqq; re in quæſtionem non modò copioſè, verùm etiam ornatè dicere poſſet, propterea à Reip. Cremon. Præſidibus Magiſter delectus, ac publico ſtipendio cohoneſtatus fuit. Poeticis, ac latinis literis apprimè enituit, ſcribens

Carmina varia.
Regulas Grammaticales.
Ex Cavitello in Annal. ann. 1497.

LXXXXVIII.

ANtonius Picenardus Juriſperitiſſimus ex Patriæ Collegio, Decurio, & in orando percelebris, à Maximiliano Sfortia inter Ducales Fiſci Advocatos accitus, utique à Ludovico Francorum

Rege

Rege confirmatus, quum Luteriam Pariſiorum noſtræ Urbis nomine adivit, ut privilegiorum comprobationem obtineret. Ticini leges accuratè interpretatus eſt, in qua quidem ſcientia perrara elucubravit

Conſilia

Ex his penès me extant in vol. 2. M. S. Allegationum J. C. Cremonen.
Breſſianus in Coll., &
Syllabus Typis excuſus.

LXXXXVIII.

HIeronymus de Maximis, de Roma nuncupatus, cum ex alma Urbe ad noſtram inſignis illa familia antiquitùs proceſſerit, bonarum artium, ac liberalium diſciplinarum præſtantia illuſtris, inter Patriæ Decuriones cooptatus, tanquam amantiſſimus Pater, & fideliſſimus omnium Civium Tutor ſe geſſit. Non enim erat ex illis, ut ſcribit noſter doctiſſimus *Ala de Decur:* qui ſuperba elatione animi nimis inflati deſpiciunt alios, qui laudabilitèr ſtudiis occupati, maxima mole rerum agendarum opprimi nolunt, ſed in eo laboris intenti, ut à Deo gratiam, & gloriam conſequantur, & ſui nominis perpetua claritate refulgeant. Illorum enim memoria peribit cum ſonitu campani æris, & pompa exequiarum. Fertur ſcripſiſſe

De Vitæ Solitudine lib. 3.
De Animi tranquillitate lib. 3.

Breſſian. in V. R., & ex regeſtis Decurionum Patriæ, in quibus ex hac ſtirpe multi adnumerantur.

Hujus etiam Maximæ Romanæ Familiæ Hiſtoriam ſcripſit Jo: Ant. de Maximis, Epiſcopus Inſulanus, Camilli Patruus, S. R. E Cardinalis, ut notat laudatiſſimus Eques Mendoſius in ſua Rom. Bibl. Cent. 1. nu. 54.

LXXXXVIII.

SFortia Forlivius non inglorius Muſarum cultor, non inſulſis carminibus italicè ſcripſit

La Vita di Giobbe
La Vita di S. Lorenzo Martire
L'Erodiade, & alia, de quibus *Breſſian. in Virt. Rav.* devixit die 15. Februarii 1523., ut innuit

Dominicus Bordigallus in ſuis Epitaphiis, qui ſic cecinit.

Muſarum cultor, ſummus fuit atque Poeta
Spbortia Forlivius dulcis in eloquio.
Civibus, & Populo gratus, verboque facetus
Omnibus, aſt virtus vivit, & oſſa jacent.

LXXXXVIII.

DAniel Cajetanus Alexandri F. aliis perperam Gajetanus, & Galetanus Græcè pariter, ac latinè erudiriſſimus, & poetica facultate præpollens, cujus prima elementa ab Antonio de Frigeriis S. Helenæ Cremonæ Presbytero ſuſcepit, politiorem literaturam primùm Hunnii in Foro Julio, mox in Patria, ſubindè Patavii publico ſtipendio multis annis profeſſus, nomini ſuo celebritatis plurimum indeptus eſt. Hinc à Franciſco Sfortia II. Mediolanum accitus, Cathedræ Humanitatis Præfectus, ibi quoque ſumma cum laude aliquandiù docuit. Inſubria demùm ab Hiſpanis occupata, ejectoque Duce, in ſummo bonarum artium contemptu multa paſſus, Daniel in Patriam ſe recipere coactus eſt, ubi peſte correptus clauſit vitam anno 1528 non quidem egeſtate confectus, & mendicabundo ſimilis, ut notat *Pierius Valerianus lib. 2. de Infœlicitate Literatorum*. Nam in ejus Epiſtolis à me viſis M. S. (quæ ſimul cum aliis Codicibus ſervantur in Bibliotheca Conv. S. Franciſci Cremonæ) hæc leguntur: *Hilarioni Arb. Corbetæ, aut Braxæ, aut alterutri Cajetanus. Nunc temporis ſum Cremonæ, quandiù futurus, neſcio, Deus ſcit. Mediolanum deſolatiſſimum reliqui, noſtra peccata ſic tulere, ſed magis clementiam Divinam imploremus, & de cætero à peccatis caveamus. Viribus junior ſum ætate licèt gravis. Ingentem Græcorum librorum ſupellectilem comparavimus, omnes ſunt eruditiſſimi, & antiquiſſimi olim Theodori Gazæ mox Demetrii Chalcondylii, demùm in noſtras manus tranſiere. numero ſunt duo & triginta volumina; Seleuco ſatisfeci non debeo illi pilum, Venetiis fert animus, ſi ibo navi divertam ad vos &c. Cremonæ* 10 *Kal. Novēb.* 1527.

Leguntur & in altera Epiſtola, Nicolao Gariverto ejus Genero directa, data Mediol. die Paſchatis 1527. hæc alia *Tu intereà terras meas, & molam, & domum cura diligenter.*

Ex quibus, attenta ejus morte ſequenti anno, quis arguere poteſt num mendicabundo ſimilis obierit? erat quippè Patriæ Decurio, munus, quod tantum Viris Nobilibus convenit, undè ad extremam inopiam Cajetanum redactum credere nequeo me caſtor. Filios reliquit Simplicium, & Alexandrum Mares, Fœminas verò Catharinam nuptam dicto Nicolao Gariverto Cauſ. Collegiato Cremonæ, Eliſabetham, Dariam, & Urſulam, qui Simplicius defuncti Genitoris Buſto in primo Clauſtro S. Franciſci Cremonæ impoſuit lapidem, neſcio nunc, quo fato, ſublatum.

Danieli Cajetano Grammatico, Rhetori, Poetæ clariſſimo, latinæ, & Cecropiæ linguæ doctiſſimo. Simplicius F. faciendum curavit, obiit VIII. *Kal. Decembris* MDXXVIII.

Nobiliſſimi ejus ingenii Lucubrationes in totius poſteritatis memoria vivent.

Expoſitio in Priſciani Cæſarienſis libros de octo partibus Orationis, de Carminibus, & de Accentibus, Venetiis primùm apud Bonetum

tum Locatellum 1496. *quo tempore Daniel Hannii degebat, poſtremum apud Guillelmum Fontanetum* 1519. *utraq; editio Joannis Baptiſtę Policii tetraſthicon præfert*

Commentaria in M. Æ nnei Senecæ Tragedias, Venetiis 1498., *&* *Pariſiis* 1514. *typis Jodoci Badii Aſcenſii, qui ſua item & Gellii Bernardini Marmitæ Parmenſis Commentaria in eundem Poetum adivit.*

Præfatio in Julii Pomponii Sabini Commentarios in Virgilium, Petro Mannæ dicata, quę cuſa fuit Baſileę apud Joannem Oporinum 1544.

Funerarium habitum in Exequiis Magnifici D. Benedicti Tonſi Mediolan. Patritii Equitis &c. Cremonę Prętoris &c. Cremonę 1528.

Epigrammaton libellus in laudem Sanctorum abſque loci, & impreſſoris nomine.

Ulteriùs aſſervantur in enunciata Bibliotheca Conv. S. Franciſci multa opera M.S. tùm ſoluta, tùm ligata oratione, quorum catalogum ſubiicio.

Hendecaſyllabon, Ode, & Epigrammata magno in Codice lib. 18. *in quibus Olivarii pręnomine gloriabatur.*

Virgilianæ Ephemerides, ubi explicat Virgilii Æneidem lib. in fol. pag. 500. *circitèr.*

Hujus editionem pollicitus fuit Auctor in præfatione in Julii Pomp. Sabini memorata.

De Creatione Clementis VII. Sum. Pont. aliaque Carminum miſcellanea, & de Aquilejæ Patriarchis liber in folio magno corio coopertus, continens quoque

Annotationes in Lucanum, Epiſtolas, & Epigram.

Epiſtolarum liber alter in fol. pag. 100.

In Apulei libros Commentaria volumen in 4.

Codex alter Græco idiomate exaratus in fol. pag. 400. *circiter, continens varias lectiones ad Adoleſcentes græca lingua erudiendos.*

Compegit quoque Daniel, & in Nuncupatoria Expoſitiones Priſciani ad Andream Mocenicum Patritium Venetum, ſe illas quondàm in hominum manus emiſſurum promiſit, ſed in Bibliotheca Franciſcana non reperitur.

Enchiridion de Priſciani Numeris, Ponderibus, & menſuris, deque praeexercitamentis Rhetoricis, ac de Verſibus Comicis, necnon de ſitu orbis, & declinationibus.

Nec deſunt alia monumenta, quæ cultiſſimum Poetam Danielem teſtantur. Leguntur enim ejus Epigrammata libro Collectaneorum in funere Seraphini Aquilani Bononiæ 1500 Extant & ejuſdem Elegiaca præfixa Chriſtophori Marcelli Veneti Commentariis in libros Ariſtotelis de Anima, Venetiis 1508. ejus item Epiſtola, & Epigramma occurrit initio Commentariorum Lucæ Pacioli in Euclidem, Venetiis 1509.

Non caruerunt Danielis libri obtrectatoribus, & ſingillatim in Commenta-

mentarios Senecæ Traged. ex quibus Cornificius, & Labinius ab ipſo enunciantur in Apologia ad Thomam Mocenicum in Veſtibulo Operis. contra quos Polydorus Comes Cabaliatus Cajetani diſcipulus elegiaca tetendit ſpicula.

Inter ejus præclaros Diſcipulos quoque emicuit, Franciſcus Sfondratus S. R. E. Card. Pater legitimus Gregorii XIV de quo infrà, ut notat Johannes Jacobus Crottus in Oratione habita die, qua Sfondratus Collegium J. C. Cremonenſium indeptus eſt, ubi: *Cunabula Græcæ literaturæ per annuum tempus Daniel Cajetanus ex facultate rariſſimus illi dedit.*

Impensè amicitiam excoluit Summorum Virorum M. Antonii Sabellici, ut ex ejuſdem Sabellici Epiſt. Andreæ Alciati, Marii Equicolæ, Hieronymi Vidæ, Johannis Baptiſtæ Speciani, Nicolai Bottæ, Jo: Franciſci Quintiani Stoæ.

Eundem cum encomiis extulere præter memoratos.

Ludovicus Cavitellus in Annal. ann. 1528.
Antonius Campus Hiſt. Crem. lib. 3.
Geſnerus in Bibliotheca &c.
Vectiolus in Orat.
Faballus in Orat.
Zava pluriès in ſuis operibus
Julius Tarteſius de Nobilitate pag. 94.
Johannes Ludovicus Ariſius ejus diſcipulus in Carm. M. S.
Sanſovinus in Hiſt ubi de Cremona &c.

Dum mihi in evoluendis publici Archivii monimentis, & præcipuè in Fragmentis annorum 1526., & 27. ſequens Epiſtola ad manus devenit, optimum duxi, cum de Cajetani virtute, et meritis agat, hìc ab archetypo exſcribere

Dux Mediolani &c.

E*Gr., et Nob. dilecti noſtri: Eſſendo M. Daniele Cajetano noſtro dilettiſſimo, per le rare virtudi ſue, ornamento non ſolo ad quella noſtra fideliſſima Città, ma à tutto il Stato noſtro, et deſideroſi, che Egli ſia intertenuto ſino alla recuperatione della Città noſtra di Milano, che li poſſiamo dare la ſua ſolita lectura con una proviſione condecente, come è noſtro deſiderio, poiche per la mala qualità de tempi non poſſiamo ſupplire, hora mi è parſo ſcrivervi le preſenti noſtre, eſortandovi, e caricandovi per intertenimento del prefato M. Daniele, volerli pagare la penſione altre volte ordinata, et de tal coſa, oltra che ſia minima, et la farete volentieri per eſſere de voſtri, ne ſarà di ſomma ſatisfactione, e ne ſerveremo perpetua memoria, però non manchareti.*

Laudæ 17. *Octobris* 1527.

Signat. Franciſcus.

Subſcript. Ritius.

A tergo. Egr., & Nob. Præſidibus negotiis Civitatis Cremonæ noſtris dilectis.

Ma-

Majora de Daniele ſi quis ſcire deſiderat, legat hæc carmina, quæ de ſe ipſo ſcripſit in Hendecaſyllabis M. S.

Natura Ol. Danielis Cajetani ad Lectorem.

Eſt promptus, vigil, excitatus, acer,
Attentus, memor, obvius, facetus,
Eſt ſomni impatiens, cibique parcus.
Præceps in choleram, citrà furorem,
Turbatus ſimul, & ſimul ſerenus
Quenquam odiſſe nequit, licet ſit hoſtis,
Non odiſſe, ſed aptus eſt amare,
In Græcis ſtudioſus, & latinis;
Hac cauſa Venetas adivit oras
Præcox floridulos puer per annos
Conceptus Cytherejo ſub aſtro
Commixta Jovis, æſtuante flammæ
Majorum reverentia, & minorum
Omnis proſequitur, parique cultu,
Omnes vult Socios niſi impudicos
Veſtitur mediocribus lacernis
Gemmas in digitis gerit vetuſtas
Lotus ſplendidus, & Coma impexus
Eſt porrigineis notis iniquus
Exhorret ſcelus, appetens honorum
Rem non vult alienam, & indecentem
Quicquid vult, decet elegans id eſſe,
Utque & pulchrè, amavit uſque pulchra,
Si quid turpe in amando perpetravit
Statim pœnituit gravi dolore,
Nec poſtac repetivit illud unquam
Quamvis & caro fætida ipſe ſanguis,
Qui peccat, niſi poſtulat remitti
Ille eſt ferreus, & reus baratri
Nec ſpes ulla ſibi, eſt Deum Videre.
Legit plurima publicus profeſſor
Juſſu Cæſaris, Inſubrum, & Senatus
Merces annua chriſtini trecenti
Teſtes ſunt Aquileja, & Cremona
Magno Antenore gymnici penates
Et Metropolis altera alta Roma
Paſſorum illius acriter, laborum
Reſtant hendecaſyllabi agminatim
Septem ſcilicet ſine gratia, & lepore
Ullo, quos tamen trudere lector
Miti cuſpide ſaucies memento

Inſignes

Inſignes charitum huic fuere, pulchra
Virtute auſpice nobiles amici,
Primates Patriæ facti periti
Juris de numero referre quoque
Per.... Joſippium Brumanum
Tanquam Scævolam habeo præferendum
Multis & Veterum, & recentiorum
Mannam, Quem Fabio optimo tabellis
Pingendis bene comparare poſſis.
Argentam neque præterire fas eſt
Haud vulgariter, ore, legibuſve
Favendo, peritiſſimis diſertum,
Hunc Magnum Albutium Titum putaſſes
Si Ætate Albutii eſſe contigiſſet
Et Prætor Ligurum Urbe Schincbinellus
Cunctis Nicoleon taceo Botta
Haud poſſum Speciano id imperante
Iſtorum alterutrum Virum labore,
Doctrina omnigena, decore frontis
Magnis Principibuſque, Regibus
Alti Conſilii æſtimatione
Gratum pono, neſcias amantes
Inter ſe ſe adeò invicemque certant,
Innata faciles benignitate
Hii in ardore propares amabant
His vitam, omnia pignora obligavi,
Hos propter bona cuncta mihi obtigerunt,
Ut poſſim genios meos fateri &c.

LXXXXIX.

DAniel Burgus J. U. D. in Patriæ Collegio die 19. Decembris 1488. adnumeratus, quantum robur in obeundis negotiis tùm domi, tùm foris haberet, teſtis eſt Patria, à qua inter Decuriones eligitur Teſtis Urbs Senenſis, quæ Prætorem obtinuit, Teſtis Ludovicus XII. Francorum Rex, qui Cremonenſium Oratorem unà cum Lodovico Sfondrato Equite, Ottolino de Cautiis, & Raphaele de Segafeno anno 1515. eſt admiratus, Teſtis denique Franciſcus Gonzaga Mantuæ Princeps, qui eum inter ejus Urbis Rectores, ac Aulæ Conſiliarios promovit.

De *eodem Breſſianus in Coll., &*
Syllabi J.C.
Laudatur *à Daniele Cajetano in Carm. M.S.*

LXXXXIX.

PAganinus Ugolanus Nicolai F. ingenii eminentia perſpicuus, in albo J. C. Patriæ die 2. Februarii anni 1491. deſcriptus, nec nō inter Patrię Decuriones cooptatus, omnibus ſapientię numeris abſolutus excellebat. Ejus obitum, anno 1505. peſtilenti morbo ſecutum, deplorat *Johannes Jacobus Crottus in Oratione. Non abſq; gemitu meminiſſe Paganini Ugolani, inter optimos Juris Moderatores ſedem non poſtremam ſibi vindicantis. Hæc flebilis tot illuſtrium virorum memoria &c.* Hujus Imago depicta inter alias Illuſtrium Virorum Cremonenſium, proſtat in inſigni Palatio Nicolai de Raymundis noſtræ Urbis Archiatri, ac ſumma nobis benevolentia conjuncti. Memoratur *in Syllabis J. C. de Coll., & in Opuſculo Breſſiani Colleg. J. C. inſcripto.*

LXXXXIX.

JOannes Baptiſta Malumbra Federici Filius, ex Vicinia S. Donati in Coll. Juriſperitorum receptus die 23. Maii 1470. Juriſprudentia clariſſimus, Latinis, Græcis, ac Hebraicis literis opiparè eruditus, in quibus multa ſcripſit. Equeſtri dignitate à Jo: Galeatio Maria Sfortia donatus, ejuſdem ad Alexandrum VI. Orator pro bello ſedando, ut ejus conſiliis, & votis evenit. Dum eſſet Eccleſiæ Majoris Ædilis, molem admirabilem, quam Baptiſterium materno idiomate vocamus, ornamentis ditavit, ut ex marmorea inſcriptione ad ſiniſtrum latus extrà portam conſtat, jam relata pag. 351. ex hac antiqua Familia præter alios, ut ſupra recenſitos fuere Johannes Conſul Cremonæ anno 1258. Matthæus Jo: Galeatii Vicecomitis Mediolani Ducis, Vicarius Brixiæ, Bergomi, Cremæ, Veronæ, & Vicentiæ, Aloyſius Epiſcopus Arbæ Iuſulæ Illyrico adiacentis, nec non Thomas Corcyræ Nigræ Antiſtes ex Ord. Prædicatorum titulo Beati inſignitus continuis fulgens prodigiis. Noſter Baptiſta refertus meritis, & virtutibus, abſceſſit è vita die 29. Novembris 1519. ſepultus in Periſtylio S. Dominici, non ſine publicis lachrymis.

Regnante D. Joanne Galeatio Duce Mediolani ſexto, & Ludovico Patruo fœliciſſimè gubernante. Joannes Baptiſta Malumbra J. U. D., Jacobus Treccbus, & Robertus Guazzonus Patriæ Nobiles, ac Fabricæ Virginis Conſervatores,

Hoc Sacratiſſimum Baptiſmatis Templum plumbeo tegmine illuſtrarunt, Anno Chriſti Mccccʟxxxix.

De eodem Bordigallus in Epitaphiis.

Anno 1499. ad Rempub. Venetam, cui Patria ſe dediderat, pro eadem unà cum aliis Patritiis adivit legatus, ut publica redderet obſequia, & obtineret confirmationem privilegiorum, quorum præfationem (ut rem gratam Lectori faciam) hìc ſubnectam.

AUGUSTINUS BARBADICO, Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Univerſis, & ſingulis tàm Amicis, quàm Fidelibus præſens privilegium noſtrum inſpecturis ſalutem, & ſyncerae dilectionis affectum. Nulla re magis gloriari majores noſtri conſuevere, noſtrumque Dominium, quàm omnibus compertum facere, qualis ſit Status noſtri liberalitas, & munificentia erga noſtros devotos, & benemeritos. In quo peculiari inſtituto noſtro perſeverantes, cùm ſecuta fœliciſſima deditione fideliſſimæ Civitatis Cremonæ ad devotionem, & obedientiam, noſtram præſentiam, & conſpectum noſtrum adiiſſent Spectabiles Viri Baptiſta Malumbra Juris utriuſque Doctor, Jacobus Trecchus, Comes Alphonſus de Perſico, Nicola de Dovaria, Franciſcus Benzonus Doctor, Petrus Martyr de Ferrariis Doctor, Joannes Franciſcus Marianus, Thomas de Gallarate, Eliſæus Raymundus, Ludovicus de Sfondratis omnes Equites, Benedictus dell' Affaytate, & Gabriel de Maynoldis Oratores, nec non Sebaſtianus Cyria Cancellarius Magnificæ Communitatis Cremonæ, Et poſt præſtitum nobis, & Dominio noſtro, nomine antedictæ fideliſſimæ Civitatis, & univerſi Populi Cremonenſis debitum, & ſolemne veræ, ac perpetuæ fidelitatis juramentum, cum omni reverenti, & accommodata verborum forma, à nobis petiiſſent confirmationem Capitulorum, & promiſſionum antedictæ Magnificæ Communitati factarum, in fœlici adeptione noſtra Civitatis prædictæ, per Proviſores noſtros generales, aliaſque novas petitiones nobis porrexiſſent, & ipſis Oratoribus (ob imminentia quibus impliciti fuimus negotia) non potuiſſemus integram expeditionem præſtare, licèt conſtans propoſitum, & intentio noſtra ſemper fuerit non diſſentire, quantum honeſtè, & convenienter liceat, à deſiderio præfatæ Magnificæ Communitatis noſtræ, vocati fuiſſent Cremonam ab antedicta Magnifica Communitate novem ex prædictis Oratoribus, ſubſtitiſſentq; Spectabiles Equites Nicola de Dovaria, Eliſæus, & Ludovicus de Sfondratis cum præfato Cancellario, inſtantes ultimationem reſponſionum noſtrarum reſtantium; nos utpotè, qui illam fideliſſimam Civitatem, & Chariſſimum Populum noſtrum ſumma charitate, paternaq; dilectione amplexi fuimus, non deficientes à conſueta benignitate, & clementia Status noſtri, ſed eam latiſſimè diffundentes in beneficium, honorem, & commodum illius magnificæ Communitatis, & Populi noſtri, ipſis capitulis, & petitionibus libenti, gratoque animo admiſſis, ſingulis ipſorum cum Senatu noſtro ſingulariter reſpondimus, ut infrà, mandantes cum antedicto Senatu noſtro omnibus, & quibuſcunque Poteſtatibus, Capitaneis, Rectoribus, Proviſoribus, Officialibus, Vicariis, & aliis quibuſcunq; ſubditis noſtris, ad quos ſpectat, vel in futurum ſpectabit, ut præſens privilegium, conceſſiones, & deliberationes noſtras, plenè, inviolabiliterque obſervent, ac ab omnibus obſervari faciant, nec contrà eos aliquis præſumat, aut contendat, ſub indignationis noſtræ pœna.

Ad primum, quod incipit: Quoniam dominantes etiam abſque lapidibus, & calce ſe fortificare conſueverunt, videlicet ſubditos ſuos amore, & beneficiis complectendo juxtà illud, non armis Urbes, populi ſed amore

tenen-

tenentur; *Ideò Civitas Cremonæ, conſtanti fide, ex natura decorata audet intrepidè poſtulare, quòd ea beneficia ſibi impendantur, quæ infra his capitulis continentur. In primis, quòd tota Civitas, & univerſus Populus Cremonenſis cum ſua Diœceſi unanimiter, concorditer, & alacriter dederunt, & dant ſe, & totam Civitatem præfatæ Sereniſſimæ D. Venetiarum. reſponderunt, quòd in nomine S., & Individuæ Trinitatis Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & ad honorem, & gloriam Beatiſs. Evangeliſtæ S. Marci protectoris noſtri libenti, & jucundo animo acceptamus, & devotionem, & obedientiam noſtram fideliſſimam Civitatem Cremonæ, quam ob ſummæ fidei erga nos, & ſtatum noſtrum collocavimus, Nec ei ullo unquam tempore defuturi ſumus in iis omnibus, quæ dignitatem, & ornamentum illius Magnificæ Communitatis, ac commodum, & beneficium illorum fideliſſimorum Civium noſtrorum concernere dignoſcemus etiam &c.*

LXXXXIX.

GEorgius Cambiagus innumeras ingenii nactus dotes, in arte oratoria non modicos edidit partus, qui verſantur hoc titulo inter eruditorum M. S.

Orationes variæ.

Piè è vivis exceſſit die 20. Octobris 1518.

Bordigallus de eo cecinit:

Protector Patriæ fuit iſte Georgius æde
Cambiaga ſapidus, Religioſus homo.
Dulcis in eloquio, cujus prudentia clara
Emicuit Patria moribus ingenio.
Oſſa jacent, virtus tamen, & ſua fama remanſit
Æterna in terris, ſpiritus in Domino.

Inter Oratores Patriæ ad Franciſcum I. Galliarum Regem refertur à *Breſſiano* in Coll. ubi de Petro Martyre Ferrario.

LXXXXIX.

GEorgius Piſcius, ſeù Peſſus elegantis Vir ingenii, nonnulla modulatus eſt, quæ ſuprà mediocre Poetarum ſubſellium collocandum arguunt. Scripſit quoque ſoluta oratione permulta, quæ exoptantur.

Obiit die 5. Decembris 1516.

Bordigallus ejuſdem meminit in Epitaphiis:

Mors rapuit Vatem, nomenque Georgius antro
Conditur, egregia ſtirps ſua Piſſa fuit.
Doctus in eloquio Ciceronis, ut altera lingua
Perfulgens Patria Religioſus erat.
Oſſa ſepulta jacent tumulo, ſed ſpiritus æthra
Scandit, & in Domino dans requiem, fruitur.

LXXXXIX.

Hieronymus Mainardus Juris utriuſque Doctor, ingenio maximo, nec non acerrimo judicio, à Ludovico Sfortia equeſtri dignitate ob merita inſignitus: pleraque vulgavit

Legalia conſilia, quorum unum ſatis diſertum extat apud me M.S., in quo agitur de pulcherrima reconventionis materia, Ad Divi Angeli legitur.

Sepul. Spect. Clariſs. Jur. Utr. Doctor., & Milit. Hieronymi, & Jo: Auguſtini Fratrum de Mainardis, & Hæredum ſuorum MDII.

LXXXXIX.

Bernardinus *Licinius* Nobilis Vir ingenii (quo agnomine inſignis quondàm apud Romanos familiæ compertus eſt non indignus) hujus ſęculi finem illuſtravit. Eloquentiam in primis coluit, & innocentiam, qualis abundabat in Clodio Licinio Romanarum rerum ſcriptore, teſte Livio, neque defuit in Cajo Licinio Imbrice, qui citatur à Feſto, ſed deſiderata eſt in Largo Licinio, cujus Ciceromaſtix memoratur *à Gellio lib.* 17. *Noſt. Act. cap.* 1. pergloriosa quoque excedens veſtigia veterum ejus gentis Poetarum Portii Licinii, cujus verſus leguntur apud *Gellium eundem lib.* 10. & Caji Licinii Calvi, de quo plura *Lillius Giraldus in dialogis*, Muſarum ſacris enixè operatus eſt. Latino proindè carmine varia porrexit cum venuſtate, & lepore extant inter cætera ipſius

Epigrammata in Funere Seraphini Aquilani Poetæ Itali.

Quæ cum aliis ejuſdem argumenti ab Joanne Philotheo Achillino collectis, prodiere Bononiæ typis Caligulæ Baſilerii, Anno MDIV. Alia deſiderantur.

Dum Nobiliſſimam Urbem Bononienſem, ubi ſtudiis legalibus adhuc Adoleſcens Autor operam dedit, in hoc libro poſtrema vice commemorat: tenetur hic etiam Amici ſui Bononienſis Petri Antonii Bernardoni Poetæ diſertiſſimi, nuperrimè ad Aulam Cæſaream ob merita, & doctrinam vocati, nomen in amoris pignus referre.

LXXXXIX.

Stephanus Niger ex Oppido inſigni Caſalis Majoris, de quo (quamvis amarè) repetam quid de eodem digeſſerit *Pierius Valerianus lib.* 2. *de Infœlicitate Literatorum*. His tertium addemus Stephanum Nigrum Cremonenſem, Græcarum literarum ſtudio Nobilem, quas Mediolani per annos multos docuerat. Incidit is in eam temporum calamitatem, qua nulla multis ab hinc annis illi Urbi ærumnioſior accidit. Ea enim ab Hiſpanis oppreſſa, bono cuique Viro illic eſſe miſerrimum fuit. Nam in ſumma gladio-

rum

rũm impunitate, omnia ſine legibus, ſine judiciis, ſine jure, ſine fide, relicta erant direptionibus, & incendiis. Tàm miſero igitur tempore, & ſalariis, & alia omni minervali mercede defraudatus, ad extremam redactus paupertatem, & temporum perturbatione, dum turbulentis tot, tantiſq; rebus urgeretur, neque ulla ex parte allevationem ullam ſperaret, in lachrymis, & ſordibus infœliciſſimè defuit.

Extant tanti Viri æterna monumenta.

Commentaria in Hermogenem. Ad Ant. Pratum.

Dialogus de reconditis Græcarum literarum penetralibus: Mediolani in fol.

Dialogus Mercurii, & Stephani de laudibus Joannis Grolierii Lugdunenſis.

Commentaria in aurea carmina Pythagoræ.

Præfationes in Homerum, Pindarum, & Titum Livium.

Epiſtolæ nonnullæ.

Oratio in Adventu Patriarchæ Aquilejæ in Forum Julium habita.

De nimio vitæ luxu, ſivè Collectanea ex Athenæi Sympoſiariis nempè, de Heluonibus, & Bibacibus, de generibus poculorum, de inventione coronarum convivalium, de Unguentis, de Muſicis Inſtrumentis, de Bellariis, de Saltationibus, de Paraſitis, de generibus placentarum, de ſcortis Inſignibus, de Vino.

E Græcis quoquè tranſtulit

Heroica Philoſtrati, cum ejuſdem obſervationibus in Pauſaniam Iconum Philoſtrati lib. II.

Aurea Carmina Pythagoræ.

Orationem Muſonii de Optimo Principe.

De nimia obſoniorum appetentia.

Iſocratis Orationem de Regiis Muneribus. Hæc omnia excudit Mediolani Joannes Caſtellionus 1521., *& Baſileæ Henricus Petri* 1532.

Plutarchi Liber de Fraterna Benevolentia, & Oratio ejuſdem Conſolatoria, ad Appollonium Baſileæ cum reliquis Plutarchi Opuſculis latinitate donatis.

Tradit & Cavitellus ad annum 1497. è Græcis latinos feciſſe Theophraſtum, &

Pauſaniam Verùm fuiſſe reor (ut ſuprà innuimus) Heroica Philoſtrati, & Pauſaniæ

Scripſit & Carmina Varia. Mediolani, ut vidimus, diù degit, humaniorum literarum profeſſor; Undè Mediolanenſem aliqui ſunt arbitrati, ut Geſnerus in Bibliotheca Inſtituta, ejuſve Aſſeclæ, quibus adhæſit perperam *Abbas Philippus Picenellus in Athenæo Literat. Mediolan.* Verùm & ipſe purè ſe Cremonenſem fatetur, in limine Introductionum Anatomicarum Jacobi Berengarii

de

de Carpo, Bononiæ editarum typis Benedicti Hectoris anno 1523. extat enim ibi terſum epigramma cùm hujuſmodi Auctoris mentione *Niger Cremonenſis de Caſale Majori &c.*

Inter præcipuos Amicos habuit magnum Juris, ac omnis eruditionis Oraculum, Andream Alciatum, à quo crebrò illuſtribus carminibus commendatur.

Scriptores de eodem loquentes ſunt, ut adnotavi,

P. Angelus Aproſius in Bibl. Aproſiana pag. mihi 412., *qui de eodem ſcribentem refert Laur.* Legatum in ſuo Lyceo Herculis, ac notat ſcripſiſſe Epiſtolam, quæ ad eximium Virum Joannem Franciſcum Marlianum acceſſum parat.

Geraldus Vercellanus Sequanocelta in ſubſtructis ad Jacobum Minutium Reg. Conſil., ac Senatorem carminibus gręcis

M. Antonius Sabellicus in Epiſt.

Jo: Jacobus Friſius in Bibliotheca &c.

Fabianus Juſtinianus,

Hofmanus in Lexico &c.

Laur. Legatus in Muſæo Coſpiano lib.2. cap. 3.

Joſeph Maltraverſius in Opuſculo Italico de adnotabilibus Caſalis Majoris.

Ejus Opera Carminibus quoquè encomiaſticis proſequuti fuere celebres Poetæ, Bartholomæus Dardanus, Bartholomæus, & Franciſcus Philippinæi, Joannes Bithynius Puſterla Placent. Albertus Laurelus, Hyacinthus Arpinus, Jo: Petrus Ghurcius Vercell. Jo: Bartholomæus Marlianus &c.

LXXXXIX.

VAlerius Schitius, Legum Magiſter doctiſſimus, anno ſuperiore in Collegium receptus, non verò tiara doctorali catamidiatus, ut pleriſque noſtris evenit temporibus, de quibus egregiè *Venhuſius in Sphinge Philoſophica cap.25. Venit, inquit, ſtultus Juvenis ad Templum, doctoris inſignia recepturus, Præceptores illum celebrant, ſeù amore, ſeù errore: Tumet ille, vulgus ſtupet, applaudunt Affines, & Amici: Ipſe juſſus Cathedram aſcendit, cuncta jam ex alto deſpiciens, & neſcio quid confuſum murmurans. Tunc Majores certatim divina locutum laudibus ad Cœlum tollunt, tinniunt interim Campanę, ſtrepunt tubę, volant annuli, figuntur oſcula, vertici rotundus, ac Magiſtralis Bonetus apponitur. His peractis, deſcendit Sapiens, qui ſtultus aſcenderat. Mira prorsùs transformatio, nec Ovidio cognita. Sic fiunt hodie Sapientes, verus Sapiens fit alitèr.* Hactenùs ille. Schitius, inquam, propria virtute fultus, apud Duces Sforciados Orator pro Patria, ac ejuſdem ex Nobilibus Decurionibus ſummè pretio habitus fuit. adhùc proſtant ejuſdem

Conſilia in Jure elucubratiſſima

anno 1505. tempore peſtis ad ſuperos convolavit. Ejuſdem meminere *Breſſianus in Colleg. J. C., & Syllabi J. C. Coll.*

Jo:

Jo: Jacobus Crottus in Oratione Flebili, de qua crebrò facta fuit mentio. *Non diſſimili trahitur fato Valerius Schitius circumſpecta virtute, mirabilique eloquentia inſignitus.*

LXXXXIX.

THomas de Raymundis Marci F. J. C. Patrio Collegio datus die 24. Junii 1488. non tàm de Juriſprudentia, quàm de politiori literatura præclarè meritus, ac Hieroſolimitano itinere inſignis. pandidit *Carmina contrà Hypocritas*, & librum inſcriptum *Peregrinatio ad loca Sancta Hieruſalem*. Dicitur obiiſſe anno 1510. quo tempore ſimplices hoſce Muſarum Flores ſuper ejus urnam ſparſit *Dominicus Bordigallus*.

Et ſplendor, Patriæque decus, doctorque peritus
Raymundus Thomas clauditur hoc tumulo.
Hieruſalem Miles dicendi & lingua diſerta
Alter Ariſtoteles, Fons quoquè Pieridum:
Mors rapuit, mortalis erat, ſua membra quieſcunt
Surrectura polo tempore Judicii.

Breſſianus in Coll.
Syllabi J. C. Coll.

parce lector, ſi noſter ſcriptor Hypocriſis hoſtis acerrimus, occaſionem mihi præbet hìc nonnulla ſubdendi, quæ ex Doctrina *Chryſologi ſerm. 7. ſcribit Jo: Prideaux Orat. 12. inaugurali p. m. 426. edit. Tigur.* graphicè Hypocritam delineando.

Frater in ore, & pugio in manu; ſacrificium in ſpecie, & proditio in affectu, lachrymæ in oculis, & laniena in corde, Joabi, Abſalonis, & Iſmaelis ſacerrima ſunt emblemata. Ità ſalutat Sicarius, & obtruncat. Sacrificabit nequam, ut patrem pròdat; plorabit Tyrannus, dum Fratres deſtinat ad internecionem, ut Crocodillus, dum prædam devorat. De Scytala ſerpente notat Iſidorus, tot illum afferre dolores, quot habet colores. Nullus Poetarum Protheus, nullus Vertumnus varietati Hypocritæ nocendi artes expreſſerit, ſimulabit cum Herode Infantis cultum, quem meditatur tollere è medio: Orabit, jejunabit, eleemoſynas diſtribuet cum Phariſæis, ſed tantum, ut ab Hominibus conſpiciatur, & laudetur. Magiſter dicet, & applaudet, cum capiti inſidiatur, &, quod rectum eſt, diſſimulabit, ut, quod iniquiſſimum eſt, conſequatur. Oſculatur ut prodat, convertit ut pervertat, orat, ut devoret, minuta exagitat, dum graviora negligit, parentat occiſis, dum pergit occidere. Externa mundat, ut interiora talia eſſe credantur, ſic ut Regnum Cœlorum recludat aliis, quod nec ipſe conetur, nec curat intrare &c.

LXXXXIX.

PEtrus Martyr Ferrarius Vic. S. Andreæ J. C. illius ſæculi judicio emendatiſſimus, die ultima Aprilis anni 1495. Collegii honore præditus, permulta eloquentia pollens ad Rempubl. Venetam,

ut

ut ſcripſimus in Baptiſta Malumbra, pro Patria ablegatur equeſtri ordine inſignitus, cùm non ſolummodò partes ſibi demandatas ex Voto adimpleverit, verùm in ſui admirationem Summates illos ſapientiſſimos accenderit. Alteram exindè ad Franciſcum hujus nominis Primum Francorum Regem, unà cum Comite Georgio Perſico, & Georgio Cambiago Patritiis, legationem difficillimo rerum ſtatu obierit, cùm Pater Patriæ multò frequentiùs fuerit nominatus, Literarum innato amore adeò ſuccenſus, quoad vixit, ut vel plenè moriturus à librorum evolutione deflectere nollet, vel alter Solon, de quo ſcribitur, qui cùm in lectulo morti proximus decumberet, inaudiſſetque aſſidentes Amicos de re quapiam ſubmiſsè, nè ipſi moleſtiam parerent, diſputantes, erecto, ut potuit, jam ſemimortuo capite, rogaſſe eos perhibetur, ut aliquantò loquerentur clariùs ſibi, ſi etiam moriens aliquid diſcere potuiſſet, diſceſſum à vita jucundiorem fore. Scripſit opera permulta, inter quæ

Diſſertationes Legales. Mortalitatis onus depoſuit decimo quinto Kal. Decembris 1527., ut indicat *Daniel Cajetanus in Carminibus M. S.* occinens inter alia hoc epitaphio.

Hìc Prudens Moderator eſt humatus,
Qui dici Patrię Pater ſolebat
Petrus Martyr Eques, ſatus vetuſtis
Ferrariis pietate, veritate
Nullus Nobiliorque, nec clariorque
Hìc poſt fata, Homini eſt honor ſuperſtes.

In Portæ marmoreæ ſuperliminari, qua itur ad Turrim majorem, ſedet hæc Inſcriptio. *RR. Chriſti Morte Triumph., & Genitricis noſtrę, Himerii, & Homoboni Anathema. Petrus Martyr Ferrarius J. U. D. & Eques, Jacobus Guazzonus, & Jacomatius de Guarna Salerno Fabr. Pręfecti, Petrus Felinus Quęſtor, & Laurentius Trottus faciebant anno MDIII.*

MD.

THomas Ceriolus laurea legali inſignitus, pręſtantiſſimum Patriæ Judicum Cœtum, univerſa plaudente Urbe, ingreſſus die 3. Decembris 1473., ſummæ prudentiæ cùm eſſet, & gravitatis exemplo comendabilis inter Decuriones ſequenti anno admittitur, ac aliquandò in arduis negotiis ad Duces Mediolanenſes legatus eſt. vulgavit

Conſilia legalia.

Breſſianus in Coll. J. C.

Autores Syllaborum tùm M. S. tùm typis edit. de J. C. Coll.

Fitque etiam de Ceriolo mentio in Catalogo Decurionum Cremonę ad an. 1474.

Nonnullæ ex Thomæ allegationibus juridicis reperiuntur apud Amicum meum dilectiſſimum Julium Cæſarem Porrum in Cremonen-

monenſi Foro J.C. ac Egregium Cauſarum Patronum, non tàm Legibus, quàm Theologicis, Philoſophicis, Poeticis, & Oratoriis ſtudiis apprimè verſatum.

Eod. An.

KAtaldus Manna docta ſemper ortus, ac præclara familia Philoſophus, & Medographus ſummi cenſus, Græcæ, Chaldeæ, ac Hebraicæ elocutionis doctiſſimus, vulgavit

De Nexu utriuſq; Philoſophię lib. 2.

De Pulſibus.

De Morbo Gallico lib. 2.

De Generatione, & Corruptione lib. 5.

De Semine infecto lib. 2.

Kataldum laudibus extollunt *Ant. Campus hiſt. lib.* 3. *Daniel Cajetanus in Carmin. M.S.*

In Eccleſia D. Auguſtini proſtat Inſcriptio literis cubitalibus extenſa in ſtylobate ſecundæ Columnæ ad lævam.

D. O. M.

Kataldo Mannę Medico clariſſimo Petrus Manna Medicus F. Patri Benemerenti, & Thomæ Mannæ, J. C. Oratori Urbis incomparabili Fratri Cariſs. hoc monumentum dedicavit Anno poſt Chriſti Nat. MDXLV. Kal. Novembris Imp. Cæſ. Carolo V. Aug.

Cum de hoc Medico inſigni mihi ſummo contigerit, non poſſum hunc librum libenter abſolvere, niſi alium Egr. Medicum Cremonæ Amicum meum humaniſſimum recenſeam, & ſcilicet Homobonum Piſonem Philologum etiam ornatiſſimum, nunc publicè medicinam profitentem in celeberrimo Patavino Gymnaſio.

Eod. An.

ANgelus de Soncino ex Ord. Min. S. Franciſci, ad cujus æterni nominis gloriam repetere allubeſcat, quæ de eo ſcribit *Haroldus in Epitome Annalium Vvadinghi Anno* 1540. *num.* 80. *de Provincia Corſicæ S. Franciſci Brandi, ubi deceſſit Angelus de Soncino Provinciæ Januæ Deffinitor Generalis, Vir Venerabilis, & Pius, Inſignis Prędicator, & zelator præcipuorum ſuæ profeſſionis, mira corporis maceratione à cibis abſtinens, ſolo pane, & aqua, ac fructibus contentus. Miſſus hujus Provinciæ Viſitator laboribus, & pænitentiæ exercitiis attritus, vitam ſancto fine quievit.*

Ex iiſdem Ordine Franciſcano, & Patria inter Beatas recenſita *in Martyrologio Mediol.* edito nuperrimè *à doctiſſimo P. Paulo Boſca*, occurrit ſub die 1. Novembris Modeſta de Soncino.

Eod. An.

AMbroſius de Soncino ex Familia de Tormolis Ord. Præd. Converſus, humilitate, obedientia, ſilentio, oratione, & labore admirabilis, verè Dei Servus, non literarum ignarus, ſcripſit italicè

Vitam B. Luchinæ de Soncino, &
Vitam B. Jacobi de Ulmo, ex cujus ſcriptis P.P. Silveſter Prierius, Iſidorus Mediolanenſis, & Jo: Ant. Flaminius ſuas latinas deduxere. Fuit & antiquarum Vitriatarum Artifex præcellens, ut notat *Leander de Albertis in deſcriptione Italiæ*. Divinis meritis plenus bonos implevit dies anno circiter 1500.

Breſſian. in Corona Vir. Illuſtr. lib. pr. ubi illos recolit Sanctitate Inſign.
Peregrinus Merula in Collectione Vir. Cremon. Sanctitate Illuſtrium.
Altamura in Biblioth. &c. Beati præ nomine eum memorat.
Ant. Senenſis in Chronico, & Biblioth. &c.
Rovetta in Biblioth. Cronologica, & alii plures, ac præcipuè *Scriptores de rebus Ord. Præd.*
Laur. Legatus in Muſ. Coſp. lib. 3. cap. 6.

Floruit & hiſcè temporibus vitæ Sanctimonia celebris, & ex eodem Ord. Præd. Clericus Franciſcus Cropellus pariter à florentiſſimo Oppido Soncini, de quo *Peregrinus Merula*, & *Breſſianus locis citatis. Jo: Michael Plodius Vit. Vir. Illuſtr. Seraphinus Razzius in hiſt. &c.* & ex Monialibus ejuſd. Ord., & Patria Venerabiles Luchina de Stropenis, ſeù de Barbobus, Priſca de Rizzolis, Octavia ex Comitibus de Covo, ac

B. Stephana de Quintiano appellata, ibi in Monaſterio S. Pauli ſepulta multis effulgens Miraculis, ut indigitant ſcriptores ejuſdem Vitæ, & præſertim Fœlix Corona de Tintis Cremonenſis ejuſdem Monaſterii alumna in ſuo libro edito Cremæ 1658. apud Jacobum Ferrarium.

Eod. An.

CAmillus de Ferrariis Presbyter ſæcularis, pietate gravis, & eloquentia potens permulta elucubravit opera ad ſalutem animarum, ut optimum Sacerdotem decebat; non erat enim ex illis, quos increpat *Johannes Maria Capalla libro Arca ſalutis nuncupato, qui Judæ luem imitentur, qui ad ſolam pinguedinem Muneris Eccleſiaſtici, & beneſitium obtutus defigentes anhelant, renuunt autem quæcumque non ſunt conſperſa pinguedine temporalium redituum, quæ autem pinguia conſpiciunt, non ſolum porrecta ſuſcipiunt, ſed & invicem, & è manibus diſtribuentium quo poſſunt conatu extrahere, moliuntur.* Ejus libri ſunt

De Officio Parochorum lib. 2.
De Sacramento Penitentiæ lib. 3.
De modo viſitandi infirmos.

Breſſianus in V. R.

Hiſce fermè temporibus floruit Jacobus Ferrarius latinæ, Græcæque apprimè doctus, ut ſcribit *Comes Franciſcus Perſicus in proemio libri IV. ſuæ Hiſt. M.S.*

Ano-

Eod. An.

ANonymus Cremonenſis Aſtrologus floruit circà annum Domini 1500., vel paulò ante; Quem acrius impugnavit Paulus Orlandinus Florentinus Abbas Camaldulenſis, ſuique Ordinis Vicarius Generalis *in Libro ſatyrico contrà Aſtrologos*. Qui eſt Opus ſextum *Epthatici*. Eptaticum iſtud ſervatur M.S. in Bibliotheca Angelorum Florentiæ, ejuſq; præter alios meminit *V.C. Jo: Mabillonius in ſuo Itinere Italico*. Ut verò in tenebris omninò non deliteſcant, tùm quæ Anonymum hunc ſcripſiſſe, tùm occaſionem, quam eum calamo caſtigandi habuiſſe Orlandinum, licet inferre ex hujus Opere, undè hic nonnulla ſubiicio ex Epthatico M.S. excepta. Tractatus itaq; hujuſmodi inſcribitur. *Epthatici opus ſextum liber Satyricus contrà Aſtrologos: ad Dominicum Maurocenum D. Marci Procuratorem*. Incipit verò: *Fr. Paulus Orlandinus Vicarius Generalis Congregationis S. Michaelis de Murano Camaldulenſis Ordinis, Magnifico, & Generoſo Viro, & D. Marci Eccleſiæ Procuratori celeberrimo S.P.D. cum acceſſiſſes nudius tertius ad noſtrum S. Michaelis de Murano Cœnobium Magnifice Dñe, ſimul, & præclara animi tui virtute coram Rev. Abbate, aliiſque nonnullis hujuſmodi Monaſterii Fratribus obtuliſſes nobis Cremonenſis cujuſdam Aſtronomi ſchedam quampiam, Ea utique perlecta, quid ego ſuper illam ſentirem, continuò me interrogaſti Ego verò &c.* deindè abſoluta Epiſtola ad Maurocenum ſequitur.

Cap. primum Argumentum totius Operis. Cum autem pagella Cremonenſis hìc de compluribus paſſim agat, nè quid ſupervacaneum, atq; indecens hìc à Nobis interponatur, Tetragonum effingemus quempiam, ſimul ac rem omnem in actus fermè quatuor dividemus, ut conſtet quid ſit id, de quo à nobis in præſentia diſputetur. Is igitur tandem Aſtronomus abhinc decennium compoſuit, in ſuis climatericis indicium quoddam, in quo ipſe principaliter agit de Adventu Antichriſti, atque idcircò de noviſſimo die, dicens anno Domini 1505. *Antichriſtum naſci debere, & anno* 1530. *eumdem eſſe cunctis gentibus manifeſtandum ad efficiendam Religionem illam, quæ ſub Planeta Lunæ conſtituta ſit, quemadmodum & Religiones quælibet ſub planetis ſuis. Dicit inſuper Antichriſtum ipſum de Virgine eſſe naſciturum, quoniam ſcilicet mater ejus etiam poſt partum Virgo permanebit; Concipiet autem illum ex incubo Dæmone, ut Merlinus fuit à ſua Matre conceptus. Hęc eſt fermè ſumma rerum ex libello illius. Qua ſuper &c.*

Præſtantiſſimis ſui ævi, doctiſſimiſq; Viris accenſeri jure poteſt Orlandinus portentosè propè memoriæ vi, pietate, literiſq; gravioribus nedum, ſed Poeticis etiam excellentior, ut celebratur *ab Abbate D. Petro Canneto Amico meo doctiſſimo in Bibliotheca Camaldulenſi M.S.*

Quinam fuiſſet Anonymus iſte Cremonenſis Aſtrologus, operæ pretium eſſet acu rem tangere. Verùm quia ennarata ad dede-

cus magis, quàm ad ejus gloriam exſcripta videntur, ſatis eſt id pandidiſſe; nihiloſecius ut meo inſtituto morem geram, hunc Aſtrologum tali affectum calumnia Baptiſtam Plaſium fuiſſe arguerem, de quo ſuprà ad annum 1483. facta eſt mentio. Hic enim Venetiis circà eam tempeſtatem admodum notus illuxit: Quippè ille fuit, ut legimus, qui Franciſci Foſcari Ducis à Reip. ſumma dignitate nonnullos antea menſes depoſitionem præviderat

Hanc igitur planiſſimè dixi calumniam, non quidem ab Orlandino ut potè Viro candidiſſimo contextam, ſed ab Æmulis, ac Invidis Plaſio ſomniatam, ac commentitiis figmentis inventam, ut tanti ſcriptoris gloriæ detraheretur, cum ſchedam ab Abbate Orlandino allegatam quilibet effingere poſſet, ac nomine Cremonenſis Aſtrologi inſcribi. de hoc porrò, ut meo juridico more loquar, non conſtare individualiter affirmo; ergo de ea ab Autore Cremon: & ſaltem à Piaſio compoſita juſta nequit adferri ſententia. Atqui Plaſium Virum ſuis ſcriptis celeberrimum de tàm celeri Antichriſti Adventu juditium promere indubitatum, aſtronomicis ſtudiis voluiſſe, perdifficile, quinimmò impoſſibile mihi ſuadeo.

EN Amice Lector, primus harum lucubrationum liber, è calamo ad Calcographi præla perductus. Ut prodat in lucem mentis fœtus, informis quanquam, & immaturus, ſollicita paterni amoris pietas coegit, nè fortè, ut (quandoq; contingit) cum *Petro Damiano* inter Camaldulenſes Viro Doctrina, & morum Sanctimonia maximo, queribundus, impari licèt jactura, ingemiſcam. De libro enim eidem furto ſurrepto *lib.* 2. *Epiſt.6.* Divus ipſe ait. *Tulit librum meum, quem velut filium unicum ulnis uterinæ dulcedinis amplectebar*. Ut tui Juditii aleam intrepidè ſubire poſſem, ingenio non adeò variis Reipublicæ curis exagitato, ac penè detrito, mihi opus erat. At de his veniam à te jam popoſci, nequè hìc ſuperiora repetam. Non enim vereor, quin ſis prudentiùs acturus, quàm valeam efflagitare. Vale, & fortunare.

LAUS DEO, B. VIRG. MARIÆ

ſine labe conceptæ, ac

Divo Seraphico S. P. Franciſco.

APPEN-

APPENDIX
AD ANNUM MCCXLIII.

FErdinandus della Manna Vir non aſpernandæ memoriæ, cum in ſacris Ædibus Divæ Luciæ dicatis habuerit ſepulchrum ſic inſcriptum *ex Monum: Buſchetti*

MCCXLIII. *Die* I. *Februarii R. Ferdinandus della Manna Theologus, & Philoſophus Præclarus Vicarius Generalis Archiepiſcopi Ravennæ, & Canonicus S. Petri de Urbe hic ſitus eſt.*

Ad annum MCCLXXXIV.

GUillelmus Pallavicinus Mediolani Prætor, cujus eſt epitaphium in Cathedrali Cremonenſi à *Buſchetto* allegatum.

Guillelmus Pallavicinus Nob. Cremon. Mediolani Prætura functus, Vir integerrimus de Patria Benem. hìc quieſcit; obiit anno MCCLXXXIV. V. *Kal.Decembris. Manfredus F.Cariſ.*

De alio Guillelmo Pallavicino in Eccleſia S. Abundii Cremonæ id legebatur

Hìc requieſcit in pace Strenuus Guillelmus Pallavicinus Conductor Armorum Barnabovis Vicecomitis Med. & Cremonæ Domini in bello Fortiſſimus, & in pace prudentiſſimus, qui tandem obiit Non. Aug. Anni MCCCLX. *Hæredes M. P.*

Ad annum MCCCXV.

MAtthæus Sfondratus ſepultus in Eccleſia S. Pauli, erat Homo doctiſſimus, ut ex ſequenti Epigraphe

Matthæo Sfondrato Philoſophiæ, & Aſtrologiæ Profeſſori Clariſſimo, qui in Patria multum elaboravit, hìc tandem quieſcit. Hæredes Mœſt. ne memoria Tanti Viri deperderetur Hoc P. M. Vixit An. LXXVI. *Menſ.* IX. *Dies* XXIII. *Obiit* XV. *Kal. Aprilis A. D.* MCCCXV.

Ad annum MCCCLXVIII.

DOminicus della Manna hìc eſt recenſendus, ſi de eo proſtat hęc Epigraphe in Eccleſia S. Galli, ut refert Buſchettus

Dominici della Manna Philoſophi doctiſſimi, Pietate, moribus, ac literis Græcis, Latinis, & Hebraicis eruditi corpus hìc jacet. Obiit Pridiè Kal. Martii A. D. MCCCLXVIII.

Ad

Ad annum MCCCLXXXVI.

FErdinandus Schinchinellus Philoſophus, & Aſtronomus ſuo ævo celebris; nam prò eo in Templo Divi Lucæ erat tumulus hiſce notis obſignatus.

In hoc tumulo jacet Nob. Vir Ferdinandus de Schinchinellis Philoſophus, & Aſtronomus præclariſſimus, qui requievit in pace. An. Domini. MCCCLXXXVI. XI. *Kal. Martii. Æt. ſuæ An.* LXXVI.

Ad annum MCCCLXXXXIII.

LAzarus Ala Eccleſiæ Cathedralis Archidiaconus, cujus encomia hæc carmina perhibent, in eadem Eccleſia ejus ſepulchro adiecta, quæ in M. S. Inſcriptionibus *Buſchetti* etiam proſtat.

Famoſus Virtute ſua, quem Pagina ſacra
Artes, & Medicina Virum fecere Peritum
Doctorem, quo Cive ſuo vivente Cremona
Gaudebat multum, natus de ſtirpe Parentum
Ala, qui factus bonus Archidiaconus hujus
Eccleſiæ ſitus eſt hic Lazarus ille Magiſter.
Annis mille ſuos Phœbus renovaverat ortus
Tercentum Noviesque decem Tribus, atque notatis
Illius Aprilis conjuncta luce ſecunda
A Chriſto nato cum Mors ſua lumina clauſit.

Ad annum MCDXXIV.

ORlandinus Maximus de Roma, inter inſigniores ſui temporis Medicos recolendus, ut habetur ex hac inſcriptione ſepulchrali in Ædibus Divo Sylveſtro ſacris.

Egr. & Nob. Artium, & Medicinæ Doctor D. Orlandinus de Maximo de Roma hìc ſitus eſt. Obiit Pridiè Non. Januarii MCDXXIV. *Ætatis ſuæ An.* LXVIII.

Ad annum MCDLXVI.

THolomæus de Auguſtis illuſtris doctrinæ Vir, ſi ex Epitaphiis collectis à *Buſchetto* hæc habetur, quæ in Eccleſia non procul ab Urbe extrà Portam S. Lucæ Incroſato vulgari ſermone nuncupata proſtabat.

Oſſa Nob. D. Tholomæi de Auguſtis Mathematicæ ſcientiæ Profeſſoris in hoc tumulo jacent cum Nob. D. Roſelmina de Plaſiis ejus Uxore cum ſuis Hęredibus ſi volunt. qui Tholomæus obiit Pridiè Non. Septembris A. H. S. MCDLXVI.

Ad

Ad annum MCDLXXI.

ANdreas Maggius, de quo habetur in Templo Divæ Luciæ hoc ad perennitatem ſui nominis Monumentum, ut ex libro Inſcriptionum.

Andreæ Maggio J. U. D. Præpoſito Hujus Eccleſiæ ſummæ probitatis Viro præter eloquentiam, qua mirificè claruit. Hic ille requieſcit in Pace. Vixit An. LXIX. *Obiit Anno Publicæ Salutis* MCDLXXI. XI. *Menſis Decembris. Matthæus Maggius Nepos Patruo Chariſs. P.*

Ad annum MCDLXXV.

BArtholomæus Paſqualis Virtutibus pollens, ac nobilitate, ut indicat Epitaphium, quod ſubnectitur, extans in Eccleſia Divi Georgii Cremonæ

Bartholomæus Paſqualis, qui ſplendidis natalibus procreatus, animi Virtute, & celebritate literarum floruit, in hoc tumulo quieſcit in Pace. A. D. MCDLXXV. *Idibus Septembr.*

Ad annum MCDLXXXIII.

MAtthæus Vaſalus ex Oppido Mutianicæ Agri Cremonenſis, vulgò Mozzanica, magni nominis Medicus, ſi fides danda eſt Epitaphio ſuper ejus tumulum appoſito, in Magnifico Divi Auguſtini Cremonæ Templo.

Marmoreus tumulus, quem cernis Amice Viator
Conſpicuum Medica contegit Arte Virum.
Teſtis Roma ſuæ Virtutis, Lucaque Teſtis
Sanantem Ægros Mors invida eum rapuit.
Matthęum genuit Vaſalum Mutianica Tellus,
Sunt tibi, ſed cineres Pulchra Cremona decus.

ALIÆ APPENDICES.

Pag. 7. poſt lin. 18. addantur.

JO: *Baptiſta Aſſandrus* Egr. Cauſidicus Cremon. in ſua, quam de Patria doctiſſimè elucubraverat Hiſtoria, cujus tantum breve fragmentum penès me eſt, cum integrum illius Volumen uſque adhuc exhumare non potuerim, inquit. *Nonnulli ſcribunt* (quibus tamen ipſe diſſentitur) *ædificatam fuiſſe Cremonam à Jano, qui ſuis ibi repoſitis theſauris eam Crumenam primò appellaverit.* poſtmodum ſubdit. *Alii à Brenone Pallantis Socio, & ab ejus nomine Brenonia vocata.*

Joſeph Malumbra in Epiſt. ad Bartholomæum Fratrem ſuo libro præmiſſa, italicè inſcripto *Pratica Univerſale faciliſſima, e breve*

di

di miſurar con la viſta &c. ab Agrimonio Troiano fundatam Cremonam aſſerit, & ab eo Agrimoniam dictam, poſteà Crumenam, indè Cremonam.

Pag. 18. poſt lineam 16. addatur

Hinc forſan *Athanaſius Kircherus è S. I. in ſuo Latio Vetere, & novo cap.* 3. dum agit de Sepulchro Veterum Turiorum in Monte Tuſculano non ità pridem detecto, noſtrum Marcum Furium Bibaculum, ſed male, Romanum appellavit.

Pag. 42. lin. 1. poſt verbum, *moriuntur* addatur.

Balthaſſar Bonifacius Ludricæ Hiſt. lib. 16. *cap.* 4. ſcribit Albuneam Sylvam ejus eſſe naturæ dicebat divinus Vates Æneidos lib. 7. ut ſævam exhalet opaca Mephitim; Hæc verò Mephitis, quæ nihil aliud erat, quàm graveolentia quædam peſtifera, vel ex Tellure, vel ex aquis, vel ex ſpecubus, vel ex nemoribus procedens cum vim occidendi haberet, Dea credita eſt ab iis, qui rebus tùm maximè bonis, tùm inſignitèr malis Numen ineſſe putaverunt. Hujus itaque fœtidiſſimæ Divæ quam putori, tetriſque odoribus præfecere Templum Cremonæ fuit.

Pag. 80. lin. 26. addatur

Quinimmò inter Canonicos Cremonenſes floruiſſe Sigiſmundum Cremam apparet ex Epitaphiis *Buſchetti* in Cathedrali Cremonæ, ubi

Sigiſmundo Cremæ J. U. D. Canonico hujus Sacri Templi Viro prudenti, & pietate ſingulari. Hìc obdormivit in Domino III. *Id. Novembris Anno à Chriſti Nativitate* MCC.

Pag. 84. poſt lin. 28.

In ſua Cathedrali Eccleſia ſepelitur hoc Epitaphio ex M.S. *Buſchetti* ab ejus Succeſſore Sicardo Caſellano conſcripto.

Anguſta Cineres ſunt qui conduntur in æde
Nobilis Offredi Præſulis eximii:
Qui donante Deo Sapiens, mitiſque, pudicus,
Juſtitiæ cultor, pacis amator erat:
Hæreticis ſtimulus, redeuntibus umbra ſalutis
Debilibus Greſſus, Os, Oculuſque, Manus.
Conſilium Cleri commiſſi, Gloria Plebis,
Solamen Miſeris, Pauperibuſque Pater.
Obiit V. Id. Aug. Anno D. MCLXXXV.
Præſul Sicardus.

Pag. 104. lin. 12. addatur

Alterum Homobonum Panevinum proximis hiſce temporibus vixiſſe diluceſt ex Inſcriptione allata à *Buſchetto* in Eccleſia S. Victoris Cremonæ

Provido Viro Homobono Panevino Patritio Virtutibus præclaro, qui annos vixit IIC. *& quartam generationem vidit, hic tandem quievit. Obiit Nonis Septemb. An. S. Hum.* MCCCXXXVIII. *Claudius F. & ſibi, & Poſteris ſi volunt.*

Pag.

Pag. 132. poſt narrata de Guiſcardo Perſico. addatur
In Cathedrali Eccleſia Cremonæ ſepelitur cum hac Epigraphe, ut refert *Buſchettus* ſæpè citatus.

Guiſcardus Perſicus J. U. D. Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus hujus Eccleſiæ ob vitæ integritatem, & magnanimitatem illuſtris. Obiit Idibus Octobris A. D. MCCCIII. *Hìc tumulari juſſit.*

Pag. 137. lin. 22.
Et in Eccleſia S. Dominici eſt Epitaphium allegatum ut ſuprà.

Orpheo Gandino Patritio integerrimo. Lucia Bonetta Uxor Benevola Filiiſve Piiſſimi B. M. P. P. Vixit An. LX. *Obiit An.* MCCCLXVI.

Pag. 140. poſt narrata de Henrico Caſalorcio, addatur.
Cum pauca de Henrico dixiſſe aliquandò excogitaſſem, optimum duxi Nobiliſſimum, & doctiſſimum Regienſem Antiſtitem conſulere, & ſcilicet Octavium Picenardum, decus Patriæ noſtræ Ornatiſſimum, ut Nobis de tàm Inſigni Prædeceſſore ſuo aliquid eruditi communicaret; quando à Præſule illo humaniſſimo, cujus doctrinæ, & probitati totus ſum devinctus, literis ſuis Quint. Non. Octobris 1701. hæc accepimus.

Guido Pancirolus in ſuo Chronico de Rebus in Italia geſtis, in quo ſpeciatim agit de Rebus Regienſibus, cujus archetypus eſt in Bibliotheca PP. Minorum, ut ajunt de Obſervantia ipſius Urbis *lib. 3. p.* 137. inquit. Henricus Cremonenſis anno MCCCII. motu proprio Summi Pontificis ſuffectus fuit Epiſcopus. Ad annum verò MCCCXII. Obiit Henricus Regii Antiſtes.

Sed prolixiùs Fulvius Azarius in Hiſtoria Regienſi, italica lingua conſcripta, quæ in eadem Bibliotheca extat. juxtà ſeriem Temporum, & Epiſcoporum hæc ſcribit à nobis latinè fidelitèr tamen reddita.

HENRICUS CASALORCIUS.

CUm Regienſis Eccleſiæ curam gerere memoratus Marcus Vicecomes aut nollet, aut non poſſet (ſitque veritati locus) illam contulit Henrico de Caſalorciis, Regnantibus Bonifacio VIII. S. P. & Alberto I. Romanorum Imperatore. Is Patria fuit Cremonenſis ex Nobiliſſima, ac Inſigni ſtirpe de Caſalorciis, quæ tunc Caſtri ab ejus cognomine nuncupati Milliar. XII. aut XIV. ab Urbe diſtantis juriſdictione præfulgebat Brixiam verſus (*melius Mantuam verſus ſcripſiſſet Azarius*) modò verum Caſtrum illud venerabilis ſuæ antiquitatis nil aliud, quàm nomen habet. Fuit Henricus celeberrimus ſuo ævo J. C. & unus ex tribus (licèt Platina eorum ſupprimat nomina) qui Summo Pontifici in componendo Legum Canonicarum Librum Sextum operam pręſtitit; Qua de re adeò Papę acceptus fuit, ut magis ardua negotia eidem crebrò tractanda comitteret, & pręcipuè in diſſidiis cum Philip-

po Francorum Rege habitis, quando ſcilicet Bonifacio utì Chriſti Vicario debita prçſtare obſequia renueret; Sumpto itaque cum aliis per Henricum itinere propè Galliæ confinia de cogendo Romæ hac de cauſa Concilio Regem illum participem reddidit. Verùm, dum Henricus in Urbe Avenionenſi moram trahebat, de collatione Epiſcopatus in eum facta à Vicecomite certior factus per approbationem etiam S. P. ultima die Aprilis à Marco Portuenſi Epiſcopo conſecratur, præſentibus Laudenſi, Imolenſi, Albingaunenſi Præſulibus, ac uno ex Hiſpania; Solemnitas ſiquidem ſuæ conſecrationis uſque ad diem vigeſimam ſecundam Junii ſiluit, poſt quam Regium pervenit die decima ſeptima Augusti MCCCII.

Anno 1311. ſcribit idem Azarius, ipſum Henricum Mediolani interfuiſſe Coronationi Henrici Lucemburgenſis Romanorum Regis.

Tandem anno 1312. hæc ſubdit Menſe Aprilis obiit noſter Epiſcopus Henricus, cum decennio ſuum Gregem, ut Bonus Paſtor gubernaſſet. Fuit Homo eximiæ doctrinæ, nam præter ea, quæ ſuperiùs diximus *Tractatum compoſuit de Papæ Poteſtate*. Sub fornicibus SS. Chriſanti, & Dariæ in Cathedrali ſua tumulatus eſt propè ingreſſum ad levam ergà S. Andreæ Sacellum, & ſubtus feneſtrellis è regione Epiſcopalis Palatii hac ſyncera inſcriptione circà ejus tumulum, in quo exprimitur unius Epiſcopi in marmore rubro Effigies

MCCCXII. DIE III. EXTE APRILI DÑS. HENRICUS DE CASALORCIS DE CREMONA DOCTOR DECRETORUM. ET EPÛS REGIS QUIEVIT PACE.

In ſuperiori pariete Sepulchro adhæſo altera legitur Epigraphe ibi recentioribus characteribus appoſita.

HENRICO DE CASALOR-
TIIS PATRICIO CREMO-
NENSI DECRETORUM
DOCTORI EPÔ REGII,
ET PRINCIPI QUI OBIIT
ANNO SALUTIS
MCCCXII.

Pag.

Pag. 140. poſt ea, quæ de Synibaldo Burgo

In Eccleſia S. Servatoris Cremonæ ſepelitur cum hoc Epitaphio

Synibaldo Burgo J. C., & Militi Fortiſſimo Placentiæ Prætori, & Cremonæ Patriæ ſuæ Conſervatori, qui obiit XIV. *Kal. Octobris A. D.* MCCCXXIV. *Lucottus F. P.*

Pag. 145. poſt lin. 4.

Ex Oppido Soncini ad Urbem Cremonæ translatum Guillelmi cadaver arguere poſſumus ex hac inſcriptione in Eccleſia Divi Auguſtini relata *à Buſchetto.*

Guilelmus de Cavalcabobus Cremonæ Dominus, Vitellianæ Marchio, Armorum Gloria, Guelphorum Princeps, Patriæ ſuæ chariſſimæ Defenſor, qui prœliando Soncini Obiit Die XIV. *Junii* MCCCXII. *Hìc jacet.*

Pag. 152. poſt ea, quæ de Griphino Ripario

In Eccleſia S. Auguſtini Cremonæ habentur hæc Epitaphia

Magnifici D. Griphini de Ripariis Judicis, & Advocati hujus Ordinis Fratrum Heremitarum de Cremona, ſepulchrum verò inferius Filiorum, & Hæredum ejus.

Sepulchrum hoc cum arca ſuperiori à Magnifico Griphino J. C. in ea repoſito conſtructum, & refectum eſt, præſenti lapide decoratum per Magn. Julium Cæſarem, & Ludovicum Fratres ejuſdem Familiæ.

Pag. 156. poſt ea, quæ de Ricardo Malumbra

Filius erat Ricardus Nicolai J.C. doctiſſimi, de quo ſuprà ex Æmilia Blanchini nata ex Camini Forojulienſis Dominis. Pater legum à Petro Ancarano vocatus, cujus effigies in numiſmatibus cuſa circumfertur. Patavina Statuta ampliavit relictis etiam poſt ſe centum Conſultationibus in Archivio Senatus Reip. Venetæ, tanquam è fatis Oraculi ſummo ſtudio ſervatis. Hæc, & alia habentur, quæ repetere noluimus in Epiſtola *Joſephi Malumbræ* Bartholomęo Fratri directa, ut innuimus, ubi multa de Familia ſua, verè nobiliſſima, digeſſit. Corrigendus tamen, dum ſcribit Ricardum docuiſſe Pariſiis, nam Peruſii non Pariſiis dicendum eſt, deceptus forſan à verborum affinitate, ſicuti etiam emendandus, ubi aſſerit per Ricardum fuiſſe ampliata Reip. Statuta ſub Duce Joanne Gradonico, qui fuit electus anno 1355., & ipſe Ricardus obiit, ut aſſerit, anno 1323.

Pag. 157. Poſt ea, quæ de Nigriſolo de Anſoldis

In Eccleſia S. Baſſani Cremonæ hoc proſtat Epitaphium ex M. S. *Buſchetti*

Hoc eſt Sepulchrum D. D. Pompei, Bartholini, Homoboni, Antonioli, & Bertazoli Fratrum de Anſoldis F. Nob. D. Nigreſoli J. C., & Hæredum ſuorum. Factum ſub die XV. *Aprilis Anni* MCCCLXI.

Pag. 167. poſt lin. 4.

In Eccleſia S. Geroldi de eo habebatur Epitaphium, ut in M. S. *Buſchetti*

Mcccxlv. *Die* xv. *Julii obiit Nob. Oldroandus de Oldroandis literis Græcis, & Latinis eruditus, cujus cineres hìc ſunt repoſiti. Vale, & Deum precare prò eo.*

Pag. 237. lineæ 8. addendum

Cujus extat Sepulchrum ad Divi Auguſtini cum Epigraphe

Hoc eſt Sepulchrum D. D. Magiſtri Jacobi, & Bernardini de Alieriis, & Hęredum.

Pag. 254. poſt ea, quę dicuntur de Joanne Philippo de Meliis

In Eccleſia S. Laurentii ſuper tumulo ejus Familiæ leguntur hęc

Melia Progenies Joanne exorta Philippo
Magna licèt parvo marmore clauſa jacet.
Mcdlxxvi.

Pag. 325. in fine.

Eſtque de eo in Eccleſia S. Antonii Abbatis Cremonę hoc monumentum

Conradolo Stanghę Comendatario Balthaſſar Stanga Nepos P.

Pag. 326. poſt ea, quæ de Vincentio Amidano

In eadem Eccleſia etiam legebantur

Conditur hoc tumulo Clarus Vincentius ille
Stirpis Amidanę, cui decus atque fuit.
Hic habuit Fratrem Nicolaum nomine dictum,
Qui fuit Ambroſii Sede petitus ovans.

ALIÆ PRUDENTISSIMO LECTORI ANIMADVERSIONES.

Pag. 138. *Johannes Beſatia* ponendus ad annum 1339.

Pag. 140. Verba *di Eufemo Batio Arcade di Roma* ſunt ommittenda.

Pag. 144. Inter lineam undecimam, & ſequentem, cui initium. *In quodam Propinomio*. ſunt ponenda quę ſubnectuntur, ſuo loco per errorem ommiſſa.

Anno MCCCVII.

JAcobus Cavalcabovius Vitellianæ Marchio, ſublimi ingenio, & experientiis præclarus, floruit Prętor Mediolani hoc anno, ſequenti verò Parmæ eadem perſpicuus fuit dignitate, prò ut Brixiæ quinquennio Præturam optimè rexit. Cum eſſet Vir omnibus, & virtutis ornamentis, & fortunæ, ac nobilitatis præditus, occiſo in prælio Guillelmo Cavalcabovio ejus affine anno 1311. Dominium Cremonæ obtinuit. Erat etiam valdè Amicus Giberti Corrigienſis ex relatis *Triſtani Calchi*, *Cavitelli*, *Campi*, *Jacobi Gadii in M. S.*, & *Galvani Flammę*.

Ægi-

VIII.

ÆGidiolus de Bonſeriis legum Doctor, inter inſignes Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ, Romæ poſtmodum inter Primarios Benedicti XI. S. P. Aulicos, & Clementis V. Auditor effulſit. Mortuo Gerardo de Madiis Brixienſi Cremonæ Epiſcopo, ſacra infula ipſe exornatus eſt. Die 6. Januarii 1311. Mediolani adfuit, dum Henricus Imperator à Caſſono Turriano Archiepiſcopo coronatur. Cognito ſiquidem à Clemente V. Ægidiolo, quantum hic eſſet moribus rectiſſimis, & doctrina ornatus, ipſius judicio commiſit facultatem procedendi cum aliis Conjudicibus contra Equites Templares, quorum Ordo, cauſa plenè diſcuſſa, penitùs extinctus fuit. Hi Cremonæ cœnobium occupabant in Ædibus Divi Antonii Abbatis, ubi adhuc in Turris pinnaculo proſpiciuntur ejuſdem Ordinis inſignia. Obiit Ægidiolus anno 1317., adminiſtrata per eum omni ſtudio Eccleſia ſua novem annos. ità *Blaſius Rubeus in dyptica Epiſcoporum Cremon.*, *& Cavitellus in Annal. anno* 1308.

Verùm contrà Rubeum, & Cavitellum diverſimodè ſentit *Ughellus in Italia Sacra Tom.* 4 *pag* 289. qui non ſolum negat Gerardum de Madiis Brixienſem fuiſſe Epiſcopum Cremonæ, ſed conſtantèr impugnat eidem Madio ſucceſſiſſe Ægidiolum, quem de Boſeriis, non autem de Bonſeriis vocat, ut ex propriis *Ughelli* verbis. *Memoratur quidem ibidem magna illa diſſenſio, orta inter Canonicos Cremonenſes, dum comitia haberentur poſt exceſſum Raynerii;* pars enim una in Ægidiolum *de Boſeriis, altera in Ægidium de Madalbertis Concanonicos contulit vota, poſtularitq; Paſtores. Ad Apoſtolicam Sedem uterque appellavit, & poſt diutinam partium exagitationem tandem Ægidiolo cedente Madalbertus à Johanne XXII. Patriæ Epiſcopus declaratus eſt anno* 1318.

Quiſnam veritate aberraverit à nobis uſque adhùc compertum non fuit, non parcemus attamen labori, ut ex hiſce tenebris erumpamus.

VIII.

ODofredus Piperarius, propter excellentem in omni genere virtutis laudem, in Patria ſummo honore habitus, hoc anno Prætorias Vices egit, renuente Præturam Baſſiano Fiſſiraga Laudenſe. *Cavitell.* in Annal.

Floruit & anno 1349. alter Odofredus Piperarius inter J. C. Collegii Patriæ aſcitus, ut *ex ſyllabo J. C. Coll. M. S.*

Franciſcus Schottus J. C. Antuerpienſis in ſuo Itinerario Nobiliorum Italiæ Regionum &c. edito Vicentiæ apud Petrum Bertellum 1610. de Cremona ſcriptum reliquit. *Ex Cremonenſibus fuerunt, & ſunt Prælati Venerandi, & celeberrimi Viri literis, ut Odofredus inter Juriſconſultos maximi nominis, & mille alii in Poeſi, Græca,*

&

& Hebraica lingua Peritiſſimi, ut prætercam Philoſophos, & Theologos acutiſſimos &c. Verùm qua ex Gente fuerit, aut quando floruerit hic Odofredus à Schotto allegatus, haudquaquam potui adinvenire, cum nullus eſſe poſſit ex recenſitis Piperariis, de quibus aliundè nobis non conſtat fuiſſe magni Nominis inter J.C. adeò ut inter Illuſtriores eſſent deſcribendi; Undè Schottus in hoc corrigendus. Duo ſiquidem fuerunt Odofredi Juriſprudentia præclariſſimi, publici Profeſſores Bononiæ, origine Beneventani, quorum ſcripta, & nomina apud Eruditos ſatis liquent.

Pag. 147. lin. 17. inter verba *exerceat;* & *Tertius* addenda ſunt. *Secundus verò Maleſitiorum Offitium, & aſſeſſorem exerceat.*

Pag. 148. lin. 9. inter verba *precandam*, & *acceptare* addenda ſunt. *Expoſcimus quantum dictum decens Regimen, & prædicta omnia.*

Pag. 157. lin. 13. verbis *Nigreſolus Anſoldus* anteponendus eſt cum ſua diſtantia numerus in medio XX.

Pag. 171. lin. 6. verbis *Cato Melius* anteponendus ut ſupra in medio numerus L.

Pag. 172. lin. 35. Verba. *Hoc Anno* 1335. cum duabus lineis ſubſequentibus ponenda ad pag. 161. poſt lineam tertiam decimam.

Pag. 176. lin. 34. Verbum *Breſſian:* ponendum à capite.

Pag. 235. lin. 40. Verba *Paulus de Soncino* uſque ad illa *Lanfrancus Mutius* ibi poſita ſunt per errorem, cum ſint reponenda in ſecundo Volumine ad annum 1521.

Pag. 299. lit. ult. poſt verbum *inſtruxit* addenda ſunt. *Ex ſuis Operibus extant.*

FINIS.

INDEX

INDEX

Alphabeticus Nominum Literatorum cum adnotatione Anni, & paginarum.

A	Anno	Pagina
ADeodatus Ep.....	481.	50.
Albertanus de Ora S. Agathæ	1208.	98.
Albertinus Auguſtinianus	1478.	329.
{Collettus	1319.	156.
de Laude	1320.	157.
Philoſophus	1456.	284.
de Sancto Petro	1336.	161.
Schitius	1346.	167.
Albertus de Capitaneis	1485.	340.
{Gandinus	1300.	135.
Riparius	1384.	186.
Truſſius	1325.	160.
Turrianus	1441.	265.
Alexander Colletta	1473.	308.
{Crottus	1480.	332.
Oldovinus	1497.	384.
Pellizarius	1477.	329.
Stradivarius	1400.	207.
Pub. Alfenus Varus	2.	31.
Alphonſus Cataneus	1377.	178.
(Specianus	1405.	220.
Amadeus Caſellanus	1213.	99.
Amatus de Amatis	1158.	75.
Ambroſius Abbas	1174.	85.
(Boccolus	1400.	208.
(de Soncino	1500.	401.
Amilcar Ciria	1378.	178.
(de Datis	1386.	189.
Amorinus de Seriate	1156.	74.
Anaſtaſius Bottus	1293.	134.
(Epiſcopus	582.	52.
Andreas Ariſius	1418.	229.
(Maggius	1471.	in Ap.
(Puteus	1215.	101.
Andreaſius Cavalcabovius	1419.	230.
Angelus Auguſtinianus	1479.	330.

Felinus

	Anno	Pagina.
Felinus	1364.	175.
Manna	1480.	330.
de Soncino	1500.	401.
Anna Dovaria	1322.	157.
Anonymus Canonicus Cathedralis	1174.	85.
Anonymus Cremon.	1242.	113.
(Cremon.	1242.	113.
(Cremon. Aſtrologus	1500.	403.
Anſelmus Epiſcopus	610.	53.
(Regonaſcus	1472.	306.
(de Vitalibus	1492.	367.
Antoniolus Ariſius	1383.	182.
Cauccius	1269.	124.
Gambinus	1387.	190.
Zanaſius	1362.	173.
Antonius Buclarinus	1473.	309.
Ferrarius	1453.	282.
Frigerius	1475.	327.
Guiſcardus	1370.	176.
Manna	1489.	352.
Melius I.	1423.	237.
Melius II.	1462.	294.
Milius	1381.	182.
Oldovinus	1418.	240.
Picenardus	1478.	386.
Puteus	1314.	151.
Rangonus	1459.	286.
Reſta	1400.	208.
Schinchinellus	1420.	233.
Schitius	1396.	199.
Stanga	1488.	347.
Strata	1483.	332.
Apollinaris Offredus	1440.	248.
Arealdus Picenardus	1148.	72.
Arie Lando Hebr.	1486.	341.
Armaninus Perſicus	1308.	144.
Aſcanius Bonhomius	1417.	229.
Aſcanius Maria Sfortia	1484.	334.
Auguſtinus Cauccius	1431.	243.
(de Nuceis	1390.	193.
(Ord. S. Franciſci	1497.	385.
Aurelius Oliva	1258.	120.
Azo Porcius	1186.	89.

B

	Anno	Pagina.
BAldinus Perſicus	1347.	167.
Balthaſſar Fontanella	1470.	303.
(Picenardus	1300.	137.
(Piperarius	1478.	329.
Baptiſta Piaſius	1483.	333.
Platina. vide Barthol.		
Plaza	1470.	304.
Sfondratus	1475.	323.
S. Barnabas	43.	39.
Barocius Burgus	1205.	96.
Bartolinus Goldonus	1386.	189.
Bartholomæus Breſſianus	1265.	121.
Borſonus	1445.	267.
Capra	1412.	221.
Hermenzonus	1497.	385.
Maggius	1390.	193.
Paſqualis	1475.	in Ap.
Petronius	1466.	299.
Piſcius	1390.	194.
Platina	1475.	310.
Puteus I.	1387.	190.
Puteus II.	1389.	192.
Ravicenghus	1416.	228.
Sfondratus	1454.	282.
Somentius	1454.	282.
Soreſina	1414.	228.
Vulpius	1419.	232.
S. Baſſanus Epiſcopus	237.	44.
Benedictus de Advocatis	1144.	72.
Dovaria	1443.	267.
Epiſcopus	856.	57.
de Soncino	1493.	368.
Berlingerius Melius	857.	57.
Bernardinus Covus	1495.	373.
de Cremona	1494.	370.
Licinius	1499.	396.
Poſſolus	1336.	161.
Stanga	1307.	144.
Bernerius Maſtalia	1207.	98.
(Summus	1249.	117.
Blanca Franciſca Sfortia	1473.	307.
Blanca Maria Vicecomes	1441.	258.
Bonaventura Ord. Minor.	1482.	332.
Bonifacius Guiſcardus	1420.	235.

	Anno	Pagina
(Ord. Præd.	1350.	168.
Bonitius de Narnis	1290.	133.
Boſius Dovaria	1267.	122.
Brocardus Perſicus	1460.	286.
Bottinus de Cremona	1398.	201.
Bulgarus de Bulgaris	1159.	75.
Buſchettus Caſalorcius	1311.	150.
Buſchettus à Cremona	1310.	149.
C		
CAbrinus Bottus	1241.	112.
(Fundulus	1413.	225.
Cacciacomes Summus	1261.	120.
Camillus de Ferrariis	1500.	402.
Carlinus Madalbertus	1311.	149.
Carolus Cavalcabovius	1404.	209.
(Epiſcopus	1153.	72.
(Pallavicinus	1457.	284.
Caſſianus Epiſcopus		45.
Catellanus de Mezaprilis	1375.	177.
Cato Melius	1350.	171.
Cœleſtinus Botta	1427.	240.
Cœſar Cappalunga	1207.	97.
(Pallavicinus	1370.	176.
Cœſarinus Stavolus	1436.	247.
Chriſtophorus Cambiaghus	1467.	301.
(Stanga	1387.	190.
Cinellus Summus	1350.	170.
Clearcus Cavalcabovius	1194.	94.
(Guarnerius	1362.	174.
Comandinus de Raymundis	1418.	230.
Conradolus Stanga	1475.	325.
Conradus Epiſcopus	391.	46.
(Guaribertus	1281.	130.
Conſtantius Fundulus	1412.	223.
(Stradivertus	1422.	237.
Cornelius Trecchus	1128.	70.
Coſmas de Raymundis	1450.	268.
(Rhetor	1450.	268.
Cremoſanus Oldovinus	1198.	95.
Creſſus à Turre	1224.	105.
D		
DAmianus Carrarienſis	1398.	200.
Daniel Arlunnus	1440.	252.
(Burgus	1499.	392.
(Cajetanus	1498.	388.

Con-

	Anno	Pagina
Conradus	1459.	286.
David Pizzichettone Hebr.	1486.	345.
(Ponzonus	1207.	97.
Dioniſius Plazonus	1360.	173.
Dominicus de Dominicis	1392.	194.
(della Manna	1368.	in Ap.
(Ord. Præd.	1390.	193.
Doninus Foliata	1325.	160.
E		
EDoardus Muſſus	1385.	187.
Ægidiolus Alemanus	1199.	95.
(Bonſerius	1308.	413.
(Bordigallus	1390.	193.
Ægidius Madalbertus	1318.	152.
(Riparius	1388.	191.
Eliodorus Maggius	1126.	69.
Eliſeus Amidanus	1497.	386.
(Foſſa	1396.	198.
Offredus	1311.	149.
de Raymundis I.	1248.	116.
de Raymundis II.	1496.	375.
Emmanuel Carafallus	1239.	111.
Eribertus Aribertus	1143.	71.
Erſilius Breſſianus	1378.	178.
(Summus	763.	56.
Evangeliſta Amatus	1495.	373.
(Foſſa	1494.	373.
(Goldonus	1278.	129.
Eugenius Perſicus	1438.	247.
S. Euſebius Abbas	398.	46.
F		
FEdericus Conradus	1491.	355.
Ponzonus I.	1227.	106.
(Ponzonus II.	1256.	119.
(Ponzonus III.	1304.	141.
(Sfondratus	1457.	285.
Felicianus Stradivertus	1490.	355.
Fœlix Buſchettus	1441.	265.
(Epiſcopus I.	86.	43.
(Epiſcopus II.	537.	52.
Ferdinandus Breſcianus	1226.	106.
(della Manna	1243.	in Ap.
(Schinchinellus	1386.	in Ap.
(Silva	1441.	262.
Filonardus Dovaria	1316.	151.

	Anno	Pagina
Florianus Ep.		45.
Fortunatus Ep.	720.	53.
Franciſcus Anſaldus	1356.	172.
Ariſius	1424.	238.
Benzonus	1474.	310.
Bonbeccharius	1454.	219.
Brumanus	1479.	302.
Carenzonus	1435.	246.
Cipellus	1497.	386.
Ciria	1487.	346.
Corbanus	1486.	341.
Ord: Min:	1466.	298.
a' Piceleone	1495.	374.
Regatius	1403.	208.
Summus	1343.	166.
Sfortia	1441.	254.
Zucchus	1486.	346.
Fulchinus Borſonus	1383.	183.
(Schitius	1326.	159.
Fulgentius Soreſina	1452.	276.
G		
Galaſius Amidanus	1467.	298.
Galeatius Roncadellus	1353.	172.
Gandionus Dovaria	1263.	121.
Gaſapinus Antignatus	1338.	162.
Gaſparinus Stanga	1350.	169.
Gelliolus de Cavitellis	1384.	185.
Georgius Cambiaghus	1499.	395.
(Lazzolus B.	1451.	274.
(Piſcius	1499.	395.
Gerardus Auguſtinianus	1485.	338.
Belloria	1249.	116.
Dovaria I.	1182.	87.
Dovaria II.	1222.	105.
Ep. Tridenti	1224.	106.
Joſanus	1288.	132.
Lainerus	1480.	330.
Perſicus	1245.	113.
Rangonus	1219.	103.
Sabloneta	1450.	269.
Gilbertus Ala	986.	62.
Gorgonius Epiſcopus		43.
Gratiolus Stavolus	1387.	190.
Gregorius Azanellus	1395.	196.
(De Cremona	1350.	169.

Mag-

	Anno	Pagina.
(Maggius	731.	55.
(Redenaſcus	1236.	110.
(de Stephanis	1396.	199.
Griphinus Riparius	1311.	152.
Guazzus Guazzonus	1182.	87.
Guido Cardinalis V. Paſchal. III.	1165.	78.
(Suzarius	1270.	125.
Guillelmus Amatus	1231.	109.
(Amidanus	1342.	163.
Anſoldus	1106.	67.
Cavalcabovius	1310.	145.
Centuaria	1385.	183.
de Comitibus		151.
Dovaria	1236.	110.
Maſtalia	1210.	99.
de Multiſdenariis	1228.	107.
Obdolinus	1298.	135.
Ord. Pręd.	1276.	129.
Pallavicinus	1284.	in Ap.
Perſicus	1232.	109.
Stradivertus	1388.	191.
Vic. Generalis Brixiæ	1336.	161.
Vicecomes	1276.	128.
Villana	1450.	267.
Gulielminus Fraganeſcus	1355.	172.
(Mozzanica	1387.	190.
Guiſcardus de Guiſcardis	1289.	133.
[Perſicus	1287.	132.
H		
B. HEnricus Abbas	1095.	66.
(de Bonvaſino	1249.	117.
(Caſalorcius B.	1302.	138.
B. Himerius Guardalupus	1282.	131.
Hieronymus Garimbertus	1253.	119.
(Mainardus	1499.	395.
Maximus Roma	1498.	387.
Mutius	1480.	331.
Oliva	1461.	294.
Pallavicinus	1485.	338.
Specianus	1473.	306.
Stanga	1494.	371.
Homobonus Madalbertus	1215.	101.
(Moriſius	1240.	111.
(Panevinus	1222.	104.
(de S. Petro	1157.	75.

Hone-

	Anno	Pagina.
Honeſtus Gallarius	1452.	276.
Hortenſius Panevinus	1373.	177.
Hoſpectus J. C. Cremon.	1316.	151.
I.		
JAcobus Ala	1441.	264.
Alicrus	1422.	236.
Auguſtinianus I.	1430.	243.
Boſcalinus	1453.	281.
Burgus.	1328.	160.
Caballus	1379.	180.
de Caſalbutano	1313.	150.
Caſſianus	1440.	253.
Cavalcabovius	1307.	412.
de Cremona	1256.	119.
de Cremonen.	1464.	296.
Milius	1430.	243.
Paveſius	1441.	265.
Ponzonus	1489.	351.
Schitius	1490.	354.
Summus	1420.	234.
Trecchus	1489.	351.
Jacobus Antonius Turrius	1473.	308.
Jambertinus Segaſenus	1237.	110.
Innocentius Muſſus	1397.	199.
Johannes Ariſius	1326.	159.
Baliſtarius	1413.	223.
Baris	1337.	162.
Beſatia	1339.	138.
Bonus Abbas	1207.	97.
Boſſianus	1155.	73.
Cacciafrontes V. Surdus	1169.	82.
Capellus	1385.	187.
Columbinus	1424.	240.
Complanus		151.
de Cremonen.	1464.	296.
Cropellus	1493.	368.
Granellus	1461.	294.
J. C. de Cremona	1398.	201.
Lector Placentiæ	1398.	201.
Mayncrus	1435.	246.
Mon. Caſ. Ep.	993.	63.
Oldovinus	1356.	172.
Opicius	1440.	253.
Ord. Min.	1376.	178.
Paratus	1476.	327.

Perſi-

	Anno	Pagina
Perſicus	1275.	128.
Piſcarolus	1275.	127.
Presbyter I.	1159.	77.
Presbyter II.	1272.	127.
Simonetta	1465.	298.
de Stabilibus	1483.	332.
Stanga	1393.	195.
Surdus B.	1169.	82.
Taverius	1381.	181.
Jhoanninus Bonettus	1399.	204.
(Divitiolus	1260.	120.
(Dovaria	1306.	143.
(Surdus	1387.	190.
Jo: Andreas Milius	1487.	346.
Jo: Antonius Ord. Min.	1461.	294.
Jo: Baptiſta Archidiaconus	1464.	296.
(Malumbra	1499.	393.
(Paternus	1422.	237.
(Riparius	1466.	299.
Jo: Boninus Bellottus	1389.	192.
(Gadius	1350.	169.
(Fraganeſcus	1240.	112.
Jo: Bonus Geroldus	1248.	114.
Jo: Chriſtophorus Tintus	1486.	345.
Jo: Franciſcus Ala	1475.	326.
[Muſſus	1493.	370.
[Sertirana	1420.	233.
Jo: Galeaz Mainardus	1495.	374.
Jo: Philippus Melius	1440.	254.
Jocardus de S. Petro	1282.	130.
Joſeph Madalbertus	1493.	369.
(Maggius	1239.	111.
(Maſtalia	1205.	96.
(Taverius	1191.	94.
Iſaac Dovaria	1206.	96.
Iſaachinus Perſicus	1353.	171.
Julianus Marianus	1304.	141.
(Redenaſcus	1267.	122.
(Summus	1309.	144.
Julius Guarna Salernus	1464.	295.
Julius Cœſar Specianus	1319.	156.
Juſtinianus Ala	1280.	130.
(Cavitellus	1485.	338.

K

	Anno	Pagina
Kataldus Manna	1500.	401.

Lan.

	Anno	Pagina.
L		
LAnfrancus Mutius	1421.	236.
Lantelminus Benzonus	1286.	131.
(Riparius	1365.	175.
Lazarus Ala	1393.	in Ap.
Leonardus Amatus	1284.	131.
Aſellius	1389.	192.
Auguſtus	1250.	118.
Botta	1484.	337.
Cervus		151.
Mainardus	1488.	347.
Picenardus	1400.	204.
Ligurius Summus	1270.	127.
Lombardus Guazzonus	1225.	106.
Lotharius J C.	1189.	93.
(Roſanus	1215.	100.
Lucas Felinus	1454.	282.
(Roccius	1486.	341.
(de S. Petro	1379.	178.
(Vernatius	1438.	248.
Lucas Jo: de Clerico	1486.	345.
Ludovicus Zermignaſius	1411.	221.
Luitprandus Epiſcopus	963.	58.
M		
MAnfredus Gadius	1206.	96.
Paſqualis	1327.	160.
Maphæus Melius	1338.	162.
Marcheſinus Piperarius	1321.	157.
(Stanga	1496.	376.
Marcus Aurelius Felix	10. A.C.O.	18.
(Furius Bibaculus	51. A.C.O.	17.
(Pueronus	1432.	244.
Marcus Antonius Guarnerius I.	1380.	181.
Guarnerius II.	1480.	330.
Marinus Epiſcopus		43.
Marſilius Fondulus	1485.	340.
Martinus Boſianus	1159.	78.
(Saccha	1259.	120.
(Surdus	1229.	108.
Martialis Epiſcopus	1044.	64.
Maternus Epiſcopus		45.
Matthæus Brumanus	1489.	351.
(Foſſa	1492.	367.
(Ponzonus	1392.	195.
(Sfondratus	1315.	in Ap.

Va-

	Anno	Pagina in Ap.
(Vaſalus	1493.	
Mauritius Chizola	1362.	174.
(Trecchus	1106.	67.
Maximianus Oſcaſalis	1386.	190.
Maxonerius Burgus	1246.	114.
Melchior J.C.	1400.	207.
Meliorinus Giſlandus	1343.	165.
Meſchinus Ferrarius	1456.	284.
Michael Rocca	1451.	
Migliolinus Perſicus	858.	57.
Moneta Ord. Præd.	1222.	104.

N

NIcolaus Amidanus	1453.	279.
Cauccius	1430.	243.
Cavitellus	1446.	267.
Ciria	1428.	241.
Cornificius	1293.	134.
Dondonus	1127.	69.
Dovaria	1473.	309.
J.C. Cremon.	1326.	177.
Lazolus	1419.	231.
Lucarus	1492.	356.
Puteus	1440.	252.
Ranzinghus	1350.	171.
Stanga	1485.	340.
Tintus	1406.	220.
Zanaſius	1385.	187.
Nicolinus Foſſa	1387.	190.
Fraganeſcus	1436.	246.
Lugarus	1491.	355.
Malumbra	1306.	142.
Ord. S. Auguſt. V. Nicolaum Lazolum		
Zermignaſius	1348.	167.
Niger Marianus	1223.	105.
Nigreſolus Anſaldus	1320.	157.
Norandinus Malumbra	1317.	152.

O

OBertus J.C. Cremon.	1310.	149.
Octavianus Gulpherammus	1325.	158.
(de Turre	1216.	101.
Octavius Renulphus	1250.	118.
Odofredus Piperarius	1308.	413.
Offredus de Offredis	1170.	84.
Oldericus Goſalinghus	1025.	63.
Oldofredus Maggius	1279.	129.

	Anno	Pagina
Oldroandus Oldroandus	1345.	166.
Oliverius Fabagroſſa	1266.	122.
Omnibonus Scola	1412.	221.
Orlandinus Max. de Roma	1424.	in Ap.
Otho de Cortixiis	1128.	70.
Othelinus Moſcrendus	1317.	151.
(Picenardus	1335.	161.
(Ponzonus	1485.	340.
(Summus	1249.	116.
P		
Paganinus Ugolanus	1499.	393.
Pamphilus Muſſus	1361.	173.
Paſchalis III., ſeù IV.	1165.	78.
Paſinus Surdus	1325.	158.
Paſquinus Capellus	1383.	183.
Paulus Ariſius	1420.	235.
(Barbovius	1494.	371.
(Crottus	1485.	339.
(de Soncino	1421.	235.
Pellizzarius Epiſcopus	1228.	108.
Petrus de Allegris	1324.	158.
Auguſtinianus	1386.	189.
Azzanellus	1432.	244.
Barbovius	1450.	268.
Bonhomius	1128.	70.
Botta	1398.	200.
Cavalcabovius	1386.	188.
Epiſcopus	984.	62.
Fogliata	1471.	306.
Manna	1470.	302.
Monticellus	1304.	141.
Offredus	1493.	369.
Oldovinus	1453.	281.
Pavarus	1390.	194.
Ponzonus	1466.	301.
de Sexto	1400.	207.
Somentius	1490.	352.
Petrus Martyr Ferrarius	1499.	399.
(Stanga	1480.	331.
Philippus Brumanus	1480.	331.
(Redenaſcus	1306.	143.
Philippus Maria Biragus	1456.	283.
Pinus Vernatius	1303.	140.
Pompeus Amatus	1305.	142.
Pontius Amatus	1277.	129.

Pon-

	Anno	Pagina
(Ponzonus	1288.	132.
Ponzinus Picenardus	1306.	143.
(Ponzonus	1309.	146.
Pricivallus Bonſerius	1427.	240.
Propertius Maggius	1348.	167.
Proſper Cremonenſis	1491.	356.
Q		
P. QUintilius Varus Pater I.	1.	27.
Quintilius Varus Filius	24.	37.
R		
RAphael Fundulus	1307.	143.
Marinus	1415.	228.
(Raymundus	1400.	208.
(de Soncino	1476.	328.
Raphainus Naxellus		151.
(de Zaccariis	1379.	181.
Raymundus Archidiaconus	1351.	171.
(Cavitellus	1362.	174.
(Oldovinus	1326.	158.
Raynaldus Perſichellus	1364.	175.
(Perſicus	1491.	355.
Ricardus Malumbra I.	1116.	68.
(Malumbra II.	1319.	155.
(de Cremona.	1300.	139.
Robertus Goldonus	1376.	177.
Summus	994.	63.
Rodericus Ala	626.	53.
Rodulphus Ponzonus	1048.	64.
Rodulphinus Cavalerius	1297.	134.
Rolandus Ord. Præd.	1218.	102.
(Pallavicinus	1429.	242.
(Summus	1387.	191.
Rubertus de Cremona	1310.	149.
Ruggerius de Comitibus	1464.	295.
S		
SAbinus Epiſcopus	54.	40.
Salvator Mon. Caſ.	1410.	221.
Scipio Hermenzonus	1493.	368.
Sfortia Forlivius	1498.	387.
Seraphinus Truſſus	1457.	284.
Sicardus Caſellanus	1185.	87.
Sigifredus Epiſcopus	954.	58.
Sigiſmundus Ala I.	1227.	107.
(Ala II.	1343.	166.
(Amidanus	1423.	238.

Milius

	Anno	Pag.
(Milius	1165.	81.
(Ponzonus I.	1169.	84.
(Ponzonus II.	1419	230.
Sillanus Niger	1436.	247.
S. Silvinus Epiſcopus	733.	55.
Simplicianus Epiſcopus		43.
Simon Auguſtinianus	1379.	179.
Sinipertus Epiſ.	821.	57.
S. Siniſius Epiſcopus	422.	50.
Sixtus Epiſcopus		45.
Somentius de Somentiis	1458.	286.
Stephanus Alius	1485.	340.
(Calvus	1421.	236.
Fliſcus	1453.	278.
Geroldus	1360.	173.
Niger	1499.	396.
Sfondratus	1495.	374.
Synibaldus Burgus I.	1298.	134.
(Burgus II.	1303.	140.
(Perſichellus	1312.	150.

T

	Anno	Pag.
THeodobertus Melius	747.	56.
Theodoſius Ribaldus	729.	54.
Theophilus Ferrarius	1477.	328.
(Perſichellus	1490.	353.
Theodaldus Vernatius	1177.	86.
(de Auguſtis	1466.	in Ap.
Tholomeus de Cortixiis	1297.	134.
Thomas Almerigus	1198.	95.
(Aribertus	1413.	227.
Ceriolus	1500.	400.
Cropellus	1363.	175.
Gulpheramus	1360.	163.
Malumbra	1350.	169.
Manfredus	1264.	121.
Perſichellus	1433.	245.
Piperarius	1251.	118.
Raymundus	1499.	398.
de Zaccariis	1368.	176.
Thomaſinus Trepinus	1387.	190.
Turpilius Poeta		31.

V

	Anno	Pag.
VAlentinus Hermezonus	1309.	145.
Valerianus Anguſſola	1364.	175.
Valerius Abbas	1196.	94.
(Roſanus	1468.	301.
(Schitius	1499.	398.
(Stradivertus	1257.	119.
(Summus	1133.	70.
Vandinus Schitius	1417.	228.
Ubertus Ep. Cremonæ	1117.	69.
(Ep. Veronæ	1111.	68.
Fogliata I.	1310.	148.
Fogliata II.	1392.	195.
Foſſa	1200.	95.
Zanebonus	1078.	65.
Ugolinus Cavalcabovius	1399.	201.
(Scoalocus	1318.	152.
Ugutio Cremonenſis	1208.	98.
Vincentius Amidanus	1475.	326.
(Cipellus	1442.	266.

Z

	Anno	Pag.
ZAnardus Bagarottus	1497.	385.
Zanebonus Stanga	1305.	142.
Zanettinus Roccius	1424.	238.
(Zuccus	1443.	266.
Ziliolus de Alegris	1312.	150.
(Cavitellus	1384.	185.
Zucchelinus Zuccus	1387.	190.
Zuinus Roncadellus	1384.	187.

Y

	Anno	Pag.
YRech Burgus	1157.	74.

INDEX

INDEX RERUM NOTABILIUM.

A

ABbates Generales Cremon. Can. Reg. Later. pag. 245. 246.
Academia Concordium Ravennæ. pag. 98.
Filergitarum Forolivii. 252.
Intronatorum Senæ. 347.
Salmantina. 47.
Accurſius J. C. Gener Azonis J. C. 93.
Adoleſcentes inverecundi. 200.
Adulphus Alſatiæ Comes Imp. Rom. 130.
Ædiles Plebis dignitas, munera. 20. 21.
Ægidiolus Bonſerius Ep. Cremonæ. in Addit.
Ægidiolus Oldoynus Crem. Prætor Regii. 281.
Ægidiolus Perſicus Crem. Prætor Laudæ. 167.
Ægidius Madalbertus Epiſc. Cremon. S. R. E. Card. ut ſcribunt Auctores. 153.
Æmilius de Auguſtis Crem. Ord. Humil. 200.
S. Agathæ tabula ſepulchralis Cremonæ ſervatur. 297.
Agrippina Minor Q. Vari Cremon. Junioris Uxor. 39.
Matrona ſingularis eruditionis. 39.
Neronis Mater. 39.
Agilulphus Cremonam capit. 11. 53.
Agnati unde dicti. 25.
Agnomen quaſi accedens nomini. 25.
Albericus Stavolus Cremon. Patavii moritur. 247.
Albertanus de Ora S. Agathæ in Carceribus Cremonæ opera ſcribit. 98.
Albertus Rom. Imp. 122.
S. Albertus de Villa Aonii Cremonæ obiit. 122.
Albutius Silus Novarienſis Orator. 37.
Alemanius Finus Scriptor Cremenſis refellitur. 79. 136.
Alexandri ab Alexandro error circà nomen Platinæ. 323.
Alexander Coletta Cremon. 308.
Alexander J. C. Imolenſis, Bononienſis vocatus. 91.
Alexander IV. S. P. ſacra interdicit Cremon. 117.
Alexander Oldovinus Cremon. Archiep. Cæſareæ. 384.
Rotæ Romanæ Auditor. Ibid.
Alexandri Sardi equivocum. 20.
Alphonſus Aragon. Hiſtoriæ T. Livii amantiſſimus. 3.
Alphonſus Manna Cler. Reg. Somaſ. laudatus. 352.
Aliorum familia Cremon. 340.

Alphenus J.C. Cremon. Romæ Conſul. 32.
Vafer pro Varo nominatus. 32.
ibi de eo plura.
Alphenus Varus alter J.C. Alexandri tempore, 34.
alter Miles ſub Vitellio, Ib.
Alphenus Vicus Agri Cremonenſis. 34.
Alvarus Piaſius Cremon. Miles fortiſſimus. 334.
Amadinus de Amatis Cremon. 116.
Amicitiæ ex Virtute rariſſimè diſſolvuntur. 266.
Amilcar Pœnus cum tribus Gallorum Imperatoribus propè Cremonam occubuit. 8.
Amphiteatrum Cremonæ. 9.
Ancus Quenius Legatus antiquiſſimus Cremonenſium. 4.
Andreas Ala Cremon. Legatus ad Remp. Venetam. 302.
Andreas de Bergomo Satyricus Poeta refellitur. 123.
Andreas Roncadellus memoratur. 187.
Angelus Maria Salvatoris Ord. Servorum B. V. Cremon. laudatur. 300.
Anna Dovaria Cremon. Uxor Philippini Gonzaghæ. 157.
Annuli tres in ſtemmate Blancę Marię Mediol. Duciſſæ. 262.
Anſelmus Ep. Cremonæ in Oppido Soncini vitam ducit. 53.
Anſolda familia Cremon. 68.
Antoniolus Ariſius Jo: Galeatii Mediol. Ducis à Secretis. 182.
Antonius de Archidiaconis Præpoſitus Mitratus S. Agathę. 297.
Eccleſiam Cremonæ reedificat. 297.
Antonius Guarnerius Med. doctiſſimus. 251.
Antonius Magliabequius Florentinus laudatus. 132.
Antonius de Meliis Abbas Cremon. arcam elegantiſſimè exſculptam erigit in ædibus S. Laurentii. 295.
Antonius Oldoynus J.C. Cremon. 241.
S. Antonius de Padua Cremonæ adfuit concionando, Cœnobium Franciſcanum perficit, Juvenes Cremonenſes in Religionem ſuſcipit. 108.
Antonius Maria Victorius Ord. Min. Conv. Ariminenſis. 240.
Apollinaris Offredus Med., & Philoſophus celeberrimus. 248.
Eugenio IV. S. P. acceptiſſimus. Ib.
Ariſtotelis anima vocatur. Ib.
Philippo Mariæ Med. Duci dedicat ſuum librum de anima. 249.
pugnat contra Averois opinionem. Ibid.
erat à Card. Bellarmino inter ſcriptores Eccleſ. recenſendus 250. recuduntur ejus opera. 250.
Cremonenſi, & Placentino Collegio Medic. adſcriptus 251. ſcripſit contra Petrum Medicum Mantuanum. Ib. Amicos habuit doctiſſimos Medicos. Ib.

Arahon

Arahon de Aurea Januen: Prætor Cremonæ. 190.
Arca pulcherrima alabaſtritis Abb. Antonii de Meliis. 295.
Architectus qualis eſſe debeat. 376.
Ardicio Rivoltella Beneventanus non Mediolanenſis in Oppido Platinæ ſepelitur cum epitaphio. 311.
Ariberta familia Cremon. 228.
Arianorum hæreſis. 50.
Aſcanius Maria Sfortia Franciſci Med. Ducis Filius Cremonæ natus anno 1451. S.R.E. Card. 334. Cremonæ Epiſcopus, Romæ obiit, ſepelitur in Eccl. S. Mariæ de Populo, cum Epitaphio ex Julii II. S.P. decreto. 335. eidem Cremonenſium literæ. 335.
Athanaſius à S. Carolo Eremita Auguſt. Nudipes laudatur. 322.
Auguſtinus Ala Cremon. Romæ Præſul. 157.
Auguſtinus de Dathis Senenſis doctiſs. 347.
Auguſtus Amicus Quintilii Vari Cremon. 29.
Claudiam Pulchram ejus Nepotem eidem tradit in Uxorem. 29.
Maximè contriſtatur de Morte Quintilii. 30.
Amicus Alpheni Vari Cremon. 32.
Aurelii à Sabinis oriundi, & à Sole dicti. 18.
Autor promittit tabulam dypticam ſyncerè edere de Epiſcopis Cremonenſibus 41. item librum de Prætoribus Cremonæ 229. ac Vitam B. Georgii Lazzoli Cremon. 274. in Academia Filergitarum Forolivii receptus 252. Locumtenens Ampliſſimi Comitis, & Regii Senatoris D. Philippi de Archintis Cremonæ Prætoris 340. Bononiæ ſtudiis legalibus operam dedit. 396.
Autoris mœror circà inſcriptiones antiquas deperditas. In Ep. ad Lect. & pag. 265. Carmina in laudem Illuſt.mi, & Rev.mi Octavii Picenardi Ep. Regienſis 140. numiſmata 309. nomen in ſacro Baptiſmate. 323.
Autoris libri Propinomii Hiſt. Geogr., & Poetici Venetiis excuſi 1676. error in Addit.
Azo Canonicus Bononienſis diverſus ab Azone J. C. 93.
Azo Porcius Juris utriuſque Monarca appellatus 89. ex Oppido Caſalis Majoris Agri Cremonenſis 89. Joannis Boſiani. Cremon. diſcipulus 89. Bononię leges docuit 89. dena millia Auditorum habuit. 89. inter quos fuere inſigniores J.C. illorum temporum 90. ab Æmulis calumniatus 90. Lycei Montiſpeſſulani Profeſſor. 90. Fabula de eod. 92. obiit anno 1227. 93.

B

S. BAbila non fuit Cremonæ Epiſcopus, 41.
Bagarotta familia Cremon. 385.
Baptiſmi omiſſio non nocet credenti probabiliter eſſe baptizatum. 89.
Baptiſta de Meliis legatus ad Remp. Venetam. 302.
Baptiſta Muſſus Eques, & J. C. inſignis. 370.
Baptiſta Piaſius Aſtronomus Ferrariæ docuit. 337.
Prædicit abrogationem Franciſci Foſcari Venet. Ducis. 337.
Memoratur à Pio II. P. Max. 337.
Baptiſta Platina, vide, Bartholomæus Platina.
Baptiſta Sfondratus Cremonenſis J. C. celeberrimus. 323.
Mediolani Senator 324. Ad Summos Pontifices, Reges, & Principes legatus 324. obiit Venetiis, ibi ſepultus cum Epitaphio 324. Signoroli Homodei J. C. præſtantiſſimi Gener 324. Pater Franciſci Sfondrati S. R. E. Card. 324. Avus Nicolai poſteà Gregorii XIV. S. P. 324.
Baptiſterium Cremonæ erectum anno 1167. 43. plumbeo tegmine illuſtratum. 351.
Barbovia familia Cremon. Patavii inſtituta. 269.
Barezzius de Barezziis Cremon: Typographus inſignis. 317.
S. Barnabas Primus Chriſti fidem Cremonæ docuit. 39.
Epiſcopus Cremonę à Blaſio Rubeo malè vocatus. 40.
Baronii Card. animadverſio de Hiſtoria Luitprandi Epiſc. Cremonenſis. 59.
Bartholomeæ de Matuliano Bonon. carmina ad Carolum Cavalcabovium. 213.
Bartholomæus Benzonus Cremenſis laudatur. 202.
Bartholomæus Capra Ep. Cremonæ, poſteà Archiep. Med. 222.
ab Invidis delatus ad Joannem XXIII. Ibid.
A Franciſco Sfortia Eccl. Mediol. reſtituitur. Ibid.
Bartholomæus de Medioaprile J. C. Crem. Rector Belluni. 182.
Bartholomæus Platina Cremon. cognomine de Sacchis 311. Philoſophus, Hiſtoricus, Orator, & Poeta 311. Grecæ linguæ peritus 312. Principibus Gonzaghis acceptus 313. Abbreviator Apoſtolicus 313. à Paulo II. in compedes conjectus 314. quare in odium Pauli 314. Amici Platinæ memorantur. 314. Innocens dignoſcitur 315. A Sixto IV. proventibus auctus, & Bibliothecæ Vaticanæ primus Præfectus conſtituitur. 315. Ædes, & Hortos ſibi ſtruxit in Quirinali 316. Ejus opera recenſentur 317. & ſequ. defenditur à Cenſura Trajani Bovalini, & aliorum 319. ejus carmina in funere Campani 320.

Obiit

Obiit anno 1481. Sepultus Romæ in Templo S. Mariæ Majoris cum Epitaphiis 320. 321. Poetæ, qui ejus funus defleverunt. 321. Ejus Effigies 321. Ejus facies, corpus, & mores deſcribuntur 322. malè Baptiſta vocatus, & perperam Veronenſis. 323.

S. Baſſanus Martyr Ep. Civis Cremon. 44. Coloniæ ejus corpus ſervatur 44. Ejus Reliquiæ ad Patriam miſſæ in Eccl. SS. Petri, & Marcellini, ac S. Geroldi. 44.

Benedictus Bacchinus Mon. Caſinenſis laudatus. 352.

Benedictus Dovaria Crem. Ep. Tripolitanus. 267.

Benedictus Muſinus Medicus doctiſs. 251.

Benedictus Stanga Crem. Romæ Præſul. 326.

Benvenutus, & Niger de Foliatis Cremon. ab Henrico Imp. carceribus addicti. 161.

B. Bernardinus Feltrenſis Cremonæ Evangelium prædicat. 297.

Bernardinus Maynardus J. C. Cremon. 374.

S. Bernardinus Senenſis memoratur. 185. 208.

Sacras Conciones Cremonæ habuit. 246.

Bernardi Sacci Papienſis error malignus. 224.

S. Bernardus Abbas Cremonā profectus, Cremonenſes inculcat. 69.

Bernerius de Summis Cremon. Patriæ Ep. ardua patitur. 117.

Berta de Perſicis Mater B. Joannis Surdi Crem. 84.

Beſſarion S. R. E. Card. Nicenus Platinæ fautor. 313.

Bibliorum Sacrorum Codex Hebraicus Soncini excuſus. 342.

Bibliotheca S. Abundii Cremonæ Cler. Reg. Theat. 159.

Ambroſiana Mediolani memoratur. 18. 26. 180. 183. 207. 222. 227. 229. 237. 268. 270. 278. 303. 340. 357.

Angelica Auguſtiniana Romæ. 238.

Angelorum Florentiæ. 403.

Auguſtiniana Cremonæ. 128. 169. 179. 190. 243. 272. 275. 319. 321. 329. 338.

Cæſarea Vindobonenſis. 87. 319.

Conventualiũ S. Franciſci Cremonę 184. 315. 368. 389.

Dominicana Cremonæ. 61.

Eſtenſis Ducalis. 306.

Maynolda Cremon. 185. 246. 251.

Medicea. 317.

Patavina. 179. 251. 271. 353.

Regienſis PP. Minorum. in Append.

Romana Ducis de Altemps. 179.

Soncini S. Mariæ Gratiarum. 368.

Trevirorum. 60.

Vaticana. 87. 297. 315. 321.

Veneta S. Antonii. 98.

Blanca Franciſca Sfortia Monaſterium S. Monicæ Cremonæ ingreditur. 307. & cum ea quatuor Nobiliſſimæ

Puellæ

Puellę Mediolanenſes 307. Leges ſtatuit pro Monialium regimine. 307.
Blanca Maria Sfortia Mediol. Duciſſa memoratur. 243. Uxor Franc. Sfortiæ. 254. Orta in loco Septimi Agri Ticinenſis 258. Cremona eidem aſſignatur pro dote 255. Sacras ædes, & Monaſteria Cremonæ erigit 258. Monachos S. Sigiſmundi Cremonę prædiligit 259. moritur in Oppido Melegnani die 28. Octob. 1468. 259. memoratur. 254.
B. Blaſius Carmelita non fuit Cremonæ Epiſcopus. 195.
Blaſii Rubei in Dyptica Ep. Cremonę hallucinatio. 84.
Blondus Flavius Foroliv. diſcipulus Io: Baliſtarii Cremon. 223.
Bonaventura Cremon. Ord. Min. Sanctimonia inſignis. 322.
Bonaventura Zanucchius Matu. Ord. Serv. B. M. V. 205.
Bonhomia familia Cremon. 79.
Bonifacius VIII. quando Sum. Pont. 136. memoratur in Append. ubi de Henrico Caſalorcio.
Borromea familia Mediol. 307. ex qua Vitellianus. 255.
Borſius Ferrariæ Dux laudatur. 304.
Obiit 15. Kal. Septembris 1471. 312.
Boſius Dovaria Cremonæ Dominus, Vir fortiſſimus. 122.
Vicit Eccelinum 122. promulgat Statuta. 122.
eo patria pulſo fuerunt publicè reſciſſa. 122.
à Poeta Dante ſugillatur. 122.
Boſius Dovaria alter Cremon: Vic. Generalis Hier. Triviſani Epiſc. Cremon. 124.
Brixilli Eccleſia habuit Epiſcopos. 52.
Brocardus Perſicus Prætor Vincentiæ. 167.
Brocardus Perſicus Cremon: alter Sablonetæ Comes. 287. Conſiliarius Philippi Mariæ Med. Ducis, ac Nicolai Picenini 287. Ferdinandi Aragonenſis Supremus Cancellarius 287. Poeta eximius. Syderali ſcientia clarus 287. Feudis ampliſſimis à Rege Ferdinando ditatur. 288.
Brocardus Perſicus alter Eques Hieroſolimitanus Præfectus Exercituum in univerſa ditione Mediol. 293.
Bulgarus J. C. Cremon. 75. alii eum vocant Bononienſem. 76.
alii Piſanum. 76.
Bulgarus Vicus Agri Cremon: à quo memoratus J. C. 76.

C

CAbrinus Fundulus Cremonæ S. R. I. Vicarius. 225. excepit Sum. Pont., & Imperatorem in Urbe Cremonæ 225. obtinuit à Sigiſmundo Imp. inſtaurationem Studii Publici Cremonæ 225. captus à Lampugnano in loco Annici 227. Mediolani capite obtruncatur. 227.
Cæcinna gladiatorum Spectaculum Cræmonę celebrat. 9.

Cæſar

Cæſar Tintus Autoris amicus, 345.
Cambiaga familia Cremon. 301. et 395.
Cambius Zambeccarius J. C. Bon. 241.
Camillus Perſicus Cremon. Eques Hieroſolimitanus, 293.
Camilli Sitoni J. C. Mediol. mentio. 281.
Camiſes Culcanius Legatus antiquiſs. Cremon. 4.
Carafalla fam. Cremonenſis. 111.
Caroletta Cypri Regina à Sixto IV. Romæ excipitur. 322.
S. Carolus Borromeus Archiep. Mediol. 279. Eccleſiam Cremonenſem viſitat. 297.
Carolus Calvus Imp. Ticini coronatur. 57.
Carolus Cartarius Advocatorum Conciſtorialium Decanus laudatur, 232.
Carolus Cavalcabovius Cremonæ Dominus 210. Joannis Vineati Laudenſis Gener 210. Poeticis ſtudiis delectatur. 210. occiditur immaniter in arce Macaſturmæ 210. ejus carmina italica. 210.
Carolus II. Potentiſſimus Hiſpan. Rex, 189.
Carolus IV. Imperator, 157. 160.
Carolus Magnus ſacrorum Rituum amator, 87.
Carolus Pallavicinus Cremon. Ep. Laudenſis, 284.
Eccleſiam Monticellorum, Canonicorum Collegio decorat, 284.
Carolus Sigonius impugnatur, 76.
Carolus VIII. Galliarum Rex. 324.
Carolus Cæſar Malvaſia Comes, & Canon. Bonon. laudatur. 35.
Carroccium Mediolanenſe 88. A Cremonenſibus captum. 100.
Caſalorcia fam. Cremonenſis, 139.
Caſtrũ Leonis Oppidũ Agri Cremon inſigne ob victoriam. 100.
Cathedralis Eccleſia Cremonæ à Sicardo Ep. conſecratur. 89.
ampliatur, 12.
Catullus invehit in Pompeum ficto nomine. 34.
Cavalcabovia fam. Cremon. à Germania proceſſit, 231.
undè contraxit inſignia, 231.
Cavitellus Lud. Hiſt. Cremon. nimium credulus circà Cremonę denominationem 7. corrigitur 201. 202. 282.
Cavucia fam. Cremon. 124.
Chriſtophorus Stanga Cremon. ditionis Mediol. L. T. Generalis. 191.
Ciacconii error de Ardicione Rivoltella S. R. E. Card. 311.
Cippus Alfenii nomine inſcriptus. 35.
S. Ciria Virgo Cremon. pro Chriſti Martyr cum tribus aliis Virginibus Cremon. 64.
Cittanovani factio Cremonenſium in Vrbis parte ſuperiori 99.
Civitas fœlix, quæ à ſapientibus regitur. 70.
Claſſis Monaſterium Ravennæ 98.

Claudia Pulchra Quintilij Vari Cremon. Vxor. 29.
falſis petitur criminationibus à Tiberio 38.
Ab Agrippina majori difenſa irrito quidem labore. 38.
Clemens IV. S. P. Cremonenſes ab interdicto abſoluit. 106.
Cœnobium S. Abundij Cremon. P. P. Cler. Reg. Theat. 201.
S. Angeli Cremon. Min. Obſerv. 200.
S. S. Apoſtolorum P. P. Capucinorum 114.
S. Benedicti de Padolirone in Agro mantuano 331.
S. Bernardi Cremæ 85.
Carmeliticum Cremonæ 194.
S. Catharinæ Cremon. P P. Camaldul. 200.
Coronatæ Mediol. à B. Georgio Cremon. fundatum. 274.
Dominicanũ à B. Rolando, & B. Moneta incœptum 103.
105. è Suburbiis in Vrbem translatum 133.
memoratur 371.
Franciſcanum Cremonæ à divo Franciſco ædificatũ 101.
S. Iacobi Soncini Ord. Præd. 193.
S. Laurentii Cremon. in protectionem Othonis Imp. 76.
memoratur 295.
S. Petri de Pado Can. Reg. Later. 245.
S. Sigiſmundi Monach. S. Hieron. 254. 258. olim
Congregationis Vallumbroſanæ. 331.
S. Thomæ olim Monachorum Caſinenſ. 266. nunc
Capucinarum Monialium 355.
S. Victoris P P. Servorum B. V. M. 62.
Cognomina inventa ad homines diſtinguendos 24.
Quando in Italia cœperint. 51.
Collegium Cler. S. Pauli 176. 201.
Cler. Reg. Somaſchenſium 42.
Jure conſultorum Cremonæ. Vide ubi de I.C. Colleg.
Mediolani 90. Parmæ 327. Veronæ 90.
Medicorum Cremonæ 250. Placentiæ 251.
Societatis Ieſu 42.
Coloniæ Romanæ donatæ erant jure Quiritum 11.
Jus privatum Civium Romanorum habebant. 27.
Comitia Roncaliarum à Friderico Imp. celebrata 69.
Concilium Baſileenſe 231. Conſtantienſe 208. 222. 228.
Epheſinum 52. Ferrarienſe 60. Guardaſtallenſe 67.
Lateranenſe 84. 100. 101. Lugdunenſe. 113. 131.
Mantuanum 57. Mediolanenſe 132. Ravennas. 59.
Romanum 58. Veronenſe 87.
Conradolus Stanga Cremon. Mediol. Senator Januæ tumultus ſedat. 325.
Conradus Frid. Imp. Filius à Cremonenſ. in Baptiſmate ſuſcipitur. 12.
Obiit apud Trecium. 12.

Con-

Conſtantius Fundulus Cremonæ Epiſcopus 223.
plurimis agitatus moleſtiis à Philippo Vicecom. 223.
ab Epiſcopatu ſe abdicavit 223.
Conſules Cremonæ anno 1198. 95.
Contagium quid ſit, ejuſque præſervatio. 310.
Cornelius Gallus Poeta Bibaculi Cremon. amicus 17.
Cornelius Tacitus confutatur circa Cremonæ primordia. 2.
Corpora SS. Martyrum Marii, Marthæ, Audifacis, & Abacuch in Eccleſia S. Laurentij Cremonæ. 295.
Cortixia fam. Cremon. à qua denominatus eſt Vicus. 134.
Corua familia Cremon. ex qua Viri illuſtres, & Comites. 373.
cum ea contraxit affinitatem Autoris familia. 373.
Crema fam. Cremon. 80.
Cremona Urbs antiquiſſima, & Nobiliſſima, ut in tota Præfatione. Hetruſcorum Colonia. Ib. Romanorum Colonia. Ib. Propugnaculum adverſus Gallos. Ejus excidium anno à Chriſto nato LXXII. Ib. Cormona appellata. Ejus antiqua, & moderna Inſignia. Ib. Ante Romam condita. Ib. Brimonia. Cremon. Troja. Climena. Alcmena. Bremona priùs appellata. Ib. à Cremone Trojano nuncupata, & à Cremationibus. Ib. Vaſtata à Rege Ezezia. Ib. à Mercium Copia Cremona dicta. Ib. à Jano fundata. Brenona, & Agrimonia vocata, ut in Append. Inter Colonias de Romana Rep optimè merita. Ib. Urbs frequentiſſima à Strabone vocata. Feraciſſima à Plinio, Frumentifera, Dives, Ampla, Uberrima, ędifitiis tùm in Urbe, tùm ſuburbanis exculta. Opportunitate Fluminum aucta. Ib. Bellorum caſibus celebris. Ib. Afflicta à Caſii Bruti, & Antonij Copijs. Ib. Gymnaſio antiquo inſignis. Ib. & pag. 227. Magna Ib. in Gallia Tranſpadana nulli poſt Mediolanum cedens. Ib. Everſa ab Aghilulpho. Vicis, Pagis, Caſtris ejus Ager plenus Ib. Sum. Pont. Cæſarum Aug. Regum hoſpitiis clara. Ib. & ab eis tùm literis, tùm diplomatibus ſummoperè commendata. Ib. moneta cudit. Fide, & probitate florentiſſima, & in rebus militaribus expertiſſima. Caput, & Fundamentum Romani Imperii in Italia à Friderico II. Imp. vocata Ib. à Franciſco Sfortia I. maximè laudata. Ib. à Franciſco Sfortia II. poſt Mediolanum primaria Urbs ſuæ ditionis ampliſſimæ dicta. ibid. Habet Senatorem Mediolani in Prætorem à multis Judicibus, Togatis, & Pedaneis regitur. Ib. Optima Hominum acutiſſimorum ingenia ſemper produxit. Ib. Quare frigida à Virgilio vocata. pag. 42.
Turrita à ſcriptoribus dicta 56. diviſa in factionibus. 99.
Quomodo hæ factiones excitatæ 99. exhibet figurã Navis 123.
Magnus Phaſelus appellata ex quo jocoſum equivo-

cum à Nebulonibus deductū fuit. 123. habet privilegia ſtudij Publici. 125. ejus, & ſuæ diœceſis ſtatus lugubris. 154. ſe offert Jo: Galeatio Vicecom. 188. Carmina ad ejus laudem 296. 300. habet typographiam anno 1485. 338. ſub Venetorum dominio 374. ſub Francorum Rege 374.
Cremonella pars Vrbis Cremonæ appellata. 99.
Cremonella rivus Cremonam abluens. 99.
Cremonenſes ſummo fœdere Romanis adſtricti. 11. Cives Romani dicebantur 27. Ravennatibus conjuncti 98. Omnibus Italiæ Principibus Hoſtes judicantur. 11. 69. Valdè proſunt in Reſtauratione Laudæ 11. & in erectione Urbis Alexandriæ 11. habent privilegium monetæ cudendæ 12. 74. ſuſcipiunt in Baptiſmate Conradum Friderici II. Imp. Filium 12. ludos omnifariam celebrant, ac pretioſiſſima monilia Imperatrici donant. 12. Viri Fortes, & Fideles à Frid. II. Imp. vocantur. 12. 107. Fidelitatis veteri Elogio exornantur. 13. Gymnaſij generalis inſtauratione à Sigiſm. Imp. obtinent. 13 comendantur à Philippo Maria Mediol. duce. 13. item omni ſtudio, & amore à Franciſco Sfortia 14. laudati à Philippo II. Rege Hiſpaniarum 15. Contemnunt Mediolanenſes, ut inquit Divus Bernardus 69. impetum Mediolanenſium cohibent 70. Cremenſes per equivocum quandoque vocati 80. Cremā concremant 87. à Friderico in gratiam recepti. 88. Victores contrà Mediolanenſes 100. cum Mantuanis fœdus firmant 109. & 110. Guardaſtallum à Corrigienſibus habuerunt. 171. Statuta condunt. 196. Encenia quotannis celebrant. 241. eorum ingenia laudantur. 301. Qui fuerunt Præfecti Generales Congr. Caſinenſis Unitatis S. Juſtinæ Patavij. 353. & ſeq.
Cropella familia Soncinas. 368.
Cruce aurea in dorſo ſignatus, editus Jo: Fridericus Elector Saxoniæ 146.
Crux aurea in dorſo Comitum de Hasburg. 146.
Crux parvula in humero dextero legitimè natis ex familia Cavalcabovia Cremon. 146.
Curtius Inghiramius allegatur 3. à Leone Allatio ſugillatus. 3.

D.

B. DAmianus de Bozzulo diœceſis Cremon. Ord. Præd. 103.
B. Damianus Carrarienſis Cremonæ obijt anno 1401. 200.
Daniel Biragus J. C. Coll. Mediol. memoratur. 283.
Daniel Cajetanus Rhetor inſignis Cremon. 303. 308. Memoratur 360. eius carmina 327. 354. 357. 391. docet in Foro Julio, in Patria, Patavii, & Mediol. 308.

Pa-

Patrię Decurio 308. ejus Filii 388. Græcos libros habet. Ib. de eodem hallucinatio Pierij Valeriani. Ibid. Ejus opera. Ib. Ejus Amici. 390.
Data familia Cremon. 189.
Decurionatus Officium vetuſtiſſimum 19. Plebeis non datur Ib.
Decuriones quando Romæ creati 19. cur Decuriones vocati. 19. Cremonæ priſcis etiam temporibus adfuere. 19.
Decuriones Chriſtiani quales eſſe debent 387.
Denarium ſignatum X. prò decem libris Romanis 25. Drachma græcum equabat. 25.
Deſiderius Ariſius Monacus Hieronym. Autoris Frater. 258. 265.
Deus ante omnia invocandus. 1.
Dicteria Scurrilia retunduntur. 123. 124.
Dii antiquorum tricies ſex mille. 45.
S. Dominicus Cremonę puteũ cœnoſum benedictione depurat. 101. Bononiæ moritur cum veſtibus, & in Cubiculo B. Monetæ Cremonenſis. 104.
Dominicus de Dominicis Cremon. Carmelita Ep. Schithiæ Cretenſis. 194. SS. Reliquias Cremonam detulit. 195. obijt 4. Aug. 1400. Ibid. diverſus à Dominico de Dominicis Ep. Brixiæ Ib.
Donatus Calvus Bergom. refellitur. 79. 268.
Dos animi opibus præferenda. 158.
Dotales tabulæ Blancæ Mariæ de Vicecomitibus. 255.
Dovaria familia Cremonenſis dicta ab Oppido Dovaria in Agro Mediol. è ſtirpe de Anſelmis 122. Ab Eriberto Mediolani Archiep. Cremonam tranſlata 123. Feudis inveſtita 123. à Friderico Imp. dilecta 123. memoratur. 309.
Durandus plura exſcripſit ab operibus Sicardi Ep. Cremon. 87.

E

ECcleſia prima Cremonæ à Floriano Ep. ædificata. 45.
Eccleſiaſtici ſæcularibus immiſceri non debent. 248. 266. caveant, ne Judæ luem imitentur. 402.
Eccleſiæ nonnullæ Cremonenſes in hoc libro memoratæ. S. Abundii 130. 178. 200. 235. & in Apendice S. Ægidii 264. S. Agathæ 228. 245. 296. 351. S. Angeli 374. 396. S. Andreæ 191. S. Antonii Abbatis in Ap. S. Apollinaris 166. SS. Apoſtolorum 104. 114. 115. S. Auguſtini 120. 333. & in Ap. Baptiſterii 43. 351. S. Bartholomęi 351. S. Baſſani in Ap. S. Cataldi 177. 305. Cathedralis 89. 120. 188. 229. 302. 340. 354. & in Ap. S. Chriſtophori 282. SS. Coſmi, & Damiani 55. S. Dominici 159. 161. 174. 285. 286. 293. 294. 303. 346. 375. S. Donati 176. 299. S. Eraſmi 138. S. Franciſci 156. 166. S. Galli 69.

& in Ap.S.Georgii, in Ap.S.Geroldi 145.& in Ap.S.Gregorii 128.199.S. Guillelmi 104.112. S.Helenæ 327. S. Hilarii 231. S Homoboni 243.338. S. Jacobi 176. Incroſati in Ap.S.Joannis Novi 357. S. Laurentii 95.295. & in Ap. S.Lazari 152. S.Leonardi 248. S.Lucæ 227.310.376. S.Luciæ in Ap.S.Mariæ ad Hortum 144. S.Mariæ Ægyptiæ 171. S.Martini 161. S.Matthæi 240. S. Matthiæ 174. S. Mauritii 235. S. Michaelis 172.244. S. Monicæ 230. SS. Nazarii, & Celſi 181. S. Pauli 142. S. Petri de Pado 181.331.350. S. Sepulchri 134. S. Servatoris 57.285.& in Ap. S. Sigiſmundi 254.258. S. Sophiæ 173.329. S Sylveſtri 207.320., & in Ap.S.Syri 192. S. Teclæ 137. S.Thomæ 243. S. Victoris 385. S.Vincentii 350.384.

Eccleſiæ aliarum Urbium, & Oppidorum.

S. Anaſtaſiæ Romæ 71. S. Antonii Paduæ 247. Vicentiæ 267. S. Auguſtini Paduæ 143.169. Cathedralis Bononiæ 73.150. Brixilli 56. Mediolani 279. Paduæ 54. Placentiæ 285. Regii 139. Vicentiæ 83. S. Catharinæ in Inſula Cretenſi 306. Collegiatæ Monticellorum 284. S. Dominici Regii 126. S. Euphemiæ Bergomi 208. S. Franciſci Paduæ 169. S. Gervaſii Bononiæ 91. SS. Joannis, & Pauli Venetiarum 155. S. Lazari Ferrariȩ 252. S.Laurentii Buxeti 194 S.Mariȩ Caſtri Novi Buccȩ Abduæ 285. S. Mariæ Coronatæ Mediolani 234. S. Mariæ de Fonte Caſalis Majoris 235. S. Mariæ Gratiarũ Bergomi 208. Malei Oppidi 374. Mantuæ 220. Mediol. 308. Placentiæ 276. Venetiarum 324. S. Mariæ Majoris Romæ 320. S. Mariæ de Populo Romæ 354. S. Mariæ Vadi Ferrariæ 75. S. Petri in Coelo aureo Papiæ 164. SS. Sylveſtri, & Martini de Monte Romæ 71. Veteris Montis Coloniæ 44. S. Virginis Annunciatæ Soncini 236.

B. Eliſabeth de Picenardis, filia Leonardi Patritii Cremon. 205.
Inſigne Sanctitatis ſpeculum, concentu Angelico ad ſuperos evocata 205. condidit teſtamentum. 306.

S. Emanuel Mon. Ciſtercienſis Ep. Cremonæ. 84.

Epiſcopalis dignitas, amplitudo, & officium. 51.

Epiſcopi olim non dabantur Urbibus, niſi Fidelium copia affluentibus 43. Cremonenſes primi, & ex eis loca propè Urbem denominata 46. Cremonenſes non allegati ab Ughello. 51.

Epiſcoporum Cremonenſium icones. 51.

Epiſcopus non eſt qui prȩeſt, & non prodeſt. 47.

Epitaphia, Vide Inſcriptiones.

Equites Cremonenſes facti à Rep. Veneta. 302.

Equites Hieroſolimitani Cremonenſes. 293.

Equitum Templariorum ordo ſuppreſſus. in Addit.

Eribertus Aribertus S. R. E. Card. 71.

Eribertus Archiep. Mediolani Cremonam invadit. 123.

ab

ab ejus nomine una ex porta Civitatis appellata. 123.
Evãgeliſta Biſſus Crem. Monachus S. Hieronymi laudatur. 259.
S. Euſebius Abbas Cremon. moritur die 14. Aug. anno 429. 46. eius feſtum celebratur die 5. Martij. S. Hieronymi Amicus, & diſcipulus. Scriptis clarus. Dicitur è familia Bonetta 47. laudatus à Divo Cyrillo Ep. Hieroſolimit. Romam à Divo Hieronymo miſſus. 48. circa hoc opinio Perezij. Ib. Ejus Altare in Cathedrali Cremonæ 49. ejus corpus in cryptis Hieroſolimitanis 50. Scriptores de ejus Vita. 47. 266.
Euſebius Chroniſta refutatur. 33.
Euſebius Mediolanenſis Epiſcopus concilium celebrat. 52.
Ezelinus Tyrannus Clavium Eccleſiæ contemptor. 102.
Pulſus ab obſidione Mantuæ Cremonenſium auxilijs 110. Victus à Boſio Dovaria Cremon. 122.

F

Fabula de Ioanna Papiſſa. 77.
Fabritius Monſignanus Comes Forlivienſis laudatur. 252.
B. Facius Veronenſis Cremonę degens dignis effertur exequijs. 120. Moritur die 18. Januar. 1272. 127. ejus acta deſcribuntur. 127.
Fati definitio. 238.
Federici Sfondrati duo ejuſdem nominis. 285.
Felix Geroldus Vic. Generalis Ep. Novariæ. 285.
Felix Secundus Ep. Cremonæ. 43.
Ferdinandus Sfondratus Romæ Præſul. 286.
Ferdinandus Siciliæ Rex amat Com. Brocardum Perſicum Cremonenſem. 288. memoratur. 325.
Ferdinandi Ughelli in Italia Sacra errores 52. 220. ſuſpectam habet inſcriptionem Gilberti Alæ. 62. redargutus de Guidone Cardinali Cremonenſi. 81.
Feudum Veſcovati juris olim Epiſcopii Cremon. permutatur cum illo Genivoltæ. 158.
Fœderis formula inter Mantuanos, & Cremon. 109.
Fœdus Sum. Pont. Regis Aragoniæ, & Reip. Venetæ. 384.
Fœminarum epitheta in antiquis Inſcriptionibus. 25.
Foſſa fam. Cremon. 199.
Franciſca Ariſia Monaſterii S. Monicę Cremonæ Abbatiſſa. 307.
Franciſcus Breſſianus Cremon. memoratur. 187. 189.
Franciſcus Brumanus Cremon. J. C. facundiſſimus cum aliis Patritiis Legatus ad Venetos. 302.
B. Franciſcus Crem. Converſus Canonic. Reg. 246.
Franciſci Fulvii Trugoni ſcurrilitas eliditur. 124.
Franciſcus I. Galliarum Rex Mediolani Dux. 368. 370. 374.
Franciſcus Lemene Comes Laudenſis laudatur. 114.
Franciſcus Maria Guarnerius Autoris Levir. 181.

Fran-

Franciſci Philelphi poetica libertas nimia. 302. 359.
à Poggio Florentino ſugillatur. 303. item à Gyraldo 339.
Convincitur de mendacio. 339.
Franciſcus de Raymundis Cremon: ad Remp. Venetam. 302.
Franciſcus Regatius Cremon: Ord. Min. Bergomi Ep. 208.
Ad Conſtantienſe Concilium profectus. Ib. Sigiſmundo Imperat. gratiſſimus. Ib. Pietate ſingularis in B.V.M. ędes eidem ſacrat. Ib. multa opera ſcripſit. Ib. obiit anno 1437. Ib.
Franciſci Schotti error. in Addit.
S. Franciſcus Seraphicus Autoris Tutelaris. 1.
Cremonæ cœnobium inſtruit. 101.
Franciſcus Sfondratus Cremon. S. R. E. Card. 324.
Gregorii XIV. Pater. Ib. Danielis Cajetani diſcipulus. 390.
Franciſcus Sfortia I. Med. Dux Cremonenſiũ amantiſſimus. 14.
Cremonæ Dominiũ obtinet 254. Maritus Blancæ Mariæ Philippi Mariæ Vicecomitis Filiæ eidem deſponſatur in Templo S. Sigiſmundi propè Cremonam. Ib. edidit Decreta. Cremonam laudat. Cremonam, & Pontremulum pro dote habuit. ibid. obiit ex hydrope. ibid. Ejus geſta deſcripta 298. ejus filiorum nomina. 299.
Franciſcus II. Sfortia dat literas Cremon. amore plenas. 14.
Franciſcus Vicecomes Cremonæ Ep. 44.
Franciſcus Zaffonus Cremonæ Prætor capite obtruncatur anno 1405. 204. Innocentiſſimos Cremonenſes capite plecti juſſerat. 204.
Fridericus I. Imp. Cremonenſibus concedit jus monetæ cudendæ 12. Juriſconſultos in pretio habet 78. In campeſtribus Roncaliæ Judices Viros doctiſſimos habebat. 78.
Bello Cremam afflixit. 79.
Fridericus II. Imp. confirmat Cremonenſibus donationem Caſtri Roncaroli 12. Soncinum invadit 88. Caſtrum Manfredũ in agro Cremon. funditùs evertit. ib. Brixiam obſidet 103. Cremonæ adfuit. 106. Veronam capit. 110.
B. Fulgentius Soreſina Cremon. Can. Reg. Later. Sanctimonia præclarus 276. Concionator admirabilis. ibid. Ferrariæ ſæviſſima graſſante peſte infectis inſervit. 277.
Carmina in ejus laudem. 277.

G

GAdiæ, ſeù Gaziæ familiæ Cremon: Monumenta. 169. 170.
Galeatius Roccha Cremo: à Secretis Senatus Mediol. 273.
Galeottus Franciottus de Rupere S. R. E. Card. Sixti IV. Nepos Epiſc. Cremonæ. 334.
Gamaliel legum Doctor Præceptor Divi Barnabæ. 40.
Galvanus Flamma ex Chronico Gaſapini Antignati Cremon: J. C. ſuum opus compoſuit. 162.

Gen-

Gentilitiæ notæ in familia Cavalcabovia Cremon. 146. item in aliis ibid.
Georgius Cribellus Mediol. Arcis Cremonæ Præfectus. 202.
B. Georgius de Lazzolis Cremon: Auguſtin. Theol. inſignis. 274. Inſtaurator Congr. Auguſtinianæ in Inſubria ibid. Beati titulo decoratur 274. miraculis clarus. ibid. Ejus corpus Mediolani in Eccleſia B. V. Coronatæ aſſervatur. ibid. ubi ejus effigies. ibid. & 275.
Gerardus Cremonenſis Medicus celeberrimus 269. Sabloneta nuncupatus. ibid. Ejus opera recenſentur. 269. 270. 271. Ejus de Geomantia opuſculum gallicè traductum. 272. Quare Toletanus etiam appellatus. 271. contrà eum ſcripſit Jo: de Monteregio 271. defenditur à Baptiſta Plaſio Medico Cremon. ibid. Gregorius perperam vocatus 272. circà annum quo vixit error. 272. Ordinis Eremitarum male vocatur à Poſſevino ibid. ex familia Comitum de Perſicis ſcribitur. ibid.
Gerardus Dovaria occiditur ab Imperatoris Pincerna. 87.
Gerardus Epiſcopus Tridenti patria Cremon. 106.
S. Geroldus Colonienſis propè Cremonam martyrio afficitur. 101. Ejuſdem Vita, & obitus deſcribuntur. 113. ejus corpus in templo S. Vitalis Cremonæ ibid. nunc S. Geroldi nuncupato. ibid.
Giberti de Corrigio diſſenſiones cum Parmenſibus à Magnatibus Cremon. ſedatæ. 144.
Goſalenga familia Cremon. 63.
Granella familia Cremon; 294.
Gregorius Azanellus Jo: Galeatii Vicecomitis Mediol. Ducis Aulicus 196. ejus literæ Andreolo de Ariſiis quando Jo: Galeatius Ducali titulo inſignitus fuit. ibid.
Gregorius Montelongus Apoſt. Sedis Legatus. 114.
Habet literas ab Innocentio IV. pro electione Bernerii de Summis ad Epiſcopatum Cremonæ. 116.
Gregorius XIV. Sum. Pont. antea Nicolaus Sfondratus Cremonenſis. 297.
Griſogonus Surdus Ep. Cremonæ. 52.
Guarinus Veronenſis. 268.
Guelphi, & Gibellini Cremonam exagitant. 117. Pacem ineunt Cacciacomite de Summis Epiſ: Cremonæ procurante 120. vincunt Gibellinos. 202.
Guido Card. Cremonenſis non Cremenſis 78. Pſeudopontifex Paſchalis III. nominatus adverſus Alexandrũ III. 78 erat ex gente Dovaria Cremon: non autem ex Comitibus de Camiſano 79. Piſas contendit cum Friderico Imp. 81.
Guido Grandus Cremon. Mon. Camaldulenſis laudatur. 4. 221.
Guido Suzarius Mantuæ natus Cremona oriundus 125. Inſignis legum Doctor Cremonæ docet. ibid. tumulatus in

in Templo Divi Guillelmi extrà Urbem. ibid. inſcriptio ejus tumulo translata in Sacrarium Divi Dominici Cremonæ ibid. nunc deperdita. ibid. Regienſis autumatur à Guidone Pancirolo, qui plura de eo affert, & pręcipuè circà ejus mortem. 126.

B. Guillelmus de Amidanis Cremon. Epiſc. Novariæ 163. ab aliis vocatur de Tocchis. ibid. Sanctitate conſpicuus. ibid. Prior Generalis quinquies totius Ord. Auguſtiniani. ibid. Sepulchrũ Divo Auguſtino conſtruit. ibid. S. R. E. Card. non tamen publicatus 164. ędificat palatium in Inſula S. Julii 164. in Templo S. Petri in Cælo aureo Papię ejus Inſcriptiones. 165.

Guillelmus Cavalcabovius Cremonæ Dominus 145. Patriam capit in odium Henrici Imp. & Gibellinorum. ibid. eruditus in Aſtrologicis, & Geomanticis. ibid. In oppido Soncini occiditur. ibid. ejus Epitaphium in Ap.

Guillelmus Centuaria Cremon Ord. S. Franciſci Epiſ. Placentię, & Papiæ 184. Summus Theologus in Accad. Ticinenſi. ibid. ampliavit officium S. Syri. ibid. Hymnum pro SS. Papię Epiſcopis compoſuit. ib. Ejus Epiſtola ad Canonicos Placentinos 185. laudatur à Divo Bernardino Senenſi tunc vivente. ibid.

Guiſcarda familia Cremon. 133.

B. Guiſcardus de Guiſcardis Cremon. Ord. Min. Conv. S. Franciſci Martyr, & Epiſcopus. 133.

Gymnaſii generalis inſtauratio Cremonę conceditur. 13.

Gymnaſium Placentinum. 201. 208.

Gymnaſium, vide ſtudium, & Univerſitas.

H

HEbræi ſolent vocari ex locis unde Majores ſui egreſſi ſunt. 342. 345.

Hebræorum libri 342., & ſequ.

B. Henricus Abbas Cremon. Monacus Cluniacẽſis literis clarus. 66.

Henricus Caniſius edidit nonnulla Luitprandi Epiſc. Cremon. opera. 61.

Henricus Caſalorcius Cremon. Ep. Regii 138. celeberrimus J.C. in Ap. Bonifacio VIII. operam prę̨ſtitit in componendo ſextum librum legum Canonicarum. ibid. in Galliam ab eodem S P. miſſus ibid. tractatũ compoſuit de poteſtate Papæ ibid. decennio præfuit ſuæ Eccleſiæ ibid. moritur, & tumulatur in Cathedrali cum Epitaphio ibid.

Henricus II. Angliæ Rex Cremonenſes ſolicitat contrà Divum Thomam Cantuarienſem Archiep. 81.

Henricus Imp. favet Lothario J. C. Cremon. 93.

Henricus Imp. Mediolani coronatur. 141.

Heppon Epiſcopatum Novariæ invadebat ab Henrico Imperatore intruſus. 68.

Her-

Hercules Ferrariæ Dux. 306. 309. 324. 327.
Hermanus Combrach S. I. memoratur. 44.
Herolphus Archiep. Salzburgenſis excæcatus. 59.
S. Hieronymus S. Euſebii Cremon. Magiſter 46. laudat Titum Livium. 3.
Hieronymus Barbovius J. U. D., & Aulæ Cæſareæ miles. 278.
Hieronymus Baruffaldus Ferrarienſis eruditiſs. 303.
Hieronymus della Higuerra S. I. edidit Luitprandi Hiſtoriã. 61.
Hieronymus Manna Eccleſ. Cathedralis Cremon. Canonic. 367.
Hieronymus Pallavicinus Cremon. Ep. Laudenſ, & Novar. 358.
Hieronymus Surianus Arimin. Mon. Camald. 250.
Hieronymus Sylva Cremon. Turmarũ Equeſtrium Pręfect. 262.
Hieronymus Sylva alter Eques S. Jacobi Præfectus Italicæ legionis in Belgio laudatur 263. obiit die 26. Septembris 1701. pendente hujus libri impreſſione.
Hieronymus Vitalis J. C. Civitatis Buxeti. 242.
Hilarius Hermenzonius Cremonæ Conſul. 386.
S. Himerius Cremonæ Protector 6. ejus corpus Cremonam translatum à Luitprando Epiſ. 59. 85. latens ſub ruinis ex terræmotu ab Uberto Ep. ad primævum cultum reſtituitur 69. Ad ejus aram maximus Populi concurſus. 85.
A quibus acta ſua deſcribuntur ib. cõditur in arca marmorea. 89.
B. Himerius Guardalupus Cremon. Ord. S. Franc. Epiſc. moritur Pariſiis. 131.
Hiſtoricæ notiones vetuſtate pereunt 5. veritate fultæ eſſe debent. 76.
Hofmanni error circà Soncinum. 372.
Homo qualis eſſe debeat 45. quomodo Diis ſimilis. 242.
S. Homobonus Cremon. 95. moritur anno 1197. die 13. Novembris. ibid. ejus canonizatio. 88.
Homobonus Moriſius J. C. Cremon. magni nominis. 111.
Homobonus Piſo Medicus Cremon. 401.
Honorius III. S. P. inquirit acta B. Joannis Cremon: Epiſc. Vicentini 101. literas dat Gerardo Cremon. Ep. Trident. 106.
Hoſpitale S. Spiritus in Saxia Romæ. 323.
Humiliatorum Præpoſiti Generalis Cremon. 250. Monaſteria Cremonæ ab iiſdem poſſeſſa. ibid. & 201. eorum primordia, & ſuppreſſio. ibid.

I

JAcobus Alierius Cremon. Med. inſignis. 237.
Jacobus de Archidiaconis Cremon. Medicus. 297.
Jacobus de Arena J. C. illuſtris Parmenſis inter Bononienſes relatus. 91.
Jacobus Paveſius Cremon. Nicolai Picenini Viceſgerens. 265.

Jacobus Perſicus Cremon. Prætor Peruſii. 167.
Jacobus Ponzonus Legatus ad Remp. Venetam. 302.
Jacobus Putheus J. C. Cremon. 295.
Jacobus Redenaſcus Crem. Gibellinorũ Princeps occiditur. 146.
Jacobus Trecchus Cremon. Eques, & Mediol. Senator. 351.
Jacobus Antonius à Turre Cremonæ Epiſc. 308.
Jacobus Franciſcus Aribertus Cremon. Apoſtol. Cam. Cleric. 71.
Jacobus Philippus Bergom. errat circà Epiſcopatũ S. Babylæ. 41. item circà Turris majoris Cremon. erectionem. 56.
Jaſon Maynus J. C. celeberrimus. 329. 369.
Icones Epiſcoporum Cremon. in Aula Epiſcopii. 51.
Ingenii ubi plurimum, ibi minimum fortunæ. 346.
Innocentius IV. S. P. antea Synibaldus Fliſcus diſcipulus Azonis. 90. celebrat concilium Lugdunenſe 113. irritam declarat electionem in Ep. Cremon. Jo: Boni Geroldi. 114. Purpureum Galerum S. R. E. Card. conceſſit. 116.
Innocentius VIII. S. P. 324.
Inſcript.nes Ubi litera S. eſt antepoſita, Sepulchrales intelligãtur. Pag. 9. 5. 18. S. 24. S. 26. 42. S. 53. S. 54. 56. S. 57. S. 62. S. 69. S. 70. S. 71. S. 72. S. 74. S. 80. S. 81. S. 83. S. 84. 89. S. 91. S. 94. S. 96. S. 102. S. 103. S. 107. 109. S. 110. S. 112. S. 113. S. 114. 115. S. 115. S. 120. S. 122. S. 125. S. 127. S. 129. S. 130. S. 131. S. 132. S. 134. S. 137. S. 138. S. 142. S. 143. S. 145. S. 150. S. 151. 152. S. 155. S. 159. S. 160. S. 161. 164. 165. S. 166. S. 169. S. 170. 170. S. 171. S. 173. S. 174. S. 176. S. 177. S. 178. S. 181. S. 188. S. 191. S. 192. S. 199. S. 200. 204. S. 220. S. 223. S. 227. 228. S. 229. 230. S. 231. S. 233. S. 235. S. 240. S. 244. S. 247. S. 248. S. 252. 254. 259. 264. S. 267. S. 274. 274. 275. S. 279. S. 281. S. 282. S. 283. S. 285. 285. S. 286. 294. S. 295. 297. S. 297. 299. S. 302. S. 303. S. 307. S. 308. S. 310. S. 311. S. 320. S. 321. S. 324. 325. S. 326. S. 329. S. 330. 333. S. 333. S. 334. S. 338. S. 346. S. 351. 351. S. 352. S. 354. 356. 368. S. 374. 375. 376. S. 385. S. 388. 393. S. 396. 400. Vide alias in Appendice.
Inſubria quare dicta Gallia Ciſalpina. 5.
Inſula S. Julii Agri Novar. deſcripta à Lazaro Auguſt. Cotta. 68.
Intronatorum Accademia Senenſis. 347.
Joannes Amatus Cremonæ Conſul. 75.
Joannes Ariſius Ep. Teleſinus 159. Tres alii ejuſdem nominis, & cognominis. Joãnes Autoris Genitor. ibid. Joãnes Patrię Decurio. ibid. Joannolus Syndicator Judic. Mediol. Ib.
Joannes Baliſtarius Rhetor Cremon. Blondi Flavii Præceptor 223. Divo alii ejuſdem nominis, & cognominis. 224.
Joannes Boſianus. J. C. Cremon. Prçceptor Azonis 73. perperam vocatur Bononienſis. ibid. & perperam Boſſus. ibid. obiit Bononiæ ſepultus in illa Cathedrali. ibid.
S. Joannes de Capiſtrano. 281.

Joan-

Joannes de Cermenate Hiſtoricus Mediol. 145
Joãnes Ciampinus Præſul Romanus laudatus, 230. 296. 313. 323.
Joannes Gradonicus Dux Venetiarum 160. & in Ap.
Joannes Mabillonius V. C. 403.
Joannes de Perſicis Cremon. Auguſtin. Theologus à Voſſio nominatus pro altero Joanne Cremon. 128.
Joannes Schinchinellus Med. clariſſimus. 235.
Joannes de Stabilibus Firmanus Vic. Gener. Epiſc. Cremon. 308. inſtituit Biblioth.^{am}, & Gymnaſiũ Cremonę. 333. laudatur. 336
B. Joannes de Surdis Cremon. Ep. Mantuæ, deindè Vicentiæ. 82. pro Chriſto Martyr. ibid. in agone orat pro interfectoribus. ibid. perperam à Creſcentio Placentinus vocatur. 83. quare cognominatus de Cacciafrontis. 84.
Joanninus Baldeſius vulgò appellatus Zanninus. 241.
Joannes Antonius Cattaneus J. C. Soncinas laudatur. 54. 232.
Joannes Ant. Honoratus Cremon. Epiſc. Interamnenſis Apollinaris Offredi recudit opera. 250.
Jo: Baptiſta Bertuccius Med. Cremon. 328.
Jo: Baptiſta Blanchinus Mediol. Senex Venerabilis. 295.
Jo: Baptiſta Gentilis Genuen: Mon. Caſin. Ep. Adiacenſis. 94.
Jo: Baptiſta Montanus Medicus celeberrimus. 310.
Jo: Baptiſta Stanga J. C. Cremon. 350.
Joannes Bonus Abbas alter à Joanne Bono Geroldo Epiſc. Cremonenſi deſignato 97. dirimit litem inter Epiſc. Bobienſem, & Monaſterium S. Columbani. ibid.
Joannes Bonus de Geroldis ab Epiſcopatu Cremonæ deponitur. 114. Generalis Procurator Eccleſię Cremon. ibid.
Jo: Chriſtophorus Tintus Cremon. Parmæ Ep. declaratus. 343. Sedem contendens, Mutinæ obiit. ibid.
Jo: Franciſcus de Covo Cremon: miles fortiſſimus. 373.
Jo: Franciſcus Rota Cremon. Marchio, ac Romæ Præſul doctiſſimus. In Ep. ad Lect.
Jo: Franciſcus de Sertirana efficitur Civis Cremonę. 233.
Jo: Galeatius Vicecomes Princeps benigniſſimus. 188. Cremonæ Dominus. ibid. Rolandi de Summo Cremon. opera ſedat diſsenſiones inter ipſum, & Bertoldum de Sabaudia. 191. Ducali titulo inſignitus. 196. Solemnitates eadem occaſione factæ. ibid. Andreolum de Ariſiis mittit ad Galliarũ Regem in Nuptiis Valentinæ ejus filię. 229.
Jo: Galeatius Maria Sfortia Med. Dux Cremonam Urbem primariam vocat ſuæ ditionis ampliſſimæ poſt Mediol. 14. Ejus privilegium Antonio Stanghæ Patritio Cremon. 348.
Jo: Jacobus Crottus Cremon. J. C. in ſua Oratione pro Franciſco Sfondrato ſæpiſſimè allegatus. Ejuſdem Oratio in Morte Nicolai Lucari. 357. & ſeq.
Jo: Jacobus Turreſinus J. C. Cremon. Epigrãma componit

de nonnullis J. C. Cremon. primi nominis, 137.
Jo: Ludovicus Ariſius memoratur. 318.
Jo: Maria Platina inſignis artifex. 325.
Jo: Paſqualis Alidoſius Bonon. quid dicat de aliquibus J. C. Bononienſibus. 76.
Jo: Stephanus Bottichiella Ticin. Ep. Cremonæ. 299.
Joſeph Guarnerius Soc. Jeſu. Levir Autoris, memorat. 181. 263.
Joſeph Lanzonus Medicus Ferrarienſis doctiſſimus. 304.
Joſeph de Nigris J. U. D. Autoris Avunculus memoratur. 40.
Joſeph Hieronymus Somentius Cler. Reg. Somaſ. laudatur. 313.
Joſeph Maria Brumanus J. C. Cremon. 302.
Judæ nomine Hebræi vulgariter non utuntur. 344.
Judex pretio corruptus eſt alter Judas. 135. Senex eſſe deberet, 105.
Judicare qui rectè non poſſit, 105.
Judices Cremonenſes Bononiæ. 151.
Judices nonnulli moventur ab auri ſacra fame, 167.
Julius Salernus Cremon. Romæ Præſul. 295.
Julius Salernus Ticinen. maledicus in Cremon. 295. non erubeſcit de Sicardo Ep. Cremon, doctiſſimo contumelias proferre. Ib.
Julius Sanſeverinus Pomponius Letus nuncupatus, 314. Platinæ Cremon. Amicus. 320.
Julius Cæſar Cipellus S. T. D. Amicus Autoris. 266.
Julius Cæſar Porrus J.C. Amicus Autoris. 400.
Jureconſultorum Cremon. antiquorum nomina, 53.
ex familia Advocatorum. 72.
Cremonenſes Bononiæ docentes vocati Bononienſes. 76.
Juſtinianus Imp. Theodoram Conjugē ſuam vocat Rever.am. 25.
Juſtitia Lux altera Mundi 114. Fons eſt Paradiſi, ibid. non eſt, ubi eſt avaritia. 135.

K

KAtaldus Manna Med. inſignis Cremon. 401.
Kircherus Athanaſius S. I quare M. Furium Bibaculum Cremon. Romanum vocat. in Ap.

L

LAmpugnana familia Mediol. 307.
Lanfrancus Cremon. Can. Reg. Later. magni nominis Vir. 245
Laurentius Lauretus Carmelita ſcholia reliquit in operibus Sicardi Epiſc. Cremon. 89.
Laurentius Legatus Cremon. memoratur in Epiſt. ad Lectorem, & pag. 219. 301.
Lazarinus Reſta Mediol. 229.
Lazarus Auguſtinus Cotta de Armeno Novarienſis laudatus.

tus. 68. 89. 164. 166. 207. 229. 329. 339. 347.
Leonardus de Gregoriis Cremon. ſcripſit geſta B. Facii. 127.
Legatorum Cremonenſium nomina ad Ludovicum XII. Francorum Regem. 392.
Leges ab Alpheno J. C. Cremon. compoſitæ. 35. 36.
Legiſperiti ſint probi. 331.
Leonardus de Amatis Cremon. inter Mantuanos, Veronenſes, ac Brixienſes diſcordias ſedat. 131.
Leonardus Botta Eques Cremon. Legatus ad Remp. Venet. 302. Ad Sixtum IV. cum Branda Caſtillioneo, ac Antonio Triultio pro pace Italiæ. 337.
Leonardus Juſtinianus Patricius Venetus. 268.
Leonardus Picenardus Cremon. Mantuæ Prætor. 204. Genitor B. Eliſabeth. Ord. Servorum B. V. 205.
Leonardus de Summis Cremon. 202.
Leonellus Ferrariæ Princeps. 333.
Literæ Abramini de Zucchis Cremon. ad Cambium Zambeccarium Bononienſem. 241.
Æneæ Silvii Picolominei poſteà Pii II. S. P. ad Nicolaum Amidanũ Cremon. 280. Amidani reſponſio. Ib.
Cacciacomitis Epiſc. Cremon. pro erectione Eccleſiæ S. Auguſtini Cremonæ. 121
Cardinalis de Iſolanis Præſidibus negotiis Cremonæ. 244.
Cremonenſium Aſcanio Mariæ Sfortiæ S. R. E. Card. Epiſcopo Cremonenſi. 335.
Danielis Cajetani Hilarioni Abbati Corbetæ. 388.
Franciſci II. Med. Ducis Præſidibus Cremonæ. 390.
Franciſci Philelphi Nicolao Putheo Cremon. 252.
Jacobo Caſſiano Cremon. 253.
Michaeli Rocchæ Cremon. 273.
Gregorii de Azzanellis Cremon. Prҿſidibus Cremonҿ. 244.
Andreolo de Ariſiis. 196.
Guillelmi Centuariæ Cremon. Epiſc. Plac. ad Canonicos Placentinos. 185.
Innocentii IV. S. P. de Bernerio Summo. 116.
Jo. Galeatii Sfortiæ Med. Ducis ad Cremonenſes. 299.
Philippi II. Hiſpaniarum Regis Cremonenſibus. 15.
Philippi Mariæ Med. Ducis Cremonenſibus. 224.
Sixti IV. S. P. Religioſis Ord. Servorum. 305.
Vercellenſium Ponzini de Ponzonibus Cremon. eorum Prætori. 146.
Lotharius J. C. Cremon. ab æmulis vexatus. 93. malè de eodem ſcribit Pancirolus. ibid. perperam ab Alidoſio vocatur Piſanus. ibid.
Lotharius Imp. confirmat privilegia Ep. Cremonæ. 69.
Lucas Picus Parmenſis Cremonæ docet. 360.

Lucas

Lucas Vernacius J. C. Cremon. celeberrimus. 248.
Luchinus de Lazzolis Cremon. fundat Xenodochium. 275.
Lucia de Nigris Autoris genitrix dilectiſſima. 247.
Ludovicus II. Imp. confirmat privilegia Ep. Cremonæ. 57.
Ludovicus Sablius Soncinas Ord. Præd. Vic. Generalis in Inſubria 193. malè à Fliſco vocatur totius Ordinis General. Ib.
Ludovici Sfortiæ dominandi libido 309. Duos Cremonenſes Patritios in carcerem iniquè detrudit. ibid. Numus argenteus cum ejus effigie penès Autorem. Ibid.
Ludovicus V. Imp. Cremonenſibus privilegia Friderici Imper. confirmat. 13.
Ludovicus Antonius Muratorius Mutinenſis laudatur. 26. 87. 145. 196. 222. 268. 271. 319.
Luitprandus Ep. Cremon. multis vocatus nominibus. 58. Italia pulſus à Berengario. ibid. Conſiliarius Othonis Imper. ibid. interfuit Synodo Ravennati. 59. Corpus S. Himerii Cremonam transfert. ibid. Legatus ad Nicephorum Phocam. ibid. doctiſſima ſcripſit opera. ibid. Ejus carmina. ibid. Obiit Toleti 60. De ejus Natali ſolo diſſentiunt Autores. 61.

M

M Litera pro Marco intelligitur, quando nomini anteponitur. 18.
Maggia familia Cremon. 53.
Magiſtratibus indigni non promovendi. 181.
Maina familia, ex qua Agnes Mater Blancæ Mariæ Mediol. Duciſſæ. 258.
Malumbra familia Cremon. 393.
Manna familia Cremon. 53. 302.
Mantuani gratias Cremonenſibus rependunt. 110.
SS. Marcellinus, & Petrus Cremonæ Tutelares. 100.
Marchiſinus Stanga Cremon. laudatur à Mediol. Duce. 348. à Marco Hier. Vida 376. à Lancino Curtio. ibid. Privilegiis decoratur. 376. & ſequ.
Marcus Furius Bibaculus Poeta Cremon. antiquiſſimus. 17.
Marci appellati, qui menſe Martio geniti. 18.
Marci Mantuæ de Azone J. C. error 93. item de Petro Barbovio. 269.
Marci Tullii Ciceronis de Oratore libri à Coſma Cremon. primum tranſcripti. 268.
Marinus Epiſc. Cremon. 43.
Martialis Epiſc. Cremon. 64.
Martialis Poetæ diſtichon de Malis perſicis. 287.
S. Martini vita deſcripta à Fortunato apud Pictones Ep. 54.
Martinus Chemnitius refellitur. 43.

Mar-

Martinus Cremon. J.C. ex gente Boſiana 78. non Goſiana. Ibid. Bulgari J.C. Antagoniſta. ibid.
Martyrologium Eccleſiæ Cremon. ſcribit Joſeph de Nigris J.U.D. Autoris Avunculus. 40.
Maternus Epiſc. Cremon. 45.
Mathilde Comitiſſa Eccleſias in Agro Cremon. erigit. 44. memoratur. 311.
Matthæus Boſſus Veron. Can. Reg. memoratur. 276.
Maxima familia Cremon., & Romana. 387.
Maximilianus Sforzia Med. Dux. 384.
Maynoldæ familiæ Cremon. Bibliotheca. Vide Bibliotheca.
Mediolanenſes contra Laudenſes. 63. Carrocium amittunt à Cremonenſibus victi 100. Magnates aliqui recenſentur. 255.
Melia familia Cremon. 53. 254.
Memoriæ vires. 356.
Mendicantes Religioſi inter Beatos facilè nonnullos adnumerant. 105.
Mephitis Dea tetri odoris à Cremonenſibus antiquis colebatur. 41. quare 42. ejus inſcriptio. ibid. Ubi ejus templum. 42. circa hoc opinio P. Cimarelli exploſa 43. de ea plura in Appen.
Michael Carrarienſis Bergomas doctiſſimus. 301.
Miraculis opus erat priùs, quàm crederet mundus. 58.
Monachi altarium ſtipendiis contenti eſſe debent. 190.
Monaſteria. Vide Cœnobia.
Monaſterium S. Bernardi in Suburbiis unitum Monialibus Ciſtercienſibus Cremonæ. 154.
Capuccinarum S. Franciſci. 355.
SS. Corporis Chriſti. 258.
S. Mariæ Vallis Viridis à Sicardo Ep. Cremonenſi conſtruitur. 89. memoratur. 266.
S. Monicæ erigitur. 258. ampliatur. 307.
Pipiæ, ſeù Columbæ in Suburbiis. 42. & 43.
S. Salvatoris dirutum. 58.
S. Sixti dirutum. 203.
Moniales Ord. Serv. B.V. ſex Cremonenſes ſanctimonia celebres. 305. 306.
Moneta Cremonenſis. 6.
Monetæ cudendæ privilegium Cremon: à Friderico Imp. conceſſum. 12.
B. Moneta Cremon. Ord. Præd. maximis fulſit miraculis. 104. ex aſſiduitate lacrymarum cœcus effectus. ibid. Hæreticorum acerrimus propugnator. ibid. Ejus Summa contra Hæreticos ſervatur manuſcripta in Bibliothecis Ord. Præd. Bononiæ, Neapoli, Venetiarum, & Ratisbonæ. ibid. & 105. Inquiſitor Mediolani. 104. prima fundamenta

menta cœtus Dominicani extruxit in Suburbiis Cremonę ibid. confunditur, ſed perperam cum B. Rolando. 105.
Moriſia familia Cremon. 63.
Mulieribus prænomen ademptum, & cognomen. 24. contrarium alii ſentiunt. ibid.
Multidenaria fam. Cremon. 107.

N

NAe particulæ Grecæ diſſertatio. 273.
Nicephorus Phoca à Luitprando Epiſc. Cremonæ improbatur. 59.
Nicolaus Amidanus Cremon. Ep. Placētię, poſteà Archiep. Mediol. 279. obiit anno 1454. & in Metropolitana humatur. ibid. ejus epitaphium ablatum ob novam templi ſubſtructionem. ibid. Ad eum literæ Æneę Silvii Picolominei, poſteà Pii II. S. P. quibus Amidanus reſpondet. 280.
Nicolaus Bombeccarius J. C. Cremon. Rector Belluni. 182.
Nicolaus Cavitellus J. C. Cremon. Conſiliarius Leonelli Ferrariæ Marchionis. 186.
Nicolaus Lucarus Rhetor Cremon. inſignis. 357. ejus dotes, ejus inſignes diſcipuli. 362. & ſeq. ejus Amici literati. 364.
Nicolaus de Lazolis Cremon. Auguſtinianus ſanctitate celebris. 231. interfuit Concilio Baſileenſi Theologus, & Orator. ibid. Præceptor Baptiſtæ Piaſii Aſtronomi inſignis. ibid. Epiſcopus appellatus à Cavitello, & ab Elſſio. 232.
Nicolaus de Monte Millino Comes Peruſinus laudatur. 149.
Nicolaus Raymundus Archiater Cremon. 393.
Nicolaus Sfondratus Cremon. deindè Gregorius XIV. S. P. 287.
Nicolaus Sylva Cremon. memoratur. 262.
Nicolaus Tintus Ord. Præd. Ep. Iſclæ. 220. alii Cremonenſem, alii Beneventanum ſcribunt. ibid. conſecrat Eccleſiam B.V.M. Gratiarum non procul à Mantua. Ibid.
Nicolaus Zanaſius Cremon. Ep. Brixiæ, Archiep. Beneventanus, & demùm Neapolitanus. 187. juriſprudentia clariſſimus. ibid. exagitatus à Ludovico Andegavenſi. 188. obiit in Patria, ſepultus in Cathedrali. Ibid.
S. Nitamon mortem potius, quàm Epiſcopatum deſiderat. 52.
Nobiles, & divites non debent contemnere ſtudia. 332.
Nomina Fiſcalium delectorum à Cavalcabovio ſuper bonis Gibellinorum 202. Conſiliariorum ejuſdem. 203.
Nomina tria apud antiquos majorem indicabant nobilitatem. 19.
Nomina Virorum illuſtrium, qui interfuerunt Mediolani, dum ſolemnitates agebantur pro Jo: Galeatio Ducali titulo condecorato. 196.

Obizzo

O

OBizzo Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 120.
Octavianus Picenardus Cremon. Præſes Senatus Mediol. 205.
Octavius Picenardus Cremon. Ep. Regienſis, & Princeps laudatur. 139. 140. & in Append. ubi de Henrico Caſalorcio.
Octolinus de Summo Cremon. laudatur ab Innoc. IV. S. P. 116.
Officina armorum in ſuburbiis Cremonæ antiquitùs Cypus appellata. 171.
Offreda familia Cremon. laudata à doctiſſimo Vida. 250.
Offredus de Offredis Cremon. Ep. Patriæ. 84
Oldericus Cremon. Ep. Laudæ in prælio occubuit. 63.
Oligonius Cremonæ Dñus tempore Tarquinii Rom. Regis. 7.
T. Omuſii Tinchæ Placentini Hiſtoria. 7.
Oratores antiqui Romæ illuſtres. 37.
Oratoris partes. 361.
Oratorum antiquorum nomina, & dotes. 361. & ſequ.
Ordo pauperum catholicorum Mediolani. 119.
Oris humani laudes. 265.
Oſcaſalis familia Cremon. 106.
Oſſolenghum Vicus Cremon. à Guaſilingo conſtructum. 64.
Otho Imp. favet Luitprando Ep. Cremon. 58. confirmat privilegia Eccleſiæ Cremon. 60. In protectionem ſuſcipit Cœnobium, & Monachos S. Laur. Cremonæ. 76.
Otho de Tertiis Patritius Parmenſis. 202.
Otho V. Imp. Eccleſiæ infenſus. 100.
Ovidii Montalbani Med., & J.C. Bonon. Muſæum. 210. 253. 301.

P

PAlatia non eſſe Sapientiæ gymnaſia error aliquorum. 104.
Pallavicina familia Cremon. 285.
Papienſes, Laudenſes, & Cremonenſes fœdus ineunt. 68.
Paſchalis III. ſeù IV. Cremon. 78.
Paulus de Barbobus Soncinas doctiſſimus Ord. Præd. 371.
Carmina in laudem ejus libri. 372. malè de Barbolis appellatus. ibid. juditium de eo Roderici de Rodericis. Ib.
Paulus Crottus Cremon. Archidiaconus Tridentinus. 339.
Paulus J. C. in epitome redegit Alpheni J. C. Cremon. leges. 36.
Laudat ſcripta Alberti Gandini J.C. Cremon. 137.
Paulus Orlandinus Abbas Camald. 403.
Pauli Morigiæ hallucinatio de Antonio Guiſcardo Ep. 177.
Pauli Zignani Hiſtorici Crem. libri deperditi. 52. ejus error. 64.
S. Permerius Cremon. Epiſcopus Martyr cum Diva Urſula. 44.
Perſica familia Cremon. 113. Feudum Sablonetæ poſſedit. 272. memoratur. 145.
Petrus Cannetus Cremon. Abbas Camaldulenſis laudatur

in Ep. ad Lect. item 136. Bibliothecam Camaldulenſem contexit 252. laudatur 339. 403.
Petrus Cremon. Epiſcopus Feſulanus. 62.
Petrus Kirſtanus Medicus hallucinatur circà Gerardũ Crem. 271.
Petrus Manna Rhetor Cremon. inſignis 302. 305. Nicolai Lucari præceptor. 359.
Petrus Offredus Cremon. carminibus laudat Jaſonẽ Maynũ. 369.
Petrus Pectorelus J. C. Civitatis Buxeti memoratur. 242.
Petrus Rubeus Patritius Parmenſis memoratur. 202.
Petrus Somentius Rhetor Cremon. celeberrimus. 360.
Petrus de Vineis Cancellarius Friderici II. Imp. Cremonæ Carceribus detruditur 107. in Hetruria excæcatus. Ibid.
Petrus Antonius Bernardonus Poeta Autoris Amicus. 396.
Petrus Hercules de Bellois Bonon. eruditiſſimus. 337.
Petrus Paulus Arrigonus Mediolanenſis Senator, Prætor Cremonæ laudatur. 14.
Philip.us Archintus Comes Nobil.mus Mediol. Senator Crem. Prætor 340. ſuum L. T. in Prætura Autorem conſtituit. Ib.
Philippus Archintus alter Epiſcopus Comenſis. 340.
Philippus Cluverius non benè ſcribit circà primordia Crem. 7.
Philippus Francorum Rex contrà Bonifacium VIII. S. P. *in Ap.*
Philippus II. Francorũ Rex Mœcenas Clearci Cavalcabdvii. 94.
Philippus II. Hiſpaniarum Rex dat literas Cremon. 15.
Philippus Maria Vicec. Med. Dux dat literas Cremonenſibus amore, & honore plenas 13. Gubernatorem Genuę conſtituit Bartholomæum Capram 222. memoratur. 246. 248.
Philippus Meſius errat de B. Blaſio Carmelita. 195.
Philippus Picenellus Abbas errat contrà communem opinionem circà Joannem Simonettam. 298.
Philippus Valeſius Francorum Rex. 158.
Piceleonis Oppidum in Agro Cremon. ædificatur. 70.
Picenarda familia Cremon. 145.
Pictorum inſignium opera in Templo S. Sigiſmundi Crem. 258.
Pierii Valeriani hallucinatio de Daniele Cajetano. 388.
Piperaria familia Cremon. 119.
Piſcarola familia Cremon. 127.
Pius II. S. P. doctiſſimus 280. 306. 313. 333.
Plodii, & Rovettæ hallucinatio circà Bonifacium Cremon. Ord. Prædic. 168
Polibii ſententia rejecta circà Cremonę primordia 5. ab eodem decepti plures Autores de Cremona ſcribentes. Ibid.
Policarpus Clotius Cremon. Abbas Generalis Can. Later. 246.
Pontius Amatus Cremon. Prætor Mediolani occiditur. 129.
Ponzona familia Cremon. 64.
Porta Brixiana olim Cremonę nunc Omnium Sanctorum appellata 42. Tinctorum nunc clauſa. 104.

Prænomen dicitur, quia nomini præponitur. 24.
Prænomina Romana triginta fuere. 24.
Præsbyteri exemplis, non imperio præeſſe debent. 139.
Prætoris munus ad commodum Civitatis eſſe 96. ut ſuorũ commodorum ſit oblitus 98. Prætor dictus cur aliis pręſit. 143.
Prætores Urbium olim literis, & armis pollentes. 129.
Ex vera nobilitate ſunt deligendi 143.
Princeps quomodo ſe gerere debeat 227. ab ejus mente quid agendum. 242.
Privilegia Ducum Mediolani Marchiſino Stanghæ Cremonenſi. 376. & ſequ.
Privilegium Ferdinandi Siciliæ Regis Comiti Brocardo Perſico Cremonenſi. 288.
Privilegium Sigiſmundi Imp. Cremon. conceſſum de inſtaurando Gymnaſio publico 225. & ſequ.
Proſper Mandoſius Rom. Eques S. Stephani laudatus. 78. 387.
Prudentia cæterarum virtutum Magiſtra 188. differt ab aliis virtutibus, quantum viſus à reliquis ſenſibus. 158.

Q

QUæſtores quare ſic appellati. 19. quando, & quomodo creati ibid. Eorum munus, & quotuplex. ibid. & pag. 20.
Quintilius Varus Cremon. Amicus Mœcenatis. 28. Poeta inſignis. ibid. Affinis Auguſti. 29. Claudiæ Pulchræ maritus. ibid. Syriæ Pręfectus. ibid. Antipatrum Herodis filium damnat. ib. Simonem deprimit. ibid. in Germania perditur. ibid. confunditur perperam cum Alpheno Varo. 33.
Quintilius Varus præcitati Quintilii Filius Germanici Gener. 37. Orator Egregius. ibid. Agrippinæ minoris maritus. 39.

R

RAphaelis Fabagroſſæ Hiſtorici Crem. opera deperdita. 52.
Raymundę fam. Cremonenſis palatiũ elegans Cremo. 375.
Raynaldus Perſicus Comes Cremon. ad Remp. Venetam Legatus. 352.
Raynerius Rubeus Parmenſis Ep. Cremonæ. 133.
Reginaldus Ala Cremon. à Secretis Alexandri II. S. P. 107.
Regulæ pro Monialibus Cremonæ ſcribuntur. 244.
Reliquiæ Sanctorum adorandæ 43. SS. Babylæ, & Simpliciani ex juſſu Comitiſſæ Mathildæ translatæ in vico Plebis S. Jacobi Agri Cremon. 44.
Reliquiarum Sanctorum Capſulæ antiquæ non aperiendæ. 298.
Ricardus Cremon. Ep. Novariæ. 68.
Ricardus Malumbra Cremon. J. C. celeberrimus 155. S. R. E. Card. ibid. A Bartolo, & Baldo laudatus ibid. Obiit Venetiis ibid. Magiſter Alberici Roſciati 156. A Butriga-

rio, & ipſomet Baldo ob invidiam calumniatus. ibid. Vide plura de eo in Append.
Roccia fam. Cremon. 238.
Rodericus Rodriguez Hiſpanus corrigendus in ſuo libro ad paginam octogeſimam tertiam. 105.
B. Rolandus à Cremona Ord. Præd. 102. Miræ virtutis in effugandis Demoniis. ibid. Ab Innocentio IV. S. P. Comiſſarius Apoſtolicus electus contrà Ezelinum. ibid. Inquiſitor Placentiæ ib. A ſuggeſtu ibi dejectus ibid. Podagra laborabat 103. Philoſophum Friderici Imp. vicit. Ib. Unà cum B. Moneta Cœnobiũ Dominicanũ in Patria ædificat. Ib.
B. Rolandus de Mediceis Eremita memoratur. 194.
Rolandus Pallavicinus ſuæ ditionis condidit ſtatuta. 242.
Rolandus de Summo Cremon. memoratur. 191.
Romana Sedes erecta anno Chriſti XLIV. 40.
Curia celeberrima. 306.
Romanæ familiæ Cremonæ propagatæ. 169.
Romani Quintilii Vari cædem inultam non tulerunt. 30.
Cluviam, & Sterentiam numina coluerunt. 42.
Romanus Merighus Abbas Camaldulenſis laudatur. 95.
Roſana fam. Cremon. 302.

S

SAbinus Primus Epiſcopus Cremonæ 40. A Divo Barnaba inſtructus ibid. S. Syri Epiſc. Ticinenſis Amicus. Ibid.
Sacellum in Palatio Epiſcop. Divo Stephano Sacrum. 69.
S. Salvatoris olim Cremonæ Monialium Cœnobium. 58.
Sanctes Piſaurenſis Medicus doctiſſimus. 251.
Sancti Tutelares Cremonæ hymnis celebrantur. 238.
Sanctimonia celebres Viri, & Mulieres Cremonenſes in hoc libro memorati. S. Albertus de Villa Aonii. 122.
B. Ambroſius de Soncino 401. B. Beatrix Ord. Serv. 305.
V. Bonaventura Ord. Min. 332. S. Ciria Martyr cum tribus Puellis Cremon. 62. B. Damianus de Bozulo Ord. Præd. 103. B. Damianus Carrarienſis Min. Obſerv. 200. B. Eliſabeth de Picenardis Ord. Serv. 205. S. Emanuel Ep. Cremon. 84. S. Euſebius Abbas 46. B. Facius. 120. B. Franciſcus Converſus Can. Reg. Later. 246. B. Franciſcus Cropellus 402. B. Fulgentius Soreſina Can. Reg. 276. B. Georgius de Lazzolis Auguſtinianus 274. S. Geroldus 101. B. Guillelmus Amidanus Epiſc. Novariæ 163. B. Guiſcardus de Guiſcardis Ord. Min. Conv. Ep. & Martyr 133. B. Henricus Abbas Cluniacenſis 66. V. Henricus Caſalorcius Ep. Regii 138. S. Himerius Ep. 6. B. Himerius Guardalupus Min. Conv. Ep. 131. S. Homobonus 95. B Joanna de Viſellis Ord. Serv. 306. B. Jo: de Surdis Ep. Mantuæ, & Vicentiæ Martyr 82. V. Luchina de

Bar-

Barbobus 402. SS. Marcellinus, & Petrus 100. B. Marcus Gualterius Ord. Serv. 306. B. Modeſta de Soncino 401. B. Moneta Ord. Præd. 104. B. Monica Ord. Serv. 305 B. Nicolaus de Lazzolis Auguſt. 231. V. Octavario de Covo 402. S. Permerius Ep. & Martyr. B Priſca Ord. S. Domin. 402. B. Ricadona Ord. Serv. 305. B. Rolandus Ord. Præd. 102. S. Silvinus Ep. Cremon. 55. B. Simon Auguſt. 180. S. Siſinius Ep. Cremon. 50. B. Stephana de Quintiano. 402. B. Toſcana de Caſali majore Ord. Serv. 305. B. Victor Ord. Serv. 306.
Sanguis prodigiosè emanatus ab Hoſtia Sacra Ferrariæ. 75.
Sapientia ignobiles natu facit nobiles. 33.
Saxus de Ariſiis Prætor Cremonæ 229. à Cavitello perperam vocatur Sampſon. Ibid.
Scarith ſunt involucra curioſiſſima 4. in Agro Volaterrano reperta. Ibid.
Schiſma inter S. P. Alexandrum III. & Victorem IV. ſcriptum à Joanne Presbytero Cremon. 77.
Schitia fam. Cremon. laudatur 354. ex ea Paſinus, & Bazinus memorati. 159.
Scola eſt, ubicumque vigilatur ad fores Sapientiæ. 104.
Scholarium inſignorum Azonis nomina. 90.
Scipio Barbovius ſcripſit de Vitis Ducum Mediol. 269.
Scoaloca fam. Cremon. 152.
Scriptores antiqui de rebus Pontificiis. 77.
Segaſena fam. Cremon. 111.
Senatores in Coloniis dicebantur Decuriones. 19.
Senatores Mediolani deliguntur in Prætores Cremonæ. 14.
Sententia arbitramentalis inter Ep. Offredum, & Abbatem S. Laurentii. 86.
Sepulchra titulis decorabâtur 23. antiquitùs quomodo conſtituebantur Ib. in eis breviores inſcriptiones magis placēt. 26.
Servius Sulpitius I. C. Romanus Alpheni Vari Cremon. Præceptor. 31.
P.P. Servorum B. V. ædes Divi Leonardi Cremonæ olim inhabitarunt 62. exinde illas Divi Cathaldi nunc dirutas, & hodie illas S. Victoris Ibid. eorum Ordinis Viri, & Mulieres Cremon. Sanctitate inſignes. 305. 306.
Sfondrata familia Cremon. 324.
Sicardus Ep. Cremonenſis Romæ pro Canonizatione Divi Homoboni Cremon. 88. S. Himerii Corpus in arcam reponit. 89. Cœnobia inſtruit Ibid. Eccleſiam majorem conſecrat. Ibid.
Sigillum Blancæ M. de Vicecomitibus deſcribitur. 262.
Sigiſmundus Burgus legatus ad Remp. Venetam. 302.
Sigiſmundus Imp. concedit Cremon. inſtaurationem gymnaſii generalis. 13. 191.

Signo-

Signorolus Homodeus J. C. Mediolan. celeberrimus Baptiſtæ Sfondrati Cremon. Socer. 324.
S. Silvinus Ep. Cremon. ab aliis Silvanus vocatur. 55.
B. Simon de Cremona Auguſt. Scriptor inſignis 179. Reformator Congregationis Carbonariæ 180. P. Torrelli opinio contraria. 181.
S. Siſinius Ep. Cremon. Martyr 50. contra Arrianorum Hæreſim. Ibid.
Sixtus Ep. Cremonæ Vico in agro Cremon. nuncupato Sexto nomen dedit. 45.
Sixtus IV. P. M. antea Franciſcus de la Rovere Generalis Miniſter totius Ord. Minorum, concedit privilegium. Anno 1467. Spiritalis Adeptionis in Ord. Franciſcanum Frãciſco, & Hieronymo de Ariſiis 239. memoratur. 306. 315.
Somaſchenſes Cler. Reg. in ædibus S. Vitalis, nunc S. Geroldi Cremonæ. 113.
Soncinates Dominicani illuſtres. 193.
Soncinum in Cremon. Provincia Marchionatus D. D. de Stampa Mediol. 342. ex hoc Oppido prodierunt in Italia primi Impreſſores librorum Hebræorum Ibid. ex eodem inſignes Rabbini. Ibid. libri Bibliorum ibi excuſi anno 1488. Ibid. ex eodem Viri, & mulieres Sanctimonia celebres. 401. 402.
Sorexina Oppidum Cremon. aliàs Syricina à Divo Syro nuncupata. 40.
Speculatorum offitia. 25.
Stanga familia Cremon. 53. 348.
Statuta Buxeti 242. Caſalis majoris 238. Canonicorum Eccleſiæ Cathedr. Cremonæ 308. Cremonæ 190. Papiæ memorantur 262. Patavina in Appen. Veneta 155. Univerſitatis Scolarium Cremonæ 227.
Stavola fam. Cremon. 247.
Stephana fam. Cremon. 199.
Stephanus Ekenot Mon. Caſin laudatur. 221.
Stradiverta fam. Cremon. 247.
Studium antiquum Cremonæ extra Urbem nunc dirutam. 125.
Summa fam. Cremonæ. 145.
Synodus Generalis FF. Minorum Conv. Cremonæ celebratur anno. 1488. 369.
Syro Philoſophus Epicureus Quintilii Vari Romæ præceptor. 28.
S. Syrus primus Ep. Ticinenſis Sabini primi Cremonæ Ep. Amicus, & Alumnus 40. deſtruxit idolum in loco Jovis altæ Agri Cremon. 41.

T.

Tabula ab Angelis delata ſuper tumulum Divæ Agathæ, Cremonæ aſſervatur 297. plura de ea. 298.
Tabulæ dotales Blancæ Mariæ de Vicecomitibus. 255.
Inveſtituræ Feudalis Familiæ Zanebonæ Cremon. 65.
Tancredus de Dovariis Paſchalis II. S. P. Auditor. 267.
Tarcon Prancon Cremonæ primus Præfectus. 4.
Tarſicius de Amatis Romæ Præſul. 75.
Tempus antiquarum inſcriptionum cognoſcitur ex forma literarum. 26.
Terremotus Cremonæ. 69.
Thadæus Vgoletus de Parma Cremonæ docet. 271.
Theodolinda Cremonæ incumbit Sacrarum ædium reædificationi. 53.
Theodorus Gazes Vir doctiſſimus. 253. 315.
Tinta fam. Cremon. 53. 220. memoratur. 345.
Titus, & Hercules de Strozzis Ferrarienſes. 303.
Titus Livius comendatur 3. laudatur à Divo Hieronymo Ibid. Honores eidem adhuc viventi attributi. 3. 362.
Thomas Antignatus J. C. Cremon. Bononiæ Lector. 162.
S. Thomas Cantuarienſis. 81.
Thomas Cavalcabovius Romæ Præſul. 231.
Thomas Perſichellus Abbas Gen. Can. Reg. 245.
Alter eiuſdem nominis, & cognominis. Ibid.
Thomas Piperarius perperam ſcriptus pro Thoma Piperata J. C. 118.
Trajanus Boccalinus Satyrographus. 11. 319.
Triſtanus Calcus malè ſcribit de Homobono Ep. Cremonę. 101.
Triultia fam. nobiliſſima Mediol. 307. ex qua Araſminus. 253.
Antonius 337. Catharina 151. Lucia 324. Maria. 351.
Triumviratus de Orbis dominatu dividendo. 23.
Triumviri Juriſdicundi, & de eis multa 21. & ſequ.
Troylus Buclarinus J. C. Cremon. inſignis. 310.
Turpilius Poeta perperam inter Cremon. adſcriptus. 31.
Turriana fam. Mediol. Cremonæ propagata. 308.
Turris major Cremonæ Turratium appellatur 56. cœpta Anno DCCLIV. Ibid. laudatur à Scriptoribus Ibid. refertur inter Orbis miracula Ibid. nomen Architecti, qui eam extruxit, ignoratur. Ibid. Altior adſtruitur 120. in ea nobile Horarium 300. carminibus laudatur. 301.
Tuſci ante Romanum Imperium tenuerunt Longobardiam 3. A' Gallis ab Inſubria fugati. 4.
Typographia Cremonæ anno 1485. 338. eam exercuerunt Viri nobiles 371. quare mutatum inſtitutum. Ibid.

V

VAlerius Cato M. Furii Bibaculi Cremon. Amicus. 17.
Valerius Catullus ejuſdem Bibaculi Amicus. 17.
Ubertus Decembrius Novarienſis memoratur. 229.
Ubertus Foliata Cremon. J. C. Præceptor Bartoli 149.
Usbertus, Obertus, Hoſpertus, & Rubertus appellatus. Ibid.
Ubertus Pallavicinus Cremonæ Dominus 115. in exilium pellit Bernerium Ep. 117. Placentiæ Dominus 121. memoratur. 119.
Venturinus Marnius Bergom. Ep. Cremonæ. 223. 243. 244.
Veronica Cavalcabovia Alberti Gandini J. C. Uxor. 137.
Veſtes cultæ, & honeſtæ ſint. 200.
Ugolinus Cavalcabovius Cremonæ Dominus 201. Carceribus truditur à Jo. Galeatio Mediol. Duce Ibid. Cremonam capit in odium Jo. Mariæ Vicecomitis Ibid. Ædificat Sacellum B. V. 203. necatur à Cabrino Fondulo. 204.
Ugolinus de S. Marco Parmenſis Ep. Cremonæ 153. nõ eſt idẽ cũ Ugolino Ardengherio Parm. Ib. obiit anno. 1372. 174.
Vicecomitum fam. Cremon. 129.
Vida M. Hieronymus Cremon. Albę Epiſcopus laudatus 7. Danielis Cajetani Amicus. 390.
Virgilius Maro Cremonæ prima habuit ſtudia 10. ibi virilem Togam cæpit Ibid. & 28. 227. Quintilii Vari Cremon. Amicus. 28.
Virtus cum vitiis creſcere non poteſt. 266.
Volateranus corrigendus loquens de Platina. 312.
Voluntate mala nihil periculoſius. 181.
Vvadinghi lapſus de Franc. Regatio Cremon. Ep. Bergomi 209. de Jacobo Boſſalino. 281.
Vvenceslaus Cæſar Aug. 195.
Uxores, Maritorum nominibus cenſitæ. 24.

X

XEnodochium Leproſorum Cremonæ 152. in Vicinia S. Luciæ. 275.
Xenophonta Philippus Bartholomęi Sfondrati Cremon. Amicus. 285.
Xyſtus marmoreus ante Turrim majorem Cremonæ perficitur. 367.

Z

ZAnardus Bagarottus Cremon. Ep. Nepetæ, & Sutrii. 188.
Zanaſia fam. Cremon. 188.
Zanebona fam. Cremon. 65.
Zanninus Cremonenſium 222. quis fuerit 241. carmina in ejus laudem. Ibid.
Zeno Parmenſis Monachus S. Benedicti Ep. Cremonæ. 55.

INDEX

Topographicus Provinciarum, Urbium, & Oppidorum inſignium in hoc Volum. Memoratorum.

A

Accia pag. 131.
Acelum pag. 3.
Adjacium pag. 94.
Adria pag. 57.
Ægyptus pag. 52.
Albigaunum pag. 100.
Aletium pag. 272.
Alexandria pag. 10. 11. 173. 231, 269. 293. 348.
Aliſas pag. 159.
Ameria pag. 59. 85.
Apulia pag. 109.
Aquileja pag. 53. 161. 389. 397.
Aquis pag. 194.
Aretium pag. 353.
Ariminum pag. 240. 250. 276. 343.
Aſte pag. 41. 52. 63. 152.
Ateſte pag. 3.
Avenio pag. 33. 268. & in Appen.
Auguſta pag. 61.

B

Barchino pag. 320.
Barium pag. 60.
Baſilea pag. 231. 280.
Belgium pag. 263.
Belgradus pag. 338.
Bellunum pag. 3. 160. 181. 182.
Beneventum pag. 90. 159. 187. 220. 311.
Bergomum pag. 51. 66. 94. 118. 156. 182. 201. 208. 223. 268. 301.
Betlehem pag 46.
Bizantium pag. 58. 131.
Bobium pag. 97.
Bohemia pag. 108. 143.
Bononia pag. 35. 55. 73. 75. 81, 89. 93. 96. 102. 104. 117. 118. 127. 129. 135. 141. 148. 149. 150. 151. 152. 157. 158. 160. 161. 162. 166. 167. 668. 172. 192. 196. 210. 232. 240. 253. 267. 274. 281.

284. 299. 301. 306. 334. 337. 339. 343. 345. 347. 352. 360. 371. 396.
Bozulum pag. 103. 286.
Brixillum pag. 52. 55. 56.
Brixia pag. 3. 10. 51. 98. 131. 161. 170. 187. 192. 195. 201. 304. 342.
Bruxelles pag. 264. 271.
Burgum S. Donini pag. 307.
Buxetum pag. 194. 242. 386.

C

CÆſarea pag. 65. 384.
Cæſena pag. 135. 321.
Calabria pag. 298. 337.
Caluguriun pag. 315.
Cantuaria pag. 81.
Cappadocia pag. 81.
Capua pag. 65. 159.
Carinula pag. 345.
Carpum pag. 397.
Caſalis pag. 10. 80. 108.
Caſalis Major pag. 89. 235. 238. 305. 306 385. 396.
Caſtoria pag. 228.
Caſtrum Leonis pag. 100. 203. 225.
Caſtrum S. Joannis pag. 306.
Caſtrum Seprii pag. 191.
Catina pag. 298.
Cæres pag. 4.
Colonia pag. 44. 194.
Comaclum pag. 141.
Comum Vide Novocomum.
Conſtantia pag. 208. 222. 228. 232.
Corduba pag. 61.
Corrigium pag. 144. 171.
Corſica pag. 4.
Crema pag. 10. 79. 80. 85. 172. 201. 232.
Cremona, vide in Indice rerum notabilium, ac per totum librum.
Creta pag. 306.
Cyprus pag. 39. 331. 373.

D

DAlmatia pag. 220. 303. 304.
Derthona pag. 7. 68. Vide Terdona.
Diocæſaria pag. 65. 81.

E

EBora pag. 64.
Epidaurum pag. 57. 278. 374. Vide Raguſia.
Epheſus pag. 52.

Faentia

F

FAentia pag. 107.
Fanum pag. 192. 317. 343. 344.
Feltrum pag. 253.
Ferraria pag. 60. 75. 107. 120. 142. 161. 169. 174. 186. 252. 267. 276. 277. 303. 304. 306. 309. 312. 324. 333.
Feſulis pag. 62.
Firmum pag. 308. 332.
Florentia pag. 4. 49. 98. 132. 141. 157. 159. 161. 163. 188. 189. 231. 232. 303. 317. 321. 353. 403.
Flavianum pag. 85.
Fontanella pag. 304.
Forum Julium pag. 388. 397.
Forum Livii pag. 223. 252. 276.
Francofurtum pag. 58. 194.
Friſia pag. 84.
Fulginium pag. 67. 311.

G

GAllia Aquitanica pag. 53.
Gallia Narbonenſis pag. 90. 163.
Genua pag. 94. 152. 159. 190. 222. 243. 269. 312. 319. 325.
Germania pag. 29. 30. 223. 231.
Grinnicum pag. 163.
Guardaſtallum pag. 67. 171.

H

HAmmoroſtos pag. 373.
Heluetia pag. 7.
Hieruſalem pag. 50. 53. 100. 398.
Hiſpania pag. 58.
Hiſpruch pag. 384.

I

IScla pag. 220.

L

LAus Pompeja pag. 11. 42. 44. 63. 68. 114. 167. 202. 209. 252. 284. 338. 348. 374. 390.
Londinum pag. 15. 64.
Luca pag. 196. 321.
Lugdunum pag. 105. 113. 117. 131. 150. 269. 306. 397.
Luſitania pag. 65.

M

MAcerata pag. 177.
Mantua pag. 3. 10. 57. 64. 82. 89. 107. 125. 131. 204. 220. 225. 235. 240. 280. 303. 312. 313. 319. 331. 346. 355. 392.
Marchia Anconitana pag. 192.

Mar-

Marchia Tarviſina pag. 123.
Marſilia pag. 101.
Maſſa pag. 4.
Mediolanum pag. 12. 14. 18. 40. 44. 52. 54. 63. 68. & ſeq. 74. 81. 88. 91. 100. 119. 123. 129. 132. 138. 140. 143. 150. 159. 163. 173. 175. 182. 191. 222. 227. 229. 240. 243. 246. 247. 253. 254. 268. 269. 274. 279. 281. 283. 293. 294. 295. 298. 307. 308. 311. 321. 324. 326. 346. 347. 348. 353. 368. 371. 376. 384. 388. 397.
Mirandula pag. 204.
Melegnanum pag. 259.
Melita pag. 293.
Mons Peſſulanus pag. 90. 91.
Mutina pag. 51. 53. 63. 90. 101. 123. 267. 308. 345.

N

Neapolis pag. 3. 70. 152. 157. 187. 220. 237. 287. 324
Nepeta pag. 385.
Nicomedia pag. 176.
Novaria pag. 44. 68. 115. 159. 163. 173. 263. 269. 348. 359. 371.
Novocomum pag. 131. 201. 274. 337. 338. 340. 348. 382. & ſeq.
Nucera pag. 62.
Nurſia pag. 271.

O

Opitergium pag. 3.

P

Panonia pag. 101. 338. Vide Ungaria
Panormum pag. 63.
Papia, vide Ticinum.
Pariſii pag. 84. 87. 99. 102. 103. 131. 133. 163. 387.
Parma pag. 52. 76. 81. 107. 109. 141. 144. 153. 155. 174. 201. 242. 269. 298. 326. 337. 345. 348. 360.
Patavium pag. 3. 54. 96. 98. 134. 135. 141. 143. 144. 146. 155. 157. 169. 172. 185. 200. 231. 247. 268. 269. 274. 296. 304. 353. 356. 388.
Peruſium pag. 135. 148. 155. 167. 174. 185. 196. 207. 353.
Piceleo pag. 70. 203. 345. 374.
Pictavium pag. 53.
Piſaurum pag. 251. 334. 339. 343
Piſæ pag. 81. 100. 196. 242.
Placentia pag. 3. 7. 8. 58. 105. 106. 121. 134. 140. 141. 179. 184. 187. 201. 208. 251. 269. 276. 279. 341. 348. 385. 398.
Platina pag. 310. 311.
Plumbinum pag. 4.

Pola pag. 18.27.
Polonia pag. 287. Vide Sarmatia
Pontremulum pag. 255. 359. 360.
Populonia pag 4.
Puteoli pag. 220.

Q

R

RAguſia pag. 229. 279. 283.
Ratisbona pag. 105.
Ravenna pag. 54. 59. 98. 161. 245. 277. 301. 311. 356.
Regium Lepidi pag. 126. 138. 139. 281. & in Ap.
Riparia S. Julii Novar. pag. 68. 159. 160. 164. 165.
Rodigium pag. 53.
Roma pag. 3. 11. 37. & ſeq. 48. & ſeq. 52. 63. 69. 71. 75. 84. 96. 107. 116. 127. 152. 176. 187. 189. 199. 221. 230. 231. 237. 238. 295. 306. 315. 322. 325. 331. 334. 339. 341. 387. 396.

S

SAbaudia pag. 191. 247.
Sabloneta pag. 272. 286.
Salaminæ pag. 101.
Sardinia pag. 52. 332.
Sarmatia pag. 152. 156.
Salzburgum pag. 59.
Savona pag. 196.
Saxonia pag. 146.
S. Severina pag. 181.
Sicilia pag. 111. 151. 196. 288.
Senæ pag. 49. 128. 163. 172. 191. 196. 198. 231. 347. 371. 373. 392.
Sinverſa pag. 31.
Soncinum pag. 53. 145. 162. 193. 203. 232. 253. 268. 278. 328. 341. & ſeq. 368. 371. 373. 401. 402.
Sorexina pag. 40.
Spira pag. 242.
Sutrium pag. 385.

T

TArſium pag. 94.
Taurinum pag. 72.
Teleſia pag. 159.
Terdona pag. 157. 348.
Thuſcia pag. 3.
Ticinum pag. 50. 61. 68. 81. 163. 168. 174. 177. 181. 182. 184. 231. 232. 243. 247. 253. 254. 258. 262. 274. 286. 295. 296. 323. 324. 336. 337. 348. 353. 369. 387.

Toletum pag. 60. 271.
Toloſa pag. 163. 194.
Torcellæ pag. 195.
Trecium pag. 12.
Tridentum pag. 43. 106. 339.
Tripolis pag. 95. 133. 267.

V

Valentia pag. 263.
Venetiæ pag. 3. 74. 130. 155. 158. 163. 186. 196. 220. 224. 236. 268. 272. 302. 304. 310. 321. 324. 331. 332. 333. 354. 355. 369. 370. 374. 384. 389. 393. 399. 404.
Vercellæ pag. 10. 54. 100 131. 143. 146. 180. 317. 398.
Verona pag. 7. 12. 17. 68. 74. 75. 87. 90. 109. 110. 120. 221. 268. 311.
Vicentia pag. 3. 82. 167. 267. 278. 372.
Viglevanum pag. 377.
Vindebona, ſeu Vienna Auſtriæ pag. 87. 194. 310.
Vitelliana pag. 51. 188. 201. 203. 230. 307.
Viterbium pag. 121. 311. 315. 385.
Uliſſipona pag. 108.
Ulma pag. 280.
Ungaria pag. 186.
Volaterræ pag. 4.
Urbinum pag. 233. 316.
Urbs Vetus pag. 67.
Utinum pag. 53. 225.

X

Z

FINIS.

Autor Lectori Benevolo.

HEù miſeranda nimium Scriptorum conditio! cum prò ſuis non tantùm, ſed prò alienis erroribus veniam à Legentibus expoſcere ſit ipſis perneceſſe. Multa ſiquidem, & gravia irrepſere in hoc volumine errata, potiſſimùm verò ob meam à prælo diſtantiam, ut id religendo ipſe deprehendi. Idcircò ſi diutinum in corde meo conqueſtum fovent, ità in humaniſſimo Lectorum pectore juſtam pietatem comoveant, ut amice indulgeant.

Parce igitùr, ſi plura verba charactere majuſculo obſignanda minuſculo excuſa, prò ut diphtongos œ in æ, pleraq; alia extrà ordinem, & locum proprium, ſicuti alia corſivis, ut ajunt, formis imprimenda reperies, quæ tuæ prudentiæ corrigenda non autem cenſuræ inquirenda remittuntur.

Errata	*pag.*	*lin.*	*Corrige*
Generales,	VIII.	3	Generales
Commemorat	8	12	Commemorat,
preda	8	20	præda
naſutolos	10	6	naſutulos
eiſque	10	30	ciſque
Ticini, excuſa	10	43	*Ticini excuſa*
Phenix	11	30	Phœnix.
protendendam	11	38	portendendam
Oronati	14	ult.	Coronati
Valer. Catonem	17	32	Valer: Catonem
Antiquit.	20	19	*Antiquis*
nonnulli *omittendum*	21	28	. . . . .
ſen.	23	8	Sen.
amenitate	29	17	amœnitate
ameniſſima	29	24	amœniſſima
fratridicii	29	30	fratricidii
Varum	33	21	Verùm
Alius	33	30	Ælius
V.	34	11	R.
noſtri	34	12	*noſti*
vacatus	34	25	vocatus
Buttilius	34	36	*Ruttilius*
conſtet Decus	40	18	conſtet, Decus
ſui *omittendum*	40	23	. . . . .
manuſcriptum	41	10	manuſcripta
Sanctam	41	12	Sanctum
Secius	41	43	Servius
Marinus *A capite*	43	27	. . . . . .
Marcellinus, Orafus	47	15	Marcellinus Orafus
inſtitut	49	1	*inſtituti*
tumulo	50	26	tomulo
ſummis	50	30	Summis
Monacus	51	27	Marnius
receperit	52	pen.	receperat
Elghi, Tucinghi	53	pen.	Elghi Tucinghi
Præ ſignis	56	20	Præſignis
Fractemundum	58	32	Tractemundum
Herolphi. Archiepiſcopi	59	22	Herolphi Archiepiſcopi

Errata	*pag.*	*lin.*	*Corrige*
factum	61	5	*faſtum*
Feiſſerius	61	33	Teiſſerius
S. Victoris in Cænobium	62	36	S. Victoris
ſuos	63	15	ſuo
renidiciſſet	63	17	reniduiſſet
Pheudum	65	25	Feudum
Pheudetarios	65	27	Feudatarios
Petrus	68	23	*Peretus*
Coſta	68	34	Cotta
Sacri	70	30	ſui
Leveis	70	35	leucis
Cronica	73	30	*Chronico*
Obſequii	74	8	*Obſequiis*
acer	74	21	*aret*
Arcobardus	74	27	Ænobardus
Omnibonus	75	14	Omnibonum
Aliodoſii, fultiè	76	12	Alidoſii fulti è
Bulgaſum	76	19	Bulgarum
Trinæo	76	29	Timæo
è	76	39	ea
Cremenis	78	36	Cremenſis
Cumitatu	80	28	comitatu
Caſalana	87	15	Cagalana
antequam	89	42	ante quem
pejori	90	19	potiori
qui, *omittendum*	90	28	. . . . .
de Areãm	91	16	de Arena
ſummario, inter	91	19	ſumario præmiſſo ejus ſumæ intèr
Herc	91	pen.	*Heic*
affectatum fuit	92	10	affectatum, fuit
Porcius Breſſianus	92	27	*Porcius. Breſſianus*
inficias, ire	92	38	inficias ire
in jure	93	5	*in iure*
anno floruiſſe	98	33	anno eum floruiſſe
à	99	12	ac
eſt.	99	33	eſt
Cacrotium	100	10	*Carrocium*
clavicemque	102	16	*claviumque*
excubito	102	18	excubitor
calmi	105	4	calami
refulſit.	105	26	refulſit
plurifaciam	107	33	plurifariam
multiſdenariis	107	36	Multiſdenariis
vicarium	107	38	Vicarium
gratiæ, *quam*	110	18	gratiæ actæ, quam
ferunt, *omittitur*	111	1	. . . . .
Edibus	112	6	Ædibus
puræ	112	11	*veræ*
Setta	112	22	Seſſa
ab	112	37	ob
Mapphæo	113	26	Maphæo
ſua deſtituta	114	6	ſua baſi deſtituta
digebant	119	17	degebant
maciæ	120	12	*macie*
Diviſiolus	120	15	Divitiolus
Vulphaxetus	121	18	Vulpharetus
varis	123	3	Varis
Bortæ	125	43	*Bottæ*
Judiciis	126	6	*indiciis*
Diaconius	127	29	Draconium
Pontifice	131	4	Pontifici
Arnatus	131	27	*Amatus*

ſivit

Errata	pag.	lin.	Corrige
ſivit	132	19	ſinit
5291.	133	14	1291.
Ciavonium	133	35	*Ciacconium*
Cœvus	136	44	Cooevus
Sororis	137	39	*Sorores*
Presbiteris	139	2	Presbyteris
Muſſuti	141	26	*Muſſati*
Porteſanus	141	27	*Portenarius*
omines	147	6	*Homines*
confici	147	6	*confiſi*
per, *omittendum*	149	34	. . . . . .
moſerendus	151	25	Moſcrendus
memorat	151	29	ab eo memorantur
Oratorio	155	20	*Orat.*
Schitis	159	pen.	Schitiis
fuit	160	25	fecit
ab J.C.	160	29	ab V.C.
Mapphæus	162	30	Maphæus
MCCCXLXIII.	166	20	MCCCXLIII.
Spighellus	171	2	*Spizelius*
Coneld.	177	35	*Conclu.*
inſignitur	182	4	inſignitus
Pirrius	183	38	Pierius
12564.	188	29	1264.
innumius	192	18	innuimus
Epiſcopus, Scithiæ	194	18	Epiſcopus Scithiæ
Baveriæ	197	29	Bareriæ
Quartilogera	197	30	quartiligera
Praſius	203	40	*Piaſius*
1451.	204	12	1405.
inſignæ	205	6	inſigne
amo	210	38	*ami*
Alemena	216	4	*Alcmena*
armi	216	25	*ami*
ardette	218	2	*ardete*
Michaeli	224	28	*Michaele*
Mantua	225	11	Mantuam
entrahere	228	pen.	*extrahere*
pont. 1.	231	26	*part.* 1.
quorum	241	4	cujus
Errarentque	241	24	*Erranteſque*
Radices primus	241	37	*Primus radices*
Vires	242	1	*Vices*
Cloſius	246	1	Clozius
Pup.	248	1	Rep.
Cannetus,	252	4	Cannetus
Laudemis	252	17	Laudenſis
Fel.	264	ult.	*Fil.*
fuit	268	6	fiet
uti	271	39	ubi
Aug.	272	13	*Ang.*
Gallaicus	276	2	Gallarius
Speriani	278	3	Speciani
priora	281	7	prior
comparandus *omittendum*	282	35	. . . . . .
Nobilitati	284	35	nobilitatem
Procurator	292	23	*procuret*
prudenti	292	ult.	pendenti
deprædicare	295	36	depudicare
Italia	298	21	Italica
&	300	8	ea
per ibas	300	36	*peribas*

illæ

Errata	*pag.*	*lin.*	*Corrige.*
illæ ſim	300	37	illæſis
ea	304	26	ex
perdita	307	6	prædita
æditus	310	ult.	editus
Viri	311	7	Vici
Ciavonium	311	16	Ciacconium
Cum	311	40	*Cur*
cenſerit	312	32	ſenſerit
Ætii	314	16	Actis
vita	315	8	*victa*
Drandii	318	5	Draudii
Apicis	318	28	Apicii
quid	320	29	qui
Cuſtochius	321	23	*Euſtochius*
Triaſonenſis	340	5	*Treaſonenſis*
Quercetavum	340	19	Quercetanum
puerpuræ	359	8	*puerperæ*
Pirus	360	14	*Picus*
ſomnum	367	1	*ſummum*
Hieronymus	368	34	Hermenzonus
Caleographus	370	36	Calcographus
Hammoſottos	373	34	Hammocoſtos
Seſcbaleo	382	24	*Seſcbalco*
Torricellis	382	26	*Torniellis*
juſtus	382	33	*juſſus*
Nepeti	385	9	Nepetæ
recuſit	385	33	recudit
mulieribus	385	35	mulieribus,
Græcaniaque	385	38	Græcanicaque
Mendoſius	387	28	Mandoſius
Ex poſitiones	389	32	Expoſitionis
&	391	26	*eſt*
Chriſtini	391	36	*Chryſini*
facti	392	3	*ſacri*
quoque	392	4	*quorum*
Favendo	392	12	*Facundo*
taceo	392	16	*tacere*
amantes	392	22	*an ante*
in ardore propares	392	25	*me ardore pio pares*
Inſulæ	393	27	Inſulæ
Inſcriptio quæ incipit Regnãte	393	33	eſt omittenda
&	395	9	ad
Patria	395	26	*Patriæ*
ſummo	401	22	ſermo
Turcorum	408	6	Furiorum

F I N I S.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 104205585